

D. AEGIDII ROMANI ORDInis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Archiepiscopi Bituricensis

OPVS HEXAEMERON

Nunc denuo longe quàm antea cùm emendatius, tum diligentius excussum.

❧

ROMAE

Apud Antonium Bladum

M D L V.

INDEX *huius operis, vbi primus numerus folium, secundus columnam indicat.*

A

D

E

F

N

O

P

Q

R

S

T

V

ERRORES.

Pag.	Col.	Lig.
7.	4.	40.
admiscitur.		admiscetur.
8.	3.	21.
Genesis		Geneseos
26.	1	8.
incipit		incepit
26.	1.	18
emisphæriũ		hemisphærium
27.	1.	51.
lux ergo, illa		lux ergo illa

Pag.	Col.	Lin.
19.	2.	11.
continuatium		continuatiuum
29.	2.	32.
taman		tamen
33.	2.	7.
aggregatto		aggregatio
46.	3.	15.
atq;		itaq;
49.	2.	35.
futuas		fatuas

D. AEGIDII ROMANI, ORDINIS FRATRVM EREMITARVM SANCTI Augustini, Archiepiscopi Bituricensis, Opus Hexaemeron, siue de Mundo sex diebus condito.



CAP. I.

Quòd materia illa informis, ex qua per spatia sex dierum dicuntur omnia esse facta, non carebat omni forma.



QVONIAM de operibus sex dierum intendimus librum componere, et quia post illos sex dies, in quibus omnia facta esse dicũtur, legimus Deũ die septimo requiesse ab vniuerso opere quod patrarat: ordo naturalis et rationalis
Gen. 2.a
postulat, vt hic liber à materia informi sumat initiũ, ex qua in illis sex diebus orbis terrarũ dicitur esse factus, iuxta
Sap. 11.e illud Sapientiæ, Omnipotens manus tua creauit orbẽ terrarum ex materia inuisa, idest, ex materia informi: quæ nomine terræ significatur, cum dicitur, In principio creauit Deus cœlum, & terram. Cœlum quidem, idest, naturã
Gen. 1.a
angelicam vel cœlum, id est, empyrium. quod mox creatũ sanctis Angelis est repletum: & terram, idest, materiam illam inuisam & informem, ex qua formata sunt reliqua omnia. Ideo terra illa & illa materia dicitur fuisse inanis et vacua. Inanis quidẽ erat, quia erat informis. vacua erat, quia herbis, & plantis, & animalibus non erat repleta, nec decorata. Est enim materia quasi locus in quo recipitur forma: & est aliqua similitudo (licet exilis) materiæ ad formã, sicut loci ad corpus. Ergo sicut locus dicitur inanis, quando est sine corpore: ita materia dicitur informis, q̃ caret forma. Aduertendum tñ ꝙ vbi nos habemus, Terra (idest, materia illa informis) erat inanis & vacua:
Lxx. alia litera habet, Erat inuisibilis, & incomposita. Inuisibilis quidem erat, idest, incognoscibilis, quia materia cum
1.Phy. t.69. non cognoscatur nisi per formam, & per analogiam ad formam, terra illa, idest, materia illa, eo modo quo erat informis, & carebat forma, erat inuisibilis, idest, incognoscibilis. Vel si vellemus hoc referre ad solam terram, non ad totam materiam: terra in primordio inuisibilis erat, quia
Gen. 1.a erat tota cooperta aquis. Ideo dixit Deus, Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida. Et erat incõposita, quia nõ erat ornata plantis, arboribus, & animalibus: quibus coniuncta, ex eis componitur, & ornatur. Ergo si ex materia informi, quæ nomine terræ potest significari, totus hic mundus dicitur esse formatus: bene se habet inquirere, Vtrum illa materia esset sic informis, ꝙ careret penitus omni forma. Ad veritatem elucidandam verba Au-
Cap. 4. et.6. gustini in 12. Confessionum, triplex obstaculum parabũt.

A Vnum ex parte formarum, aliud ex parte temporum, tertium ex parte ipsius nihili. Ex quibus omnibus uidentur verba eius sonare, ꝙ materia illa ex qua facta sunt omnia, quæ dicitur in principio esse facta, erat omnino informis, & carebat penitus omni forma. Primò quidem videtur hoc esse ex parte formarum: videtur enim velle, ꝙ in I.
illa informi materia nulla erat forma, quia non color, non Cap. 3.
figura, non corpus, non spiritus. Cum ergo omnis forma sit substantialis, vel accidentalis: & omnis forma substantialis vel sit corporalis, vel spiritualis: si in illa materia nõ erat color, nec figura, excludebatur ab ea forma accidentalis: si nõ erat corpus, nec spiritus, excludebatur ab ea omnis forma substantialis: immo cum omnes formæ accidentales sint posteriores formis substantialibus, & sequantur eas (quia, vt dicitur in 7. Met. substantia est prior accidẽ- Tex. 4.
B te, cognitione, diffinitione, & tempore) si in illa materia non erat corpus, nec spiritus, idest, non erat ibi forma corporalis, nec spiritualis, nulla erat ibi forma substantialis, & per consequens nec accidentalis: nam & ipsæ formæ accidẽtales vel sunt corporales, vel spirituales. Erat ergo, secundum hæc verba, materia illa omnino informis, nõ tamen erat omnino nihil: nam si erat sine omni forma, erat tamen ꝙ poterat formari forma. Ideo August. circa princi-
pium 12. Confessionum loquens Deo de huiusmodi mate- Cap. 3.
ria, dicit, Priusquam istam informem materiam formares, atque distingueres, nõ erat aliquid, non color, non figura, non spiritus, non corpus: non tamẽ omnino nihil, sed erat quædam informitas sine vlla specie. Secundò, verba Augu. II.
præbẽt obstaculum huic veritati ex parte ipsorum tẽporũ. Nã cum veritas sit, ꝙ materia illa informis primò creata,
C non caruit omni forma: verba tamẽ eius huic veritati præbent obstaculum, & videntur sonare, ꝙ caruerit omni forma, non solum ex parte formarum, quia nec erat color, nec figura, nec corpus, nec spiritus, & erat sine vlla specie, sed etiam hoc idem arguit ex parte temporũ, ꝙ talis erat illa materia, ꝙ nullis mutationibus tẽporum poterat esse subiecta. Ideo terra, idest, materia illa informis non dicitur esse facta prima die vel secunda, sed dicitur esse facta in principio, idest, ante omnem diem, quæ sic considerata nullis diebus, & nullis mutationibus temporũ poterat esse subiecta. Est enim hoc conuertibile, videlicet, ꝙ quicquid est omnino informe nullis mutationibus potest esse subiectum: & etiam conuertitur, ꝙ (loquendo de creaturis) quicquid nullis mutationibus potest subijci, est omnino informe. Vnde
& Comment. super 8. Physicorum probat, ꝙ materia om- Com. 4.
D nino prima nullis mutationibus potest esse subiecta. Hoc est ergo, quod Augustinus dicit 12. Cõfessionum, ꝙ Moy-
ses, cum commemorat Deum in principio fecisse cœlum et Cap. 9.
terram, idest, angelicam naturam & materiam informẽ, tacet de temporibus siue de diebus, & subdit, ꝙ ista informitas terræ, inuisibilis & incomposita, in diebus & temporibus non est numerata, quia ibi nulla species, nullus ordo, nec venit quicquam, nec præterit: & vbi hoc nõ fit, nõ sunt vtiq; dies, nec vicissitudo, nec spatium temporalium. Materia ergo illa informis nõ est cõnumerata inter dies, sed facta est ante omnem diem: & sic facta est, ꝙ nulla posset esse in ea mutabilitas temporum: quod esse non posset, nisi fuisset facta penitus informis, quia in materia iam
formata, mutabilitas temporum esse potest. Tertiò, verba III.
Augustini in eodem libro huic veritati præbent obstaculũ

ex parte ipsius nihili. Nam, vt diximus, materia illa infor- A
mis non fuit facta sine omni forma. Verba tamen Augusti
ni, comparantis materiam ad ipsum nihil, sonant ꝙ peni-
tus sine omni forma facta fuerit illa informis materia.
12. lib. Confess. cap. 7. Hoc est enim quod dicit, Duo quidem fecisti domine: vnũ
propè te, alterum propè nihil. Vnum, quo tu superior esses,
idest, naturam angelicam: aliud, quo nihil inferius esset,
idest, informem materiam. Natura ergo angelica ita est
propè Deum, ꝙ nihil præter Deum est supra eam: mate-
ria autem informis, quæ dicitur facta prima die, ita erat
propè nihil, ꝙ nihil poterat esse inferius ea. Quo posito, fa
cta fuit sine omni forma: quia si fuisset facta cum aliqua
forma, fuisset magis propè nihil. et fuisset inferius seipsa,
si consideraretur sine omni forma. Aduertendum itaq; ꝙ
hæc verba Augustini in sequenti Capitulo soluemus. In
hoc autem capitulo intendimus declarare, ꝙ materia illa B
informis non fuit facta sine omni forma: quod tripliciter
possumus declarare, secundum ꝙ verba August. huic veri
tati triplex obstaculum videntur præbere, vt illis eisdem
tribus vijs, & radicibus, ex quibus veritatis obstacula in-
surgebant, veritas proposita declaretur: vt sit prima via
ex parte formarum, secũda ex parte temporum, tertia ex
1. Via. parte ipsius nihili. Prima quidem via sic patet. Nam, se-
In libro de vnitate, & vno. cundum Boethium & secundum veritatem, omne esse est
a forma: quod ergo caret omni forma, caret omni esse: si
ergo esset aliquid omnino informe, esset secundum hanc
hypothesin aliquid quod nullum haberet esse: ergo illud
esset, & non esset: quod contradictionem implicat: opor-
tet quidem, ꝙ esse sit actus entis, nam oportet esse ens, qđ
habet esse: est enim hoc conuertile, Omne ens habet esse:
Pura potentia non est vere, et simpliciter ens. & Quicquid habet esse est ens. Pura ergo potentia, & il- C
lud quod est omnino informe, non est ens, & per conse-
quens, nullum habet esse. nam quod est in potentia (secun
dum ꝙ huiusmodi) nõ est ens, sed potest esse ens. Illa itaq;
informis materia primo facta, non fuit pura potentia, nec
Secunda via. fuit sine omni forma, quia fuisset sine omni esse. Secunda
via ad hoc idem sumitur ex parte temporum. Dicere enim
aliquid informe, & nullo modo subesse mutationibus tem
porum, est dicere oppositum in adiecto. Nam hoc est infor
me, quod potest formari: & illud potest formari, qđ subia
cet mutationibus temporum. Materia ergo illa informis,
non fuit sine omni forma, quia non fuisset subiecta muta-
tionibus temporum, vt patuit supra per verba August. 12.
cap. 9. Confessionum. Illud enim subijcitur mutationibus tempo-
rum, quod de hoc in illud vadit, & quod vnum deserit, &
5. Phi. 2. aliud recipit: nam mutari secundum Aristo. est de aliquo D
in aliquid ire. Vnde et Augustinus ait, Vbi nec venit, nec
12. lib. Confess. cap. 9. præterit, non est vicissitudo temporum. Hæc est enim vicis
situdo temporum, quando hoc præterit, & hoc aduenit:
hoc expoliatur, & hoc induitur. A pura autem potentia
nihil potest præterire, & pura potentia nullo modo potest
expoliari: & per consequens, nullis mutationibus tempo-
rum potest esse subiecta. Notandum tamen, ꝙ prima ratio
directe & simpliciter arguit puram potentiam esse non
posse: sed hæc secunda ratio recte concludit, ꝙ pura poten
tia & res omnino informis actionibus naturalibus nõ po
test esse subiecta, quia actio naturalis non inducit vnam
4. Cæ. 22. formam, nisi expellat aliam. Non enim sunt actiones natu
In qua actiõe sit simpliciter ɪales, nisi ex contrarijs in contraria: quia semper vnũ con
trariorũ agit in aliud, vt calidum in frigidum, vel magis

A calidum in minus calidum, siue calidum in tepidum: nec propositio ve-
calidum agit in frigidum, nec in tepidum, nisi expellendo ra, vide illum
formam frigidi & formam tepidi, & inducendo formam doc. 5. Quodl.
calidi. Propter quod, ponere aliquid naturaliter informe, q. 10.
quod non possit secundum aliquem ordinem esse subiectũ
actionibus naturalibus, est ponere oppositum in adiecto:
quia quod naturaliter est informe, naturaliter potest for-
mari. Ideo non solum ex ipsis formis vt dicebat ratio pri-
ma, sed etiam ex mutationibus temporum vt dicit hæc ra-
tio secunda, concluditur ꝙ illa informis materia non fuit
pura potentia, nec caruit omni forma. Vel, vt supra tetigi-
mus, etiam hæc ratio arguit simpliciter veritatem, quia
ducit ad contradictionem, ꝙ idem possit formari, & non
formari. Tertia via ad hoc idem sumitur ex parte ipsius Tertia via.
nihili. Pura enim potentia, vt vult Comment. in Phy. est 1. phi. 71. &
B medium inter ens & nihil: non est enim ens, quia non ha- 78.
bet esse: & non est nihil, quia potest esse. Hoc enim dicit
potentia, quod non est, sed potest esse: ratione qua non est,
non est ens. ratione qua potest esse, non est nihil. Est enim
potentia illud ex quo res est materialiter: vt ferrum est po
tentia culter, quia ex ferro materialiter fit culter. ex ni-
hilo autem non potest aliquid materialiter fieri: vt sicut
aliquis malleando ferrum, facit inde cultrum, ita mallean
do nihil, non faciet inde aliquid. Cum ergo dicitur, quòd
Deus ex nihilo fecit omnia, ibi (nihil) non potest teneri
materialiter, ita ꝙ ipsum nihil, sit materia rerum, vel ꝙ
in ipsum nihilum tanquam in materiam induxerit for-
mam, & hoc modo fecerit creaturam. Sed ibi (nihil) vt su
pra diximus, tenetur ordinaliter, sicut dicitur ꝙ ex mane
fit meridies, vt ponitur exemplum in. 2. Metaphy. Non Tex. 7.
C enim ipsum mane fit meridies, nec vna hora fit alia: sed
post mane incipit esse meridies, & post vnam horam inci
pit esse alia. Sic ex nihilo fit aliquid, non ꝙ ipsum nihil
fiat aliquid. sed cum res prius fuissent nihil, actione diui-
na incœperunt posteà esse aliquid. Reuertamur ergo ad
propositum, & dicamus, ꝙ pura potentia, & materia om
nino informis, nec est ens, nec nihil, sed est medium inter
vtrunq;: & quia impossibile est tale quid esse actu, quia
tunc esset aliquid actu, quod non esset ens: ideo materia sic
omnino informis non potest cadere sub factione: quia illud
quod cadit sub factione, & illud quod fit, cum est factum
incipit actu esse. Quare si materia omnino informis pos-
set cadere sub factionem, tale existens posset esse actu qđ
esset omnino informe. Vnde August. 12. Confess. loquens ca. 6. 8. et. 15
de materia penitus informi, ait, Non est aliquid, sed est vn
D de potest esse aliquid. Non est enim nihil, & non est ali-
quid, quia non est quid: sed est vnde facta sunt alia. & vn
de facta sunt entia.

Cap. II.

Quòd non tempore, sed natura: non duratione, sed origine, materia omnino informis præcessit suam formationem.



ECVNDVM rõnes præhabitas cõgimur ponere, ꝙ nullũ fuit dare in-
stans aut tps, in quo esset materia oĩno
informis: quia (vt patet per habita) hoc
posito, triplex incõueniens sequeretur,
videlicet, ꝙ aliquid simul esset & non esset: & ꝙ esset
aliquid

aliquid naturaliter informe, quod secundum nullũ ordinẽ actionibus naturalibus posset esse subiectum: et tertio ꝙ esset aliquid factum, quod esset mediũ inter ens et nihil.

1. Phy. 64. 7. Meta. 23. & inde. 8. Met. 8 12. Met. 18.

Immo, vt cla e pateat ꝙ pura potentia sub factione non cadat, nec posset esse aliquid quod sit secũdum se factum: dicemus cũ sapientibus Philosophis, ꝙ propriè non fit nisi compositum ex potentia & actu: & ex factione compositi dicitur fieri potentia & actus: nõ enim fit potentia per se, nec actus per se sed simul fit potentia cum actu, et ecõ uerso. Si enim cera est in potentia ad rotunditatem, & quis vellet facere ceram rotundam, non faceret ceram per se, et rotunditatem per se, & postea coniungeret rotunditatem ceræ: sed transmutaret ceram, & transmutando eam, de cera non rotunda faceret ceram rotundam, ita ꝙ simul faceret ceram sub rotunditate, & rotunditatem in cera. Totum ergo compositum faceret simul, ita ꝙ per se non cadit sub factione, nisi compositũ, vt declarari habet in. 7. Met. & in lib. phys. Facere enim ceram rotundã nõ est facere ꝙ cera sit cera, quia hoc sẽper verũ est sine rotũditate: nec est facere ꝙ rotundũ sit rotundũ, quia et hoc sẽper verũ est sine cera, sed est facere totũ simul. Quod potissimè veritatẽ habet in potentia & in actu, quia nullũ istorum per se cadit sub factione. Nam facere potentiam, non est facere ꝙ potentia sit potentia, quia hoc semper est verum ꝙ potẽtia est potentia. sed tunc incipit esse potentia, & tunc fit potentia, quãdo incipit esse sub actu. Ergo prius intelligitur potentia fieri sub actu et incipere esse sub actu, quàm fiat potentia vel quàm incipiat esse potentia. Et quia potentia sub actu dicit quid compositum, prius fit compositum et incipit esse compositum, quàm fiat potentia vel incipiat esse potentia, quæ est pars compositi: ideo bene dictum est, ꝙ factione compositi fit materia quæ est pars cõpositi. Et quod dictum est de materia & de potentia, veritatem habet de actu materiali et de forma materiali, quæ non potest esse sine materia. Facere enim huiusmodi actum vel formam, non est facere ꝙ actus sit actus vel ꝙ forma sit forma, quia hoc semper verum est: sed hoc modo fit huiusmodi actus quando fit in sua potentia, & hoc modo fit forma quãdo fit in sua materia. Ergo non intelligitur huiusmodi actus fieri nisi fiat in sua potẽtia, nec forma fieri nisi fiat in sua materia: et quia forma in materia, et actus in potẽtia, dicit quid compositum, prius intelligitur fieri compositũ, quàm actus & potentia vel quàm materia & forma, quæ sunt partes compositi. Factione itaque compositi fiunt potẽtia et actus, materia & forma. Illud igitur dictum Philosophi

Compositũ primò fit.

1. Physs. t. 64.

clare patet esse verum, ꝙ per se non fit, nisi compositum. Tempore ergo & duratione non potuit fieri pura potentia sine omni actu, nec purus actus sine pura potentia. Et si inuenitur purus actus sine omni forma, quod patet verũ esse in Deo, ille actus non cadit sub factione, nec tale aliquid potest esse factum, sed est faciens omnia. Illud enim quod sub factione cadit, semper oportet esse compositum. Duratione ergo & tempore, pura potentia et materia omnino informis non præcessit actum, sed origine & quadã consideratione naturali. Nam licet non fiat potentia nisi sub actu, & ex hoc non fiat potentia nisi factione cõpositi: imaginamur tamen, ꝙ actus recipiatur in potentia, et ex hoc (secundum quendam modum intelligendi) prius intelligitur esse materia, & postea intelligitur in ea recipi actus: sicut prius intelligitur aliquid imperfectum, &

Deus solus est actus ab oi potentia separatus.

A postea intelligitur perfici. Secundum ergo hunc modum loquendi, origine & natura, idest, naturali intelligentia, nõ duratione nec tempore, materia omnino informis præcessit suam formationem. Secundum hoc ergo saluantur verba Augustini cum ait, ꝙ prius fuit materia omnino informis, & postea fuit formata: quia non loquitur de prioritate durationis vel tẽporis, ita ꝙ fuerit aliquod tẽpus vel aliquod instans in quo materia fuerit talis, † sed ꝙ quadã origine & quadam naturali intelligentia sicut prius intelligitur imperfectum & postea intelligitur perfici: sic prius intelligitur materia omnino informis & postea intelligitur fuisse formata. Secundum hoc ergo possumus saluare omnia illa verba August. 12. Confessionum cap. 3. Nam cum dicebatur, ꝙ priusquàm Deus hãc informem materiam formaret atque distingueret, non erat aliquid non color, non

Ad. 1.

† Materia est prior forma naturali intelligẽtia, nõ ꝙ possit sine forma intelligi; sed quia postquàm est cognita per formam, prius intelligitur esse materia, et postea in ea recipi actus. Et sic, cũ alijs dictis Aeg. cõtrouersiæ nihil est.

B figura, non spiritus, non corpus, sed erat quædam informitas sine vlla specie: loquitur de prioritate non temporis ꝙ aliquãdo fuerit aliquid tale, sed prioritate originis & de naturali intelligentia. Nam origine & naturali intelligẽtia, materia præcedit formam, & imperfectum perfectũ: complemento autem, & perfectione, & etiam electione, perfectum præcedit imperfectum, & forma materiam. Ex hoc etiam patet illud quod secundo diecbatur de ipsis temporibus. Nam materia sine omni forma fuit ante omnem diem & ante omne tempus, & non poterat esse subiecta mutationibus temporum, sed hoc modo non potest intelligi prior tempore, vel duratione: nam cum tempus incipiat in instanti, non potuit tempus esse ante omne instans, quia tunc fuisset tempus ante omne tempus, quod est impossibile. Simul ergo tempore vel duratione fuit materia &

Ad. 2.

C forma, & instans, in quo incœpit tempus. sed quadam naturali intelligentia prius imaginamur fuisse materiam, et postea introductam ibi fuisse formam: et quia materia sic sub forma, poterat esse subiecta mutationibus, et variationibus temporum, statim incœpit esse instans, quod est principium temporis. Duratione ergo omnia illa simul fuerũt, licet origine & causalitate se præcesserint. Nam cum tẽpus sit accidens, materia & forma quæ sunt substantia, origine & causalitate præcesserunt omne instans & omne tempus: & cum fundamentum præcedat origine illud cuius est fundamentum, materia quæ substernitur formæ tanquam fundamentum, origine præcessit omnem formã. Ex hoc etiam potest patere, quod tertio dicebatur, ꝙ facta fuit materia omnino prope nihil, vt nihil posset esse inferius ea: quod esse non posset nisi facta fuisset omnino informis, quia hoc modo est infima omnium, nam materia

Ad. 3.

E iam formata & facta in actu nõ est omnino prope nihil. Ad quod dici potest, quòd materia prius fuit facta omnino propè nihil, non prius duratione, quia quãtum ad hoc simul fuit facta materia cum forma, & ecõuerso: sed fuit ibi prius origine, & natura, idest, naturali intelligentia: quia cùm materia intelligatur substerni formæ tanquam quoddam suum fundamentum, & prius intelligatur esse fundamentum, quàm ꝙ aliquid superædificetur vel recipiatur in eo, ipsa materia hoc modo præintelligitur antecessisse suã formationem.

*

Cap. III.

Quomodo uerificantur uerba Aug. ꝙ materia omnino informis, ignorando sciatur, & sciendo ignoretur.



Cap. 5.

RAESENS quidē capitulum ad intelligendum mentem Augustini est introductum, qui. 12. Confess. in hæc verba videtur prorumpere. Humana cogitatio materiam vel nosse ignorando, vel ignorare noscendo. Ait etiam materiā B non esse intelligibilem, quia non est species. Si enim omne esse est a specie siue a forma, et res sicut se habet ad esse,

Tex. 4.

ita se habet ad veritatem, vt declarari habet in. 2. Metaphys. & per consequens ita se habet ad cognitionem intellectualem, quia obiectū intellectus est verum: cū materia de se careat omni specie & omni forma, consequens est, ꝙ de se careat omni esse, & de se non sit intelligibilis, imo nec ēt de se est sensibilis, sed insensibilis & incomposita. Hoc est ergo, quod Augustinus ait, In ea (idest, in materia) quærit cogitatio quid sensus attingat, & dicit sibi, non est intelligibilis forma. Et subdit, neq; est sensibilis, quoniam quid videatur & quid sentiatur in inuisibili et incomposita non est. Et postea ait, dum sibi hæc dicit humana cogitatio, conatur materiā vel noscere ignorādo, vel ignorare noscendo. Vt igitur hæc verba intellectum accipiant clariorem quia nostra cogitatio incipit a sensu (nā C

1. Post. c. 14.

nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu, vt in Poster. declaratur) videndum est in ipsis sensibilibus, Vtrum in aliquo sensu hoc contingat, ꝙ aliquid nō sentiendo sentiatur: & sentiendo, sensu non percipiatur. Et cum duo

In Proœ. 1. Metaphy.

sint sensus, qui maxime deseruiunt scientiæ, Visus, scilicet, & Auditus. Ideo in vtroq; sensu, hoc volumus declarare. Est enim aliquid in sensu visus, quod dicit meram priuationem rei visibilis, sicut tenebra dicit meram priuatio-

† Aeg. in. 2. de An. tex. 66 in dubijs. 2. de An. t. 71

nem lucis. † Lux quidem est obiectum visus, nam visus percipit lucem, & nihil percipit sine luce. Et quia non ad alium sensum spectat cognoscere hoc, & oppositum: ideo eodem sensu, quo iudicamus de luce, iudicamus de tenebra. Qui ergo potest aduertere quomodo visu cognoscitur tenebra, de leui scire poterit, quomodo intellectu cognoscitur informis materia. Dicimus enim ꝙ tenebra, non videndo, videtur, idest, visu percipitur: & videndo, nō vide-

Sensus quisq; per accidēs ēt propriū sensibiliū priuationē apprehendit. 2. de Ani. tex. 103.

tur, idest, visu non percipitur. Cùm enim nihil videmus, dicimur videre tenebras non videre enim, est tenebra, vel est res tenebrosa, aut res priuata lumine potens suscipere lumen. Non ergo nisi per analogiam ad lumen cognoscitur tenebra: & tunc actu percipimus tenebram, quando nihil omnino videmus. His itaq; prælibatis, dicamus, ꝙ sicut se habet visus ad res visibiles, ita se habet mens et intellectus ad species & ad formas. & sicut visus non percipit nisi lucem & colores quæ sunt res visibiles, sic intellectus non percipit nisi formas & species. Nam (vt declarari habet in. 3. de Anima) quod quid est, est obiectum intellectus. & quia quod quid est rei secundum quiditatem, est illud quod

A per diffinitionē exprimitur, quia diffinitio est sermo expressiuus quiditatis & essentiæ cum omnes partes positæ in diffinitione sint formæ, vt declarari habet in. 7. Metaphysicorum, consequens est, ꝙ nostra intellectualis cognitio ad formas & species terminetur: quia terminatur ad quiditatem quæ per diffinitionē exprimitur, † in qua om- † Aeg. 2. sen. dist. 37. q. 1.

nes partes positæ dicuntur esse formæ. Vt ergo prosequamur similitudines de visu corporali & intellectu, dicemus, ꝙ visus corporalis non percipit nisi lucem: & si dicatur ꝙ percipit colorem, dicemus ꝙ colores sunt de natura lucis. Est enim lux quidam color clarus: & color est Color

quasi quædā lux opaca Si ergo colores possunt dici quæ- Lux.

dam lux, visus corporalis non percipit nisi lucem, sicut & intellectus non percipit nisi formas. Sic igitur cognoscetur ab intellectu quod caret omni forma, sicut cognoscetur a corporali visu quod caret omni luce. Et quia materia B omnino informis caret omni forma, & tenebra secundum ꝙ huiusmodi caret omni luce. benè dictum est, ꝙ sicut tenebra percipitur corporali visu, sic materia omnino informis percipitur intellectu. Et quia tenebra non videndo videtur, & videndo non videtur (quia quamdiu aliquid videmus, non dicimur videre tenebras, sed tunc dicimur eas videre, cum nihil omnino videmus) ideo hic apparet veram esse sententiam Augustini, quòd materia omnino informis ignorando cognoscitur, & cognoscendo ignoratur. quia sicut quamdiu aliquid corporaliter videmus, videmus lucem vel colorē qui est de natura lucis sic quādiu aliquid intelligimus, dicimur intelligere formam vel speciem omnino autem informe non intelligendo intelligimus, sicut & tenebras non videndo videmus. Possumus C enim per intellectum intelligere hanc speciem, & illam speciem, & aliam speciem, & sic de singulis. Si vis ergo intellectū abstrahere ab omni specie, abstrahas ipsum ab oī intelligere. Materia ergo vt sub hac forma, cadit sub hoc intelligere. vt est sub alia forma, cadit sub alio intelligere: ergo vt est sub nulla forma, cadit sub nullo intelligere, vt quasi non intelligendo intelligatur. Quia quando abstrahimus materiam ab omni forma & ab omni intelligere, (qa hoc modo intelligimus materiam omnino informem) consequens est, ꝙ sic acceptam non intelligendo, intelligimus ipsam. Et quod dictum est de tenebra respectu visus, veritatem habet de silentio respectu auditus. Nam & per visum cognoscimus tenebras, et per auditum percipimus silentium: & sicut tenebram non videndo videmus, sic et silentium non audiendo audimus. Eodem etiam modo et materiam, non intelligenda, intelligimus. Quando enim nihil D videmus, dicimus esse tenebras, & quando nihil audimus, dicimus esse silentium: sic cum abstrahimus materiam ab omni forma, abstrahimus eam ab omni esse, et ab omni intelligere. sed abstrahere ab omni intelligere, est non intelligere ipsam. Sic enim dicemus de materia quantum ad cognitionem, sicut dicimus de peccato quantum ad factionem. Nam sicut non faciendo, peccatum facimus, sic non intelligendo, materiam intelligimus: habet enim peccatum non causam efficientem, sed deficientem. Ideo Augu. 12. de Ciuitate Dei, ait, Nemo igitur quærat efficientem cau- Cap. 7

sam malæ voluntatis: non enim est efficiens, sed deficiens: nec illa est effectio, sed defectio. Siquis enim faceret lineā tortuosam, ipsius lineæ assignaremus causam efficientē plumbum vel cultellum cum quo facta est linea: sed ipsius tortuositatis

tortuositatis non possumus assignare causam efficiētem, sed deficientem. Est enim eius causa, defectus regulæ, quia si adhibuisset ibi regulam, non fecisset lineam tortuosam. Sic ipsius actionis assignabimus causam efficientem, virtutem vel potentiam, a qua egreditur huiusmodi actio sed ipsius actionis, vt est obliqua & mala & vt est peccatū, non assignabimus causam efficientem, sed deficientem quatenus deficit huiusmodi actio a regulis rationis vel à

Actio quare mala. regulis diuinis, est obliqua et mala et peccatum. Sic & in proposito. cum intelligimus materiam cū aliquo esse vel cum aliqua forma, huiusmodi intelligere habet causam efficientem, quia ille actus & illud esse cum quo intelligimus materiam, est causa quare sic intelligamus eam: sed cum volumus considerare materiam sine omni esse, oportet ꝙ deficiendo ab omni intelligere intelligamus ipsam.

12. Met. t. 51 Scientia enim nostra causatur a rebus, & res mediante sensu agunt & immutant intellectum nostrum: cum ergo nihil agat, nisi vt est in actu, quod deficit ab oī actu, deficit ab omni actione, & ab omni immutatione: ideo materia sic accepta non intelligendo intelligitur, quia deficiendo ab omni actu, deficit ab omni intelligere, cum deficiat ab omni immutatione & ab omni actione, vt hoc modo accepta non possit immutare intellectum nostrum, nec aliqd agere in ipsum. Sicut ergo peccatum deficiendo cōmittitur, sic & materia, quantum ad cognitionem, deficiendo a cognitione cognoscitur & per consequens, non intelligendo intelligitur. De hoc autem modo cognitionis loquitur

Cap. 7. Aug. 12. de Ciuitate dei, cum ait, ꝙ causas porro istarū, idest, malarum voluntatum vel malarum actionum, cum efficientes non sint sed deficientes, velle inuenire, tale est ac si quispiam vellet videre tenebras vel audire silentiū, quod tamen vtrūq; nobis notum est, neq; illud nisi per oculos, neq; hic nisi per aures, (& subdit) ꝙ hoc non est in specie, sed in speciei priuatione. Et idem dicit, ꝙ ea quippe quæ non in specie, sed in eius priuatione sciuntur, si dici aut intelligi possunt, quodammodo nesciendo sciuntur, vt sciendo nesciantur. Et exemplum de oculo ponit, dicēs cū oculus corporalis currit per species corporales, nusquam tenebras videt, nisi vbi cœperit non videre. Ponit etiam exemplum de auribus, dicens, ꝙ ita etiam non ad aliquem alium sensum, sed ad solas aures pertinet audire silentiū, quod nullo modo necnon audiendo sentitur. Et quod dictū est de peccato, & de tenebris, & de silentio, veritatem habet & de ipsa materia quantum ad intelligere: quia quamdiu discurrimus per formas & per ea quæ sunt de se intelligibilia, tamdiu possumus intelligere materiam formatam. Sed tunc dicimur intelligere materiam omnino informem, quando deficimus ab omni intelligere: nam materia

1. Phy. t. 75. sic accepta intelligitur cum omni priuatione cuiuscunq; speciei. quæ autem cum priuatione speciei cognoscuntur, quasi nesciendo sciuntur: nam priuatio in negatione consistit. Idea August. 12. de Ciuitate Dei, cap 7. dicit, ꝙ species intelligibiles mens quidem nostra intelligendo conspicit: sed si deficiunt species, illa nesciendo condiscit. Et quia in materia omnino informi deficiunt omnes species, consequens est, ꝙ eam nesciendo condiscamus. Ipsa etiam delicte, prout eorum ratio in priuatione consistit, non intelligi-

Psal. 18. bilia esse dicūtur: iuxta illud Psal. Delicta quis intelligit? Sed dices, ꝙ secundum iam dicta, vt videtur, nō aliter intelligitur materia, q̃ intelligatur ipsum nihil. Ad quod di-

A ci potest, ꝙ materia non est nihil, sed est prope nihil, et est medium inter ens & nihil. Nam sicut angelus est propè Deum, quia multum habet de actualitate: sic materia prima est propè nihil, quia multum habet de potentialitate, & nihil habet de actualitate. Attamen materia, licet sic sit propè nihil, non tamē est nihil. & aliter negotiatur intellectus circa eam, & circa nihil: quia circa nihil negotiatur non intelligendo negatiuè, ita ꝙ intellectus intelligit per nihil quod nō est, nec potest esse ipsius enim nihil, nec est aliquid, nec potest fieri aliquid. Vnde cū dicimus, ꝙ Deus ex nihilo fecit res, non est intelligere, quòd ipsum nihil, sit facta aliqua res, vel sit factum aliquid, ita ꝙ ibi (ex) non tenetur causaliter, sed ordinaliter, & est idem quod primò, non materialiter, sed ordinaliter. Ex nihilo enim factæ sunt res: quia cum prius essent nihil, postea B incœperunt esse res. Igitur non intelligendo intelligitur Nihil, non intelligendo omnino negatiuè. quod Nihil, nec est, nec potest esse, nec est aptum natum esse. Sed non intelligendo, intelligimus materiam, intelligendo priuatiuè. nā priuatio dicit carentiam cum aptitudine. Materia quidem sine omni forma intelligitur cum priuatione: quia licet careat omni esse, habet tamen aptitudinem ad esse: & licet sic accepta non sit, quia non est aliquid in actu, potest tamen esse, quia est aliquid in potentia.

1. Phy. t. 78.

Aeg. quodl. 5. quest. 12.

Cap. IIII.

Quòd materia nuda secundum suam essentiam in omnibus corporibus est eadem.

C CIRCA identitatem materiæ volumus euitare extrema, & tenere medium. Inuenimus quidem aliquos sic ampliantes idētitatē materiæ, vt eā in omnibus corporibus tā corruptibilibus ꝙ incorruptibilibus, tā elementaribus q̃ cœlestibus, et etiam in omnibus spiritibus dixerint esse eandem. Vt patet ex Auicebron in suo libro quem vocauit de Fonte vitæ. Vult enim ibi, ꝙ, quantum ad essentiam materiæ, non differant spirituales creaturæ a corporalibus, sed solum quantum ad conditiones materiæ: vt quia corporalia hnt subiectā materiā subiectam quantitatibus & qualitatibus

Auicebron de materia pria.

D corporalibus, spirituales autem substantiæ habent materiam quantitatibus & qualitatibus non corporalibus, sed spiritualibus Secundum quem modum (sequendo hanc opinionem) non solum qualitatibus, sed etiam quātitatibus spiritualibus, materia in spiritibus est subiecta: vt dicamus ꝙ duplex est quantitas, vna molis quæ solum est in corporibus, alia virtutis quæ est etiā in spiritibus. Voluit itaq; Auicebron, ꝙ quantum ad essentiam materiæ non differant spirituales creaturæ à corporalibus, differunt autē quantum ad cōditiones materiæ quia materia in corporalibus, est subiecta qualitati & quātitati molis: in spiritualibus vero, est subiecta qualitati spirituali & quantitati virtuti. Sed isti nimis extendunt naturam materiæ, ponētes eam in rebus spiritualibus: nam (vt patet. 8. Metaphys.

Tex. 16.

substantiæ separatæ ideo dicuntur separatæ, quia sunt præter omnem materiam sensibilem & intelligibilē.

Dub.

† ñ tñ sūt pter mām intelligibilē, nec mathematicā: ideo †

Sol.

Sed dices, ꝙ ibi materia sensibilis vocatur materia naturalis: materia autem intellectualis vocatur materia mathematica. Substantiæ itaq; separatæ sunt præter omnē materiam sensibilem ~~& intelligibilem~~, quia non habent materiam naturalem ~~sed non mathematicam sed~~ ex hoc non concluditur, ꝙ nullam habeant materiam. Dicemus ergo ꝙ nunquā materia separatur a quantitate si enim separaretur ab ea non posset esse simul sub diuersis formis. Ideo

Cap. 1.

dicit Comment. in de Substantia orbis, ꝙ si materia non haberet dimensiones, non reciperet insimul formas diuersas numero, nec formas diuersas specie, nisi in diuersis tēporibus. sed in eodem tempore non inueniretur in ea nisi vna forma, & hoc quia materia est vna. Hæc enim verba Commentatoris sunt per se vera: quia nullius agentis est facere illud quod contradictionem implicat, quia tunc simul esset & non esset. Cum ergo omnes formæ substantiales habeant aliquam oppositionem adinuicem, impossibile est vnam & eandem materiam esse sub diuersis formis, ꝙ simul sit sub forma ignis & sub forma aquæ, vel sub quibuscunq; duabus formis. Si ergo est materia sub diuersis formis, hoc est, quia est quanta, & in alia parte materiæ potest recipi alia & alia forma. Imaginabimur. n.

Cap. 3.

cum August. 12. Confessionum, ꝙ origine semper informe præcedit formatum. In hanc etiam eandem sniam incidit Philosophus in. 2. Metaphy. cum appellat materiam

Tex. 71.

fundamentum naturæ. Semper fundamentum præintelligitur ei quod recipitur in fundamento. Oportet itaq;, vt præintelligantur diuersæ materiæ, vt possint recipere diuersas formas: ꝙ si non esset nisi vnum informe & vna materia, simul nō posset recipere nisi vnam formam. Sed diuersitatem in ipsa materia non potest facere nisi quātitas: ideo si separaretur materia a quantitate, non

In. 1. parte di stin. 3. q. 1.

posset esse nisi vnum materiale. quia (vt in quæstionibus nostris super. 2. sent. vbi de immaterialitate Angelorū tractauimus, diffusius diximus) hoc faciunt aliæ formæ in materia, ꝙ diuersificant eam ab alia materia secundum formam: sed materiam in seipsa quātitas sola diuersificat, quia quantitas extendit materiā & facit eam habere partes, vt ex hoc in diuersis partibus materiæ possint recipi diuersæ formæ numero vel specie vel etiam genere. Sed si huiusmodi partes subtraheremus à materia, nullo modo posset habere simul diuersas formas, nec numero, nec specie, nec etiam genere. Quòd si Angeli essent materiales: vel essent quanti. quod est contra communem opinionem, & contra veritatem. vel non posset esse nisi vnus Angelus. Nam si Angelus haberet materiam, & Deus vellet producere duos Angelos, oporteret quòd præintelligeretur aliquid informe, in quo introduceretur forma Angeli: si ergo producerentur duo Angeli, oporteret ꝙ præintelligerētur duo informia, cum in vno et eodē informi non possent induci duæ formæ. Quæreretur ergo de illis duobus informibus per quid essent duo: non posset dici, ꝙ essent duo per suas formas, quia etsi non tempore, saltem origine præcedent suas formas. Cum enim illa informia debeant fieri fundamēta suarum formarū, oportet ꝙ saltem origine præintelligantur suis formis, vt origine prius sint duo informia, ꝙ ibi inducantur duæ formæ. Hanc autem diuersitatem saluare non poterimus, nisi per

A quantitatem: semper enim materia tanꝗ fundamentū præintelligitur suæ formæ, siue sit forma substātialis siue accidentalis. Per solam ergo illam formam poterunt esse multa materialia, per quam possunt esse multa informia: hæc autem est sola quantitas, quæ dat materiæ ꝙ habeat partes, vt in diuersis partibus materiæ possint recipi diuersæ formæ. & non compatientes se adinuicem, siue huiusmodi diuersitas secundum numerum sit, siue secundum speciem, siue secundum genus: ideo si separaretur materia ab omni quantitate, non posset esse nisi vnum materiale. & nō posset simul recipere nisi vnam formā, loquendo de formis quæ non compatiuntur se adinuicem.

Materia cur nō possit à q̄titate separari

Supposito itaq;, sicut veritas est, ꝙ Angeli non sint quanti: si Angelus haberet materiam, non posset esse nisi vnus Angelus. siue enim Angeli differant numero, siue specie,

B siue genere, si in ipso informi, siue in ipsa materia non ponamus diuersitatem quod nō potest poni nisi per quātitatem, nullo modo potest esse nisi vnus angelus. posset tamen fieri virtute diuina, ꝙ in illo eodem informi in quo inducta est forma huius angeli, induceretur postea forma alterius Angeli, sed ꝙ simul fiat multa materialia, nisi materia habeat partes, est impossibile. Aduertendum est autem, ꝙ & aliter possumus nos breuiter expedire, quòd angeli sint immateriales, considerando animam rationalem, quæ est forma corporum. & non corrumpitur corrupto corpore. Si ergo anima rationalis post separationem a corpore habet per se esse, erit composita ex materia & forma sicut & angelus: immo si ponatur angelus sic compositus, multo magis debet poni anima, quæ minus habet de actualitate, ꝙ angelus, & plus de potentialitate: sed

Angelus est actualior, ꝙ aia separata.

C destruitur consequens, quia anima non potest esse composita ex materia & forma, ergo multo magis nec angelus. Assumpta autem propositio de leui probatur. Nam cum anima sit actus & forma corporis, & materia quæ est pura potentia, nullo modo possit esse actus & forma. anima quæ est forma corporis non potest esse composita ex materia et forma, ergo nec Angelus. Identitatē itaq; materiæ extendere vsq; ad spiritualia, quod fecit Auicebron, est tenere extremum, & est nimis materiam extendere, & falsam opinionem habere de ea. Hi ergo de quibus locuti sumus, tenent vnum extremum, quia vsq; ad spiritualia extendunt identitatem materiæ. † Sunt autem & alij aliud extremum tenentes, nimis restringentes huiusmodi identitatem, audentes asserere, quòd etiam omniū corporalium nō sit eadem materia per essentiam, quam opi-

† D. Thomas in. 2. Sen. dist. 12. art. 1.

D nionem tenendo dicunt se tenere cum Commentatore. Hi inuestigant duas naturas, ex quibus composita sunt supercœlestia corpora: & dicunt illas duas naturas æquiuocè dici in istis inferioribus & in illis. Nam (vt patet per eundem. 8. Metaphy.) hæc inferiora sunt cōposita ex materia & forma, sed supercœlestia componuntur ex corpore & forma, ita ꝙ ipsum corpus supercœleste se habet ibi tanquam materia, & intelligentia mouens ipsum se habet tanꝗ forma: sed cum ex corpore cœlesti & sua intelligentia mouente non fiat vnum secundum esse, patet ꝙ æquocè de materia cœlesti loquitur Commentator. Circumscripta enim intelligentia oportet dare materiam in ipso cœlo, ita ꝙ ipsum cœlum præter intelligētiam oportet habere materiam. Nam dicitur. 2. Metaphysicorum. oportet imaginari materiam in re mota, id est, in re mobili. Cœlū itaq;

Commē. 12. & 1. de cœlo 92.

Tex. 12.

itaq; quod est mobile oportet ipsum habere materiam. Sed
Comment. in hac parte fuit singularis opinionis: credidit. n.
cœlum esse quid simplex, & esse quandam formam cor-
poralem absq; aliqua materia, quæ forma corporalis re-
spectu intelligentiæ mouentis eam, sortitur quandam ra-
tionem materiæ, non φ illa sit vera materia, sed est illud
corpus, id est, forma corporalis, & intelligentia mouens
ipsum. Ideo dicit Commen. cœlum esse compositũ ex cor
Impugnatur Auerr. pore & forma. Sed ista positio stare non potest. quia ipsa
quantitas secundũ se nõ potest esse subiectum formæ sub-
stantialis, esset enim accidens secundum se fundamentum
substantialis formæ, sed hoc est ratione materiæ: ideo si
forma cœli non esset forma in materia, non posset esse
quanta & extensa, & cœlum non esset quid mobile;
6. phy. t. 71. omne autem mobile est quantum, & omne quantum est
materiale, vt ex hoc verificetur illud dictum Philoso-
phi, quòd oportet imaginari materiam in re mota †. Ideo
† D. Tho. 1. par. Sum. q. 66. art. 2. illi idem dicentes supercœlestia non conuenire in esse ma
teriæ cum istis inferioribus, qui prius dixerunt se tenere
cum Commentatore, postea in alijs suis scriptis improba-
uerunt opinionem Commentatoris. His itaq; prælibatis di
camus de idẽtitate materiæ nos tenere opinionem mediã.
Nec enim tenemus cum Auicebron ampliante huiusmodi
idẽtitatem intantum, vt etiam spiritualia quantum ad nu-
dam materiam diceret cum corporalibus conuenire. Nec
tenemus cum his alijs restringentibus istam idẽtitatem, vt
etiam omnia corporalia, videlicet, supercœlestia, & hæc
inferiora, negent quantum ad nudam essentiam materiæ
conuenire. Ratio autem quæ mouet eos hæc est potissima,
quia tunc supercœlestia essent corruptibilia, quia mate-
Rõ Auer. & diui Tho. ria secundum suam essentiam est in potentia ad oẽs for-
mas: si ergo cœlestia haberent eandem materiam cum ele
mentis, materia existẽs sub forma cœli appeteret esse sub
forma elemẽti. Nec valeret, si diceretur φ forma cœli est
adeò nobilis, φ existens sub illa forma non appetit esse
sub alia: quia videmus, φ materia existẽs sub forma ignis,
quæ est forma nobilis, appetit esse sub forma terræ, quæ
est ignobilis. Quòd si quis tamẽ proteruiret, φ existens "sub for
ma cœli, ratione suæ nobilitatis, nullo modo appetit esse
sub forma elementi. Cogeretur tamen (vt videtur) conce-
dere, φ existens sub forma elementi appeteret esse sub for
ma cœli. ergo ex corpore elemẽtari posset fieri corpus cœ
leste: quod est impossibile. Hoc ergo modo probant nõ esse
eandem materiam supercœlestium & inferiorum. Sed
quomodo possit ibi esse alietas, dicunt, φ hoc est respectu
actus: vt sicut potentia auditiua est alia a potentia visiua,
quia ordinatur ad alium actum; sic materia cœli secundũ
nudam suam essentiam considerata, est alia a materia ele
mentorum, quia ordinatur ad aliam formam: ordinatur
enim materia cœli ad formam incorruptibilem, elemẽto-
rum vero ad corruptibilem. Sed hæc stare non possunt: qa
Impugnatur D. Thom. sicut in actu puro non potest esse essentialis distinctio, vt
φ sint duo actus puri essentialiter differentes, sic nec in
pura potentia potest esse essentialis distinctio, vt φ sint
ibi duæ puræ potentiæ essentialiter differentes. si ergo est
alia materia supercœlestium & inferiorum, oportet φ al
tera earum non sit pura potentia, & per consequens, non
sit materia. Teneamus itaq; viam mediam, quòd non spi-
ritualium & corporalium, nec quorundam corporalium,
& quorũdã non: sed omnium corporalium sit vna et eadẽ
A materia per essentiam. Difficultates autem tactas cir-
ca istam materiam intendimus in sequenti capitulo de-
clarare.

Cap. v.

Quòd materia existens sub forma elementi non appetit esse sub forma cœli, nec econuerso: non obstante, φ materia secundum nudam essentiam non differat hæc ab illa.



E materia quidem potest esse
duplex modus loquendi, vnus
quantum ad veritatem, et alius
B quantum ad vnitatem. Et licet
ille duplex modus apud docto-
res Gentiles, & apud Philoso
phos non fuerit reputatus nisi
vnus, quia in quibuscunq; posuerunt veram materiam, di-
xerunt ipsam esse vnam, & econuerso: quidam tñ Theo-
logi non eodem modo locuti sunt de veritate et vnitate ma
teriæ, posuerunt enim in aliquibus veram materiam, &
tamẽ negauerunt ipsam esse vnam. †Dixerunt quidam, † D. Thom. 1
φ in istis inferioribus, & in supercœlestibus est vera ma par. Sum. q.
teria: non tamen secundum eos est vna, quia illa materia 66 art. 2.
& ista secundum ipsos absoluit ab omni forma. non tamẽ
est eadem secundũ essentiam, sed essentialiter differt vna
ab alia. Et hoc fuit mirabile opinari, φ vera materia, & Impugnatur.
per consequens, vere pura & summa potentialitas, possit D. Tho.
C essentialem habere differẽtiam, cũ illud qđ per superabun
dantiam dicitur, vni soli conueniat, vt in. 10. Metaphysi. Tex 5.
declaratur. Quòd pura, inquam, potentia, & per conse-
quens, summa potentialitas possit habere essentialem di-
stinctionem, est valde mirabile: quia pari ratione summus
& purus actus realem differentiam habere posset. Deus
enim, qui est actus purus, est essentialiter vnus, qa est vnus
deus, & pater omnium entium: sic & materia omnino nu
da, quia est potentia pura, est vna, non omnium entium, sed
omnium materialium rerum. Est enim Deus omnino in
esse supremo, continens in se omne esse, quia esse omnium
est † quæ super esse est diuinitas, vt vult Dionysius in de † a. l. perẽe di
Cœlesti hierarchia: & materia penitus informis est om- uinitatis.
nino in infimo carens omni esse, vt plane innuebant verba Cap. 4.
August. 12. Confessionum. Propter istum itaq; varium Cap. 3
D opinandi modum apud Philosophos, & apud doctores
Theologos, dicere possumus, quòd apud opiniones gen-
tilium, & philosophorum fuerunt duo extrema, tam
de veritate materiæ, q̃ etiam de vnitate. Sed apud Theolo
gos inuenimus duo extrema de vnitate, non autem de veri
tate. Auicebron quidem, & sequaces eius in libro suo cir-
ca finem, cui imposuit titulum vocans ipsum de Fonte vi-
tæ (cum tamen totus sit plenus erroribus, quia nullum
accepit fundamentum de veritate & vnitate materiæ) po
suit opinionem extremam quantum ad ampliationem: qa
sic opinatus est ampliationem vnitatis, & veritatis mate-
riæ, φ in omnibus creaturis tam corporalibus q̃ spiritua-
libus dicit esse vnam & veram materiam: quam opinionẽ
in præcedenti Cap. credimus sufficienter improbasse, & Dist. 3. q. 1.
in questionibus nostris sup. 2. Sent. vijs varijs conati sumus in. 1. pte dist.

Et dist. 12.q. 13.14.et.15

eandem improbare, etiam in pluribus alijs nostris editionibus improbauimus opinionem præfatam. Aliud aūt extremum secundum restrictionem quantum ad vnitatem et veritatem materiæ tenuit Comment. vt patet ex. 8. Metaphy. et in Trac. suo de Substantia orbis: qui nec in omnibus entibus corporalibus & spiritualibus, nec etiam in omnibus corporibus posuit nec vnam, nec veram materiam. Voluit quidem, ꝙ in corporibus cœlestibus non esset vera materia, eo ꝙ ibi non esset pura potentia: in istis autem inferioribus posuit veram materiam & puram potentiam, et dicit eam esse composita ex materia & forma. In supercœlestibus itaq; corporibus non posuit veram materiam, nec aliquam puram potentiam: dicit enim ea non esse composita ex materia & forma, sed ex corpore & forma, ita ꝙ corpus cœleste secundum eum non est nisi quædam corporalis forma cum quantitate sine materia, quæ corporalis forma se habet sicut materia ad intelligentiam mouentem: ita ꝙ in cœlo ipsum corpus cœleste se habet sicut materia, & intelligentia mouens secundum opinionem eius se habet sicut forma. Et huic opinioni innixus, dixit cœlum non esse compositum ex materia & forma, sed ex corpore & forma: opinabatur quidem nihil esse in cœlo, quod esset vera materia. Sed ponere cœlum esse quandam formam corporalem extensam per quātitatem sine materia, est ridiculum dicere, & deuiat a via Philosophi, qui ait in. 7. Metaphy. ꝙ forma non diuiditur, & per consequēs non extenditur nisi per materiam. Sic ergo extrema fuerunt apud opiniones aliorū doctorum, tam de veritate materiæ, ꝙ etiā de vnitate. Sed apud Theologos inuenimus extrema de vnitate materiæ, non autem de veritate: nullæ quidem opiniones Theologorum ad nos peruenerunt, negātium non esse veram materiam in omnibus corporibus. Sed licet non negauerint veritatem materiæ ab omnibus corporibus, negauerunt tamen aliqui vnitatem: vt ex hoc de vnitate materiæ sint extremæ opiniones inter Theologus. Nam quidam deceperunt vnum extremum de vnitate materiæ quantum ad ampliationem, sic ampliantes eam, vt dicerent materiam esse vnam in omnibus creaturis spiritualibus & corporalibus, sed ꝙ spiritualis substātia innitatur alicuius materiæ fundamento, est in præcedēti capitulo improbatum. Alij vero Theologi circa vnitatem materiæ posuerunt aliud extremum quantum ad restrictionem, sic restringentes huiusmodi vnitatem, vt etiam negarent in omnibus corporibus materiam esse vnam: accipientes pro fundamento, ꝙ si esset vna materia omnium corporum supercœlestium & inferiorum, materia elementi appeteret esse sub forma cœli, & è conuerso. In præsenti itaq; capitulo opinionem hāc intendimus improbare. Accipiunt quidem sic opinantes duo fundamenta: vnum ad destruēdum opinionem diuersam, ꝙ sit vna materia supercœlestium corporum & inferiorum: & aliud ad confirmandum opinionem propriam: quo vtroq; fundamētu destructo, declarata erunt quæ in Tindo huius capituli continentur. Est enim vnum fundamentum eorum, quòd materia non sit vna hæc & illa: quia, vt diximus, si esset vna appeteret esse sub forma cœli, & è conuerso. Dicūt quidem, ꝙ materia secundum suam essentiam est in potentia ad formam, ergo non potest tolli à materia, si est vna & eadem omnium corporum, quin sit in potentia ad omnem corporalem formam: si ergo hæc potentialitas, et hic

Cō. 12. et. 2. c. de subst. orbis.

Auerr. sñia de materia cœli.

B

Impugnatur Auerr.

T. 36. et. 60

Theologorum opinio de materia cœli.

C

D. Tho.

D

Fundamenta aduersus Aeg. iaciuntur.

A

appetitus sequitur ipsam essentiā materiæ, vel cōpetit materiæ per suā essentiam; quia materia non pōt separari à sua essentia, nō poterit separari ab hmōi appetitu: ergo secundū eos, vt diximus, materia existēs sub forma elemēti, vel sub forma elemētari, appetet esse sub forma cœli, & è cōuerso: et qa hmōi appetitus nō debet poni frustra et otiosus, aliquādo ex istis inferioribus fierent corpora supercœlestia, & è conuerso: & quia hoc est notoriè falsum, falsum est (vt aiunt) esse vnam materiam hic & ibi. hoc ergo fundamentum accipiunt ad destruendum opinionem aliam. Aliud quidem fundamentum sumunt ad construendum opinionem propriam, videlicet ꝙ materia cœli, et materia horum inferiorum, differunt per comparationem ad actum. Sicut videmus in potentijs sensitiuis. quia potentia visiua & auditiua non sunt vna potentia, sed sumitur eorum diuersitas per comparationem ad actum. quia illa ordinatur ad actum videndi, hæc autem ad actum audiendi: sic materia cœli et materia istorū inferiorum, differunt secundum ordinem ad actum, & secundum ordinem ad formam quia materia cœli habet ordinem ad formam incorruptibilem, materia verò horum inferiorum ad formam corruptibilem. Dicemus ergo contra fundamentum primum, ꝙ materia machinatur ad maleficium, & ad corruptionem. & cum est sub forma vna appetit esse sub forma alia: sed hoc non competit ei per essentiam, quia tunc per se & directe appeteret suiipsius expoliationē, sed hoc competit ei per priuationem formæ. Videt enim se esse turpem, & se esse defectiuam ratione priuationis, quam habet annexam: ideo appetit esse sub illa forma cuius priuationem habet, sicut appetit turpe bonum, & fœmina virum, vt declarari habet in fine. 1. physi. Hāc autem quæstionem directe pertractat philosophus: quia existēte quodam diuino, optimo, & appetibili, idest, existente ipsa forma, quæ est quid diuinum, inquantum habet rationem actus: & est quid optimum, inquantum habet rationē finis, quia forma est finis generationis, & semper finis habet quandam rationem optimi. & etiam forma est quid appetibile, inquantum habet rationem boni, quia sic diffinitur bonum, Bonū est, quod omnia appetunt, vt dicitur in prin. 1. libri Ethi. Forma ergo est quid diuinum, quid optimū, & quid appetibile. Forma quidem existente tali, materia cū est sub vna forma, appetit esse sub alia: sed hoc non est sub eius ratione, ita ꝙ ipsa per se et directe appetat expoliari vna forma, & indui alia, † sed hoc est sub ratione priuationis per quam est turpis, idest, inornata, & informis; & est effœminata, idest, defectiua. Sed tolle priuationem a materia, tollis ab ea turpitudinem siue informitatē, & tollis sibi defectum & effœmincitatem. Hoc ergo posito, non machinabitur ad maleficium, nec ad corruptionē; & non appetet esse sub alia forma, sicut appetit turpe bonum, & fœmina virum: quia iam amota est ab ea turpitudo, & effœminetas. His itaq; declaratis, dicamus, ꝙ materia considerata secundum suam nudam essentiam, cum sit pura potentia, non habet per quid differat ab alia materia tamen in potentia creatoris est, subijcere eam formæ corporali habenti contrarium, & non habenti contrariū. Et cum subijcitur formæ habenti contrarium, habet annexam priuationem alterius formæ: ratione cuius est turpis, idest, indecora, & effœminata, idest, defectiua: & ex hoc non cōpletur totus appetitus eius, sed cum est sub vna

forma

B

Fundamētorū ruina.

C

Tex. 81.

Cap. 1

† Priuatio, vt sit, à materia accipit: sed ꝑ sūmo hoc bñficio, sūmū illa maleficium remetitur, quia essentiæ loco quam à materia accipit, vt ipsa materia ñ sit licet ex accidenti, auctor est & causa.

D

vna forma appetit esse sub alia, vt patet in materia horum inferiorum. Cum verò subijcitur formæ non habenti contrarium, non habet priuationem annexam, ideo nec habet turpitudinem, nec effœmineitatem: quo posito, nunquã machinatur ad maleficium, & tñ est sub vna forma, & nunquã competit ei esse sub alia: & talis est materia cœli. Est itaq; cœlum incorruptibile, & hæc inferiora sunt corruptibilia, sed hoc non est ꝙ materia cœli omnino informis (cum sit pura potẽtia) differat essentialiter à materia elementorum, sed quia materia cœli est substracta formæ nõ habenti contrarium, & ideo non habet priuationem annexam: qua priuatione sublata, materia ibi non machinatur ad maleficium, nec ad corruptionem, sed habet satiatũ appetitum, & exinde cœlum est incorruptibile. Elementa verò habent materiam substractam formæ habenti contrarium, & exinde habent priuationem annexam, & materia machinatur ad maleficium, & corruptionem, ex quo elementa sunt corruptibilia. Materia ergo existens sub vna forma appetit esse sub alia ratione priuationis, quæ semper est respectu formæ contrariæ. Materia ergo existens sub forma elementi, appetit esse sub forma alterius elementi, vel sub forma elementati, ad quam habet aliquã contrarietatem: sed nunq̃ appetit esse sub forma cœli, ad quam nullam contrarietatem habet. Sic etiam materia existens sub forma cœli, quæ est forma nullum habens cõtrarium, nullam habet annexam priuationem: & ex hoc sub nulla alia forma appetit esse. Secundum quidem fundamẽtum ipsorum de facili tollitur: quia cum dicunt, ꝙ potẽtia auditiua habet ordinem ad alium actum q̃ potentia visiua, & ex hoc sunt diuersæ potentiæ: dicemus, ꝙ (vt patet) neutra istarum potentiarum est pura potentia, immo quælibet est quædam perfectio sui organi: vt potentia visiua est perfectio organi visiui, & auditiua auditiui: sed in pura potentialitate nullus potest imaginari distinctionẽ, ideo dicitur in. 1. Metaphy. ꝙ in fundamẽto naturæ, id est, in materia siue in pura potentialitate, nihil est distinctum. Si enim vna pura potentialitas de se ordinaretur ad nobiliorem actum vel ad nobiliorem formam q̃ alia, vna esset nobilior alia, & per consequens, vna esset magis ppè nihil q̃ alia: quia in rebus hoc est esse nobilius et melius, qđ est esse magis prope actũ et prope Deum. Et hoc est esse ignobilius et vilius, qđ est esse magis in potẽtia et magis prope nihil. Pura itaq; potentialitas, quo nomine intelligimus materiã primam, est ita prope nihil ꝙ non potest esse magis prope: et ita longe à Deo, ꝙ non potest esse magis longe, vt patet p August. 12. Confess. Tenet ergo locum infimum in genere entium, vt illi nullus gradus esse possit. Non ergo potest esse ꝙ vna pura potentialitas ordinetur ad vnum actũ vel vnam formam, & alia ad alium actum vel ad aliam formam: quia tunc esset vna pura potentialitas melior alia, vt illa quæ de se ordinaretur ad meliorẽ formam; essent itaq; in pura potentialitate gradus, quod est impossibile. Cõcludamus ergo & dicamus, ꝙ aliquid est in cælo vnde factũ est cælum, quod est vera materia, quod oẽs Theologi cõcedunt, & per consequẽs, illa vera per se est pura potẽtialitas. Et aliquid est in istis iferioribus vnde facta sunt hæc inferiora, quod est etiam huiusmodi. quod sic acceptũ hoc & illud nõ habent per quid differant, nec de se habent ordinem ad alium & alium actum: sed ex voluntate creatoris sic factum est, ꝙ materia cœli subijceretur formæ cœli non habenti contrarium, et materia horum inferiorũ, quæ secundum se abstracta ab omni forma non differt a materia cœli, subijceretur formæ habenti contrarium. & quia materia existens sub forma non habente cõtrarium (vt patet per habita) non appetit esse sub alia forma, existẽs vero sub forma habente contrarium, appetat: cõsequens est, ꝙ materia sub forma elementi appetat esse sub forma alterius elementi, vel sub forma alia, quæ est cõtraria suæ formæ, cuius priuationem habet: non autẽ appetit esse sub forma cœli, quæ nulli est contraria: & existens sub forma cœli non appetit esse sub forma elementi, non obstante, ꝙ eadem est materia hæc & illa, vt in Titulo huius capituli dicebatur. Si autem quæratur, quare forma cœli non habet contrarium, & forma elementi habet contrarium?

Materiæ cœli desideriũ per aliã formã euacuatũ est.

Tex. 17.

Cep. 8.

Pura potẽtia non habet ordinẽ ad aliã et aliã formã, nisi ex volũtate creatoris.

† Dicemus, quòd motus sequitur formam: & sicut loquimur de motu, sic loquemur de forma. Cum ergo formam cœli sequatur motus circularis, qui (vt probatur in de Cœlo & mundo) non habet contrariũ, ideo dicimus formam cœli non habere cõtrarium: sed quia formã istorum inferiorum seqtur motus rectus, qui est motus habens contrarium, ideo formam istorum inferiorum dicimus habere contrarium; mouentur enim hæc inferiora motu recto, quia mouentur a medio vt leuia, vel ad medium vt grauia; cœlum autem mouetur motu circulari, quia mouetur circa medium.

† Aeg. 2. sent. dist. 12. q. 13

1. de cœlo. t. 24. et inde.

Cap. VI.

Quòd materia, quæ subijcitur formæ cœli, secundum se considerata, est pura potentia, sicut est materia omnium inferiorum.



VIDETVR forte aliquibus in cœlo non esse veram materiam: nam transmutatio fecit scire materiã, sicut et actus formã: qa. n. videmus res agere, ideo dicimus in eis esse formas aliquas, a quibus procedunt huiusmodi actiones: nam nihil agit, nisi secundum qđ est in actu. & nihil est in actu, nisi per formam. Ratio ergo, quare aliquid agit, est forma eius, p quam est in actu: propter quod bene dictum est, ꝙ actio fecit scire formam. Sed si quæratur quid est illud, quod fecit scire materiam? dicemus, ꝙ transmutatio. nam quia vidèmus aquam rarefieri, & generari inde aerem, & rursus videmus aerem condensari, & fieri inde aquam, ideo cogimur ponere aliud tertiũ, quod prius subijciebatur formæ aeris, nunc autẽ formæ aquæ: hoc autẽ subiectum tertiũ, qđ nũc subijcitur vni formæ contrariæ, et nunc alteri formæ, vocamus materiã. Si ergo non esset transmutatio, esset ignota natura materiæ: sicut si non esset actio, esset ignota natura formæ. Ex quo videtur sequi, ꝙ sicut videmus aliqua transmutari, sic ponimus ibi subiectum. Videmus autẽ aliqua transmutari quantum ad Vbi tantum, sicut corpora supercœlestia, quibus solis conuenit motus localis: aliqua autẽ transmutantur secundũ esse. et hoc vel secundũ esse accidentale, qđ fit per alterationẽ, per quam ægritur

Auerr. 1. phy. cõ 60. et ide. et. 2. de Ani. 24. et. 9. Met. 20. et alibi.

1. phy. t. 60.

accidentalis formæ:vel secundum esse substantiale, quod sit per generationẽ & corruptionẽ.secundũ quẽ modũ materia expoliatur vna substãtiali forma,et induitur alia. In motu autẽ locali subjicitur corpus:quia corpus est illud qđ nunc est in vno loco,nunc in alio. In alteratione verò subjicitur ens in actu;quia materia subiecta cum forma,est causa omnium accidentium, quæ fiunt in ea. Forma ergo accidentalis est compositioni contingens,eo ꝙ aduenit rei compositæ ex materia et forma. Oportet quidem ꝙ totum compositum ex materia & forma subjiciatur formæ accidẽtali, & ꝙ vtraq;,materia.s.& forma, & per consequens, ipsum compositum, sit causa accidentium,quæ fiunt in eo. Sed in generatione & corruptione subjicitur ipsa materia, quia(vt dicitur in. 1 .de Gen.)Hyle,idest, materia prima,est maxime subiectum generationis: illud enim quod immediate subjicitur substantiali formæ, non est accidens, cum accidentis debeat esse fundamentum substantia, sed illud quod immediate subjicitur substãtiali formæ,est ipsa materia. Ex his omnibus videtur sequi, ꝙ sicut loquimur de transmutatione,sic loquendum sit de subiecto: & sicut in aliquibus reperitur transmutatio, si quæratur ibi subiectum,vt ibi inueniatur sola transmutatio localis,vt videtur, non debet ibi quæri aliud subiectum, nisi quod subjicitur illi transmutationi; huiusmodi autem subiectum est corpus, quod nunc est in vno loco,nunc in alio,nunc acquirit vnum Vbi,nunc aliud. † Corpus itaq; cœleste, quod nõ est generabile nec corruptibile quia est perpetuum, nõ est alterabile quia est primum alterans, sed est solum mobile localiter:& (vt videtur)non oportet in cœlo quærere tale aliquid, quale subjicitur in alteratione, quod dicitur esse compositum ex materia & forma: nec tale aliquid, quale subjicitur in generatione & corruptione, quod dicitur esse ipsa materia; sed sufficit ibi quærere tale aliquid qđ subjicitur motui locali,et hmõi est corpus mobile. Verum qa omne quod mouetur ab alio mouetur (vt dicitur in.7. phy.)ideo oportet rem motam habere motorem. Et si sit aliquid quod moueatur ex se,oportet ꝙ sit diuisibile in talia duo,quorum vnum est per se mouens, & aliud est per se motum. In cœlestibus igitur illud quod est per se motum, est corpus cœleste:id quod est per se mouens,est ipsa Intelligentia,quæ est motor appropriatus, ex qua Intelligentia dicitur cœlum viuere. Non ꝙ dicatur viuere prout viuere viuentibus est esse, ea ꝙ non sit vnum secũdum esse ex motore cœli, & cœlo; sed dicitur cœlum viuere per intelligentiam, prout intelligentia influit sibi motum,† qui motus est quoddam opus vitæ, sicut dicuntur aquæ viuæ,quæ fluunt & mouentur;dicuntur mortuæ,quæ stant & sunt immobiles. Aliquo tamen modo fit vnum ex corpore cœlesti, & intelligentia, non ꝙ fiat inde vnum secundum esse, sed secundum operationem,prout intelligentia operatur circa cœlum,& influit sibi motum,et quantum ad hoc dicitur quasi anima cœli. Et licet mouens lapidem non dicatur anima lapidis,quia potest mouere lapidem, qui non est motor appropriatus eius,motor tamen cœli potest dici quasi anima eius,quia est motor appropriatus ipsius:vt sicut anima habet suum proprium corpus quod mouet,sic qa isti intelligentiæ cõmissum est quòd moueat specialiter tale cœlum,& alij intelligentiæ commissum est ꝙ moueat aliud cœlum,ideo hoc cœleste corpus est proprium mobile huius motoris:& quia proprius motor corporum est quasi

Tex. 24.
Differẽtia motus arguit discrimẽ subiecti.

6. Phy. t. 32.

† 1. Cœli. t. 20.

Tex. 1

† Naturæ rebus oĩbus,vt vita quædã, motus inest. 8. Phy. 1. Et.4. de Cœlo. 2. eu graue et leue ĩ se hẽre vitæ quædam fomenta, nempe grauitatẽ et leuitatẽ,quæ motus sunt principia,in quo rerũ quædã vita posita est. Qđ

A anima eius, ideo quilibet motor appropriatus dicitur esse quasi anima eius. Est ergo ibi compositio ex corpore moto,& anima mouente: & quia anima est forma corporũ, ideo põt ibi dici compositio ex corpore & forma. Concludamus ergo & dicamus, ꝙ si in cœlo non inuenimus generationem & corruptionẽ,non oportet(vt videtur) ꝙ ponamus ibi materiam. Rursus,quia non inuenimus ibi alterationem,non oportet(vt videtur) ꝙ ponamus ibi rem cõpositam ex materia & forma:sed quia inuenimus ibi localem motionem,oportet ꝙ ibi sit compositio ex corpore moto & suo motore,qui modo,quo diximus, potest dici eius forma. Erit ergo ibi compositio ex corpore & forma: & ista est positio Cõmentatoris, quam dat venatur in de Substantia orbis:vbi inuestigans ex quibus naturis cõponatur cœlum, vult ꝙ non componatur ex materia & formã.sicut componuntur generabilia & corruptibilia,vel sicut componũtur

B alterabilia; sed solum componatur ex corpore & forma; sicut componuntur secundum locum mobilia. Nam si nullam aliam transmutationem videmus in cœlo nisi localem; sufficit(vt videtur) ꝙ ponatur ibi quod subjicitur motui locali:huiusmodi est corpus. Ideo in cœlo nullam posuit materiam, sed voluit ipsum cœlum esse quasi quoddam corpus simplex,& quædam corporalis forma sine materia; quod corpus simplex,et quæ corporales forma respectu suæ animæ mouentis habet se sicut materia:ideo voluit, ꝙ æquiuocè diceretur forma & materia in supercœlestibus, & in istis inferioribus,qa in istis inferioribus materia dicit aliquid quod de se est pura potentia & quod subjicitur generationi,& vt adepta est substantialem formam subjicitur alterationi:in cœlo autẽ secdm Cõm.nihil est tale, sed loco

C materiæ est ibi corporalis forma siue ipsum corpus, loco autẽ formæ est ibi intelligentia mouens. Sed ista positio stare non põt:nam licet si non fuisset transmutatio secundum substantialem formam, non fuisset plene cognita natura materiæ; tamẽ postq̃ nobis est cognita natura materiæ,cogimur rationabiliter etiam ponere verã materiam, vbi nõ est transmutatio secundum substantialem formam:& etiã cogimur hoc ponere vbi nõ est generatio nec alteratio dato etiã ꝙ non esset ibi localis mutatio, sed solum esset ibi quantitatiua extensio. Propter quod,dato ꝙ cœlum staret & esset immobile, tamen quia est quantum & extensum, oportet quòd de compositione eius sit vera materia. & ꝙ sit compositum ex materia & forma. Quæremus enim ab Auerroe, quomodo quantitas cœli comparatur ad suam formam:aut est.n.fundamentum formæ cœli & est illud

D in quo recipitur huiusmodi forma:et tunc accidẽs (per se) origine & natura præcederet substantiam: qđ ponendo oblitus fuit doctrinam Aristotelis magistri sui,dicentis in 7.Meta.ꝙ substantia est prior omni accidente, cognitiõe, & diffinitione,& tẽpore. Si autem quantitas nõ intelligitur vt præcedens & vt fundamentum illius formæ, sed vt aliquid aduenients sibi:hoc etiam esset ridiculum dicere,qa formæ ĩmateriali (secundũ ꝙ forma) non potest aduenire quantitas,dicente philosopho in.7.Meta,ꝙ forma non diuiditur,nisi per materiam. Diuisio ergo et etiam quæcũq; extensia non accidunt formæ,nisi per materiam. Hoc idẽ et declarari põt non solũ ratione extensionis et quantitatis, quas videmus in cœlo; & quæ non possunt cõpetere formæ nisi per materiam, sed etiam ratione quãtitatum, quas videmus in cœlo,quia ibi videmus rarum et densum, videmus

bis consonũ ẽ, quæ à Plat.10 de Leg.sunt ꝓdita. Viuere enim illa oĩa docuit.quæ motionis pricipiũ intra se continent.

Auer. ĩpugnatur.

Tex.4

Tex.cõ.37.et 60.

videmus ibi stellam & orbem: est enim stella densior pars sui orbis, vt dicitur in de Cælo & mundo: rarum autẽ & densum sunt differentiæ materiales: ideo oportet in cælo ponere materiam. Ergo si cælum non moueretur, attamen ratione quantitatis, quæ nunquam separatur naturaliter a materia; & ratione raritatis & densitatis, quæ sunt differentiæ circũcernentes materiã, sufficienter probari posset cælum in se habere materiam. Verum quia cælum mouetur localiter, ideo potest sumi tertia ratio sumpta ex huiusmodi motu, q̃a (vt dicitur in. 2. Metaphy.) oportet imaginari materiam in re mota. Sed dicet aliquis forte in cælo esse materiam, sed illa materia non est potẽtia pura sicut est materia istorum inferiorum: nam materia illa absoluta ab omni forma differt essentialiter ab hac materia, ratione cuius põt habere de se ordinem ad aliũ actũ, et ad aliam formam: quod videmus sensibiliter esse verum, quia materia illa est sub actu & sub forma incorruptibili & inseparabili ab ipsa, hæc autẽ materia est sub forma corruptibili vel sub forma separabili ab ipsa. Sciendum ergo, ꝙ nũq̃ ex duobus in actu fit vnum per se & simpliciter, sed secundum quid & per accidens: ideo forma accidentalis quia aduenit enti in actu, cũ suo subiecto facit vnũ per accidens & secundum quid, forma verò substantialis, q̃a fundatur in ipsa materia secundum se, quæ de se est potẽtia pura, facit vnum per se & substantialiter cum ipsa, vt quicquid postea ei aduenit dicetur esse accidens. itaq; si materia cæli secundum se diceret aliquid in actu, forma cæli esset accidens, & fieret vnum per accidens & secundum quid ex materia cæli & eius forma. Concludamus igitur & dicamus, ꝙ in ipsa materia, secundum se, nõ possunt esse gradus, tamen si possent ibi esse gradus, non minus immo magis deberet poni materia cæli esse in pura potentia, q̃ materia istorum inferiorum, cum non minus imo magis fiat vnum per se ex cæli materia & eius forma, q̃ in istis inferioribus: sed in pura potentia gradus esse non possunt, hoc enim dicit pura potentia, ꝙ ita est in potentia, ꝙ plus non põt esse in potentia, & ꝙ essentiale est ei esse in potentia: ideo dicitur in de Substãtia orbis, ꝙ esse in potentia est differentia substantialis materiæ. Si enim materiæ competeret aliquis actus, non esset potentia differentia substantialis eius: sed reponeretur materia per illum actum in suo esse specifico. Nũc autem, eo modo quo possumus loqui de suo esse specifico, dicimus quòd carentia cuiuslibet speciei, & quod carere omni specie, est sibi pro specie, idest, pro sua substantiali differentia, quòd per hoc substantialiter differt ab omnibus alijs, quia est potentia tantum, cui secundum se nullus admixtus est actus. Patet ergo per habita, ꝙ in cælu est materia & illa materia est pura potentia, sicut materia horum inferiorum, & per cõsequẽs secundum se est indifferens ab hac materia. Quòd autem materia ista sit sub forma corruptibili, illa sub incorruptibili: hoc est ex actione primi agentis, qui voluit illi materiæ imprimere formam non habentem contrarium nec priuationem annexam, ratione cuius non est ibi generatio & corruptio. In hac autem materia impressit formam habentem contrarium & priuationem annexam, ratione cuius machinatur ad maleficium & ad corruptionem, vt põt esse per habita manifestum.

2. de cælo t. 41

Rarũ & densum sunt differẽtiæ cõsequẽtes materiam.

Tex. 12.

7. Meta. t. vlti.

Cap. 1.

Materiæ essentialis differentia est carere omni forma.

1. Phy. t. 80.

A

Cap. VII.

Quòd si in cælo non esset uera materia, cælum non esset corpus, idest, esset ibi accidens sine subiecto.



QVONIAM positio Commentatoris, ꝙ cælum non habet materiam, et non est compositum ex materia & forma, ita ꝙ ipm̃ cælum se habet ibi vt corpus, intelligentia mouens vt forma, est falsa et irrationabilis: ideo, vt directè improbemus eam, volumus declarare, ꝙ si cælum non haberet verã materiam, cælum non esset corpus, & ex hoc non posset dici compositum ex corpore & forma, & quòd esset ibi accidens sine subiecto. Ad cuius euidentiam sciendum, ꝙ ad hoc ꝙ forma extendatur extensione materiæ, nõ sufficit quòd sit perfectio materiæ, sed requiritur quòd sit educta de potentia materiæ, vel quòd sit inseparabilis à materia, & quòd sit forma simplex materialis non excedens materiam. Nam anima humana est perfectio materiæ, quia est perfectio corporis: tamen quia non educitur de potentia materiæ nec de potentia corporis, non extenditur extensione corporis, sed est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte, vt vult Augustin. 6. de Trinitate. Inuenimus autem in formis tres differentias: quartam autem differentiam inuenire non possumus. Sunt enim aliquæ formæ, quæ nec sunt perfectiones materiæ, nec eductæ de potentia materiæ, vt Intelligentiæ. Aliquæ verò sunt formæ omnino oppositæ, quæ sunt perfectiones materiæ & eductæ de potentia materiæ, vt formæ materiales non excedentes suam materiam. Tertiò verò sunt formæ mediæ, quæ sunt perfectiones materiæ, non tamen sunt eductæ de potentia materiæ, vt Animæ rationales. Quartum autem membrum siue quartam differentiam, videlicet, quòd sint aliquæ formæ eductæ de potentia materiæ & tamen non sint perfectiones materiæ, inuenire impossibile est: quia formæ eductæ de potentia materiæ penitus sunt materiales non extendentes suam materiam, et sunt inseparabiles à materia: sed formas inseparabiles à materia non perficere materiã, est oppositũ in adiecto. Oportet itaq; ꝙ id quod extenditur extensione quantitatis sit eductum de potentia materiæ, & ꝙ sit inseparabile à materia. Si ergo in cælo nõ esset materia, nihil esset ibi eductum de potentia materiæ, et nihil esset ibi inseparabile à materia, immo quicquid esset ibi, esset separatum à materia. Forma ergo cæli se haberet ad quãtitatem quam videmus in cælo, sicut se habet anima nostra ad quantitatem nostram: & sicut anima rationalis non extẽditur ad quantitatem corporis, sed est tota in toto, & tota in qualibet parte, vt patuit per Augustinũ: sic forma substantialis cæli circũscripto motore non esset quid extensum, sed esset tota in toto, et tota in qualibet parte: imo, si vera eẽt positio Cõmẽtatoris, multo fortius forma substãtialis cæli non esset quid extẽsum nec quid situale, q̃ aĩa rationalis. Nam hmõi anima licet non sit educta de potẽtia materiæ; † tamẽ perficit materiam & licet sit separabilis a materia, tamen non est actus separatus a materia, immo

B

C

D

2. de aĩa. t. 7.

Cap. 9.

Formarũ triplex differẽtia

6. de Trinit. cap. 8.

2. de aĩa. t. 20

† Aĩam rõnalẽ esse alicuius

V

ERRORES.

Pag.	Col.	Lig.
7.	4.	40.
admisciitur.		*admisceetur.*
8.	3.	21.
Genesis		*Geneseos*
26.	2	8.
incipit		*incepit*
26.	1.	18
emisphæriũ		*hemisphærium*
27.	1.	51.
lux ergo, illa		*lux ergo illa*

Pag.	Col.	Lin.
19.	2.	11.
continuatium		*continuatiuum*
29.	2.	32.
taman		*tamen*
33.	2.	7.
aggregatio		*aggregatio*
46.	3.	15.
atq;		*itaq;*
49.	2.	35.
futuas		*fatuas*

D. AEGIDII ROMANI, ORDINIS FRATRVM EREMITARVM SANcti Augustini, Archiepiscopi Bituricensis, Opus Hexaemeron, siue de Mundo sex diebus condito.



CAP. I.

Quòd materia illa informis, ex qua per spatia sex dierum dicuntur omnia esse facta, non carebat omni forma.



VONIAM de operibus sex dierum intendimus librum componere, et
quia post illos sex dies, in
qbus omnia facta esse dis
Gen. 2.a cūtur, legimus Deū die se
ptimo requieuisse ab vniuer
so opere quod patrarat: or
do naturalis et rationalis
postulat, vt hic liber à materia informi sumat ïitiū, ex qua
in illis sex diebus orbis terrarū dicitur esse factus, iuxta
Sap. 11.e illud Sapientiæ, Omnipotens manus tua creauit orbē ter
rarum ex materia inuisa, idest, ex materia informi: quæ
nomine terræ significatur, cum dicitur, In principio crea
Gen. 1.a uit Deus cœlum, & terram. Cœlum quidem, idest, naturā
angelicam vel cœlum, id est, empyrium, quod mox creatū
sanctis Angelis est repletum: & terram, idest, materiam
illam inuisam & informem, ex qua formata sunt reliqua
omnia. Ideo terra illa & illa materia dicitur fuisse inanis
et vacua. Inanis quidēerat, quia erat informis. vacua erat,
quia herbis, & plantis, & animalibus non erat repleta,
nec decorata. Est enim materia quasi locus in quo recipi
tur forma: & est aliqua similitudo (licet exilis) materiæ
adformā, sicut loci ad corpus. Ergo sicut locus dicitur ina
nis, quando est sine corpore: ita materia dicitur informis,
q carect forma. Aduertendum tñ ꝙ vbi nos habemus, Ter
ra (idest, materia illa informis) erat inanis & vacua:
Lxx. alia litera habet, Erat inuisibilis, & incomposita. Inuisibi
lis quidem erat, idest, incognoscibilis, quia materia cum
1.Phy. t.69. non cognoscatur nisi per formam, & per analogiam ad
formam, terra illa, idest, materia illa, eo modo quo erat in
formis, & carebat forma, erat inuisibilis, idest, incognosci
bilis. Vel si vellemus hoc referre ad solam terram, non ad
totam materiam: terra in primordio inuisibilis erat, quia
Gen. 1.a erat tota cooperta aquis. Ideo dixit Deus, Congregentur
aquæ in locum vnum, & appareat arida. Et erat incōposi
ta, quia nō erat ornata plantis, arboribus, & animalibus:
quibus coniuncta, ex eis componitur, & ornatur. Ergo si
ex materia informi, quæ nomine terræ potest significari,
totus hic mundus dicitur esse formatus: bene se habet inqui
rere, Vtrum illa materia esset sic informis, ꝙ careret pe
nitus omni forma. Ad veritatem elucidandam verba Au
Cap. 4. et.6. gustini in 12. Confessionum, triplex obstaculum parabūt.

A Vnum ex parte formarum, aliud ex parte temporum, ter
tium ex parte ipsius nihili. Ex quibus omnibus uidentur
verba eius sonare, ꝙ materia illa ex qua facta sunt om
nia, quæ dicitur in principio esse facta, erat omnino infor
mis, & carebat penitus omni forma. Primò quidem vide I.
tur hoc esse ex parte formarum: videtur enim velle, ꝙ in
illa informi materia nulla erat forma, quia non color, non Cap. 3.
figura, non corpus, non spiritus. Cum ergo omnis forma
sit substantialis, vel accidentalis: & omnis forma substan
tialis vel sit corporalis, vel spiritualis: si in illa materia nō
erat color, nec figura, excludebatur ab ea forma acciden
talis: si nō erat corpus, nec spiritus, excludebatur ab ea om
nis forma substantialis: immo cum omnes formæ acciden
tales sint posteriores formis substantialibus, & sequantur
eas (quia, vt dicitur in. 7. Met. substantia est prior accidē Tex. 4.
B te, cognitione, diffinitione, & tempore) si in illa materia
non erat corpus, nec spiritus, idest, non erat ibi forma cor
poralis, nec spiritualis, nulla erat ibi forma substantialis,
& per consequens nec accidentalis: nam & ipsæ formæ
accidētales vel sunt corporales, vel spirituales. Erat ergo,
secundum hæc verba, materia illa omnino informis, nō ta
men erat omnino nihil: nam si erat sine omni forma, erat
tamen ꝙ poterat formari forma. Ideo August. circa princi
pium 12. Confessionum loquens Deo de huiusmodi mate Cap. 3.
ria, dicit, Priusquam istam informem materiam formares,
atque distingueres, nō erat aliquid, non color, non figura,
non spiritus, non corpus: non tamē omnino nihil, sed erat
quædam informitas sine vlla specie. Secundò, verba Augu. II.
præbēt obstaculum huic veritati ex parte ipsorum tēporū.
Nā cum veritas sit, ꝙ materia illa informis primò creata,
C non caruit omni forma: verba tamē eius huic veritati præ
bent obstaculum, & videntur sonare, ꝙ caruerit omni for
ma, non solum ex parte formarum, quia nec erat color, nec
figura, nec corpus, nec spiritus, & erat sine vlla specie, sed
etiam hoc idem arguit ex parte temporū, ꝙ talis erat illa
materia, ꝙ nullis mutationibus tēporum poterat esse subie
cta: ideo terra, idest, materia illa informis non dicitur esse
facta prima die vel secunda, sed dicitur esse facta in prin
cipio, idest, ante omnem diem, quæ sic considerata nullis
diebus, & nullis mutationibus temporū poterat esse subie
cta. Est enim hoc conuertibile, videlicet, ꝙ quicquid est om
nino informe nullis mutationibus potest esse subiectum: &
etiam conuertitur, ꝙ (loquendo de creaturis) quicquid nul
lis mutationibus potest subijci, est omnino informe. Vnde
& Comment. super. 8. Physicorum probat, ꝙ materia om Com. 4.
D nino prima nullis mutationibus potest esse subiecta. Hoc
est ergo, quod Augustinus dicit 12. Cōfessionum, ꝙ Moy
ses, cum commemorat Deum in principio fecisse cælum et Cap. 9.
terram, idest, angelicam naturam & materiam informē,
tacet de temporibus siue de diebus, & subdit, ꝙ ista infor
mitas terræ, inuisibilis & incomposita, in diebus & tem
poribus non est numerata, quia ibi nulla species, nullus or
do, nec venit quicquam, nec præterit: & vbi hoc nō fit, nō
sunt vtiq; dies, nec vicissitudo, nec spatium temporalium.
Materia ergo illa informis nō est cōnumerata inter dies,
sed facta est ante omnem diem: & sic facta est, ꝙ nulla
posset esse in ea mutabilitas temporum: quod esse non pos
set, nisi fuisset facta penitus informis, quia in materia iam
formata, mutabilitas temporum esse potest. Tertiò, verba III.
Augustini in eodem libro huic veritati præbent obstaculū

ex parte ipsius nihili. Nam, vt diximus, materia illa informis non fuit facta sine omni forma. Verba autem Augusti ni, comparantis materiam ad ipsum nihil, sonant quod penitus sine omni forma facta fuerit illa informis materia.

12. lib. Confess. cap. 7. *Hoc est enim quod dicit, Duo quidem fecisti domine: vnum prope te, alterum prope nihil. Vnum, quo tu superior esses, idest, naturam angelicam: aliud, quo nihil inferius esset, idest, informem materiam. Natura ergo angelica ita est prope Deum, quod nihil praeter Deum est supra eam: materia autem informis, quae dicitur facta prima die, ita erat prope nihil, quod nihil poterat esse inferius ea. Quo posito, facta fuit sine omni forma: quia si fuisset facta cum aliqua forma, fuisset magis prope nihil, et fuisset inferius seipsa, si consideraretur sine omni forma. Aduertendum itaque quod haec verba Augusti ni in sequenti Capitulo soluemus. In hoc autem capitulo intendimus declarare, quod materia illa informis non fuit facta sine omni forma: quod tripliciter possumus declarare, secundum quod verba August. huic veritati triplex obstaculum videntur praebere, vt illis eisdem tribus vijs, & radicibus, ex quibus veritatis obstacula insurgebant, veritas proposita declaretur: vt sit prima via ex parte formarum, secunda ex parte temporum, tertia ex parte ipsius nihili.*

1. Via. *Prima quidem via sic patet. Nam, secundum Boethium & secundum veritatem, omne esse est a forma: quod ergo caret omni forma, caret omni esse: si ergo esset aliquid omnino informe, esset secundum hanc hypothesin aliquid quod nullum haberet esse: ergo illud esset, & non esset: quod contradictionem implicat: oportet quidem, quod esse sit actus entis, nam oportet esse ens, quod habet esse: est enim hoc conuertile, Omne ens habet esse: & Quicquid habet esse est ens.*

In libro de vnitate, & vno.

Pura potentia non est vere, et simpliciter ens. *Pura ergo potentia, & illud quod est omnino informe, non est ens, & per consequens, nullum habet esse. nam quod est in potentia (secundum quod huiusmodi) nō est ens, sed potest esse ens. Illa itaque informis materia primo facta, non fuit pura potentia, nec fuit sine omni forma, quia fuisset sine omni esse.*

Secunda via. *Secunda via ad hoc idem sumitur ex parte temporum. Dicere enim aliquid informe, & nullo modo subesse mutationibus temporum, est dicere oppositum in adiecto. Nam hoc est informe, quod potest formari: & illud potest formari, quod subiacet mutationibus temporum. Materia ergo illa informis, non fuit sine omni forma. quia non fuisset subiecta mutationibus temporum, vt patuit supra per verba August. 12. Confessionum. Illud enim subijcitur mutationibus temporum, quod de hoc in illud vadit, & quod vnum deserit, & aliud recipit: nam mutari secundum Aristo. est de aliquo in aliquid ire. Vnde et Augustinus ait, Vbi nec venit, nec praeterit, non est vicissitudo temporum. Haec est enim vicissitudo temporum, quando hoc praeterit, & hoc aduenit: hoc expoliatur, & hoc induitur. A pura autem potentia nihil potest praeterire, & pura potentia nullo modo potest expoliari. & per consequens, nullis mutationibus temporum potest esse subiecta. Notandum tamen, quod prima ratio directe & simpliciter arguit puram potentiam esse non posse: sed haec secunda ratio recte concludit, quod pura potentia & res omnino informis actionibus naturalibus nō potest esse subiecta, quia actio naturalis non inducit vnam formam, nisi expellat aliam. Non enim sunt actiones naturales, nisi ex contrarijs in contraria: quia semper vnū contrariorū agit in aliud, vt calidum in frigidum, vel magis*

cap. 9.

5. Phi. 2.

12. lib. Confess. cap. 9.

4. Cæ. 22. In qua actione sit simpliciter

A *calidum in minus calidum, sine calidum in tepidum: nec calidum agit in frigidum, nec in tepidum, nisi expellendo formam frigidi & formam tepidi, & inducendo formam calidi. Propter quod, ponere aliquid naturaliter informe, quod non possit secundum aliquem ordinem esse subiectū actionibus naturalibus, est ponere oppositum in adiecto: quia quod naturaliter est informe, naturaliter potest formari. Ideo non solum ex ipsa formis vt dicebat ratio prima, sed etiam ex mutationibus temporum vt dicit haec ratio secunda, concluditur quod illa informis materia non fuit pura potentia, nec caruit omni forma. Vel, vt supra tetigimus, etiam haec ratio arguit simpliciter veritatem, quia daret ad contradictionem, quod idem posset formari, & non formari. Tertia via ad hoc idem sumitur ex parte ipsius nihili. Pura enim potentia, vt vult Commen. in Phy. est* propositio vera, vide illum doc. 5. Quodl. q. 10.

B *medium inter ens & nihil: non est enim ens, quia non habet esse: & non est nihil, quia potest esse. Hoc enim dicit potentia, quod non est, sed potest esse: ratione qua non est, non est ens: ratione qua potest esse, non est nihil. Est enim potentia illud ex quo res est materialiter: vt ferrum est potentia culter, quia ex ferro materialiter fit culter. ex nihilo autem non potest aliquid materialiter fieri: vt sicut aliquis malleando ferrum, facit inde cultrum, ita malleando nihil, non faciet inde aliquid. Cum ergo dicitur, quòd Deus ex nihilo fecit omnia, ibi (nihil) non potest teneri materialiter, ita quod ipsum nihil, sit materia rerum, vel quod in ipsum nihilum tanquam in materiam induxerit formam, & hoc modo fecerit creaturam. Sed ibi (nihil) vt supra diximus, tenetur ordinaliter, sicut dicitur quod ex mane fit meridies, vt ponitur exemplum in. 2. Metaphy. Non* Tertia via. 1. phi. 71. & 78.

C *enim ip sum mane fit meridies, nec vna hora fit alia: sed post mane incipit esse meridies, & post vnam horam incipit esse alia. Sic ex nihilo fit aliquid, non quod ipsum nihil fiat aliquid: sed cum res prius fuissent nihil, actione diuina inceperunt postea esse aliquid. Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus, quod pura potentia, & materia omnino informis, nec est ens, nec nihil, sed est medium inter vtrunque: & quia impossibile est tale quid esse actu, quia tunc esset aliquid actu, quod non esset ens: ideo materia sic omnino informis non potest cadere sub factione: quia illud quod cadit sub factione, & illud quod fit, cum est factum incipit actu esse. Quare si materia omnino informis posset cadere sub factionem, tale existens posset esse actu quod esset omnino informe. Vnde August. 12. Conf. loquens de materia penitus informi, ait, Non est aliquid, sed est vn* Tex. 7. ca. 6. 8. et. 15

D *de potest esse aliquid. Non est enim nihil, & non est aliquid, quia non est quid: sed est vnde facta sunt alia. & vnde facta sunt entia.*

Cap. II.

Quòd non tempore, sed natura: non duratione, sed origine, materia omnino informis praecessit suam formationem.



SECVNDVM rōnes praehabitas cogimur ponere, quod nullū fuit dare instans aut tps, in quo esset materia oino informis: quia (ut patet per habita) hoc posito, triplex incōueniens sequeretur, videlicet, quod aliquid simul esset & non esset: & quod esset aliquid

aliquid naturaliter informe, quod secundum nullū ordinē actionibus naturalibus posset esse subiectum: et tertio quod esset aliquid factum, quod esset mediū inter ens et nihil.

1. Phy. 64. 7. Meta. 23. & inde. 8. Met. 8 12. Met. 18.

Immo, ut clare patet, quod pura potentia sub factione non cadat, nec possit esse aliquid quod sit secūdum se factum: dicemus cū sapientibus Philosophis, quod proprie non fit nisi compositum ex potentia & actu: & ex factione compositi dicitur fieri potentia & actus: nō enim fit potentia per se, nec actus per se: sed simul fit potentia cum actu, et ecōuerso. Si enim cera est in potentia ad rotunditatem, & quis vellet facere ceram rotundam, non faceret ceram per se, et rotunditatem per se, & postea coniungeret rotunditatem ceræ: sed transmutaret ceram, & transmutando eam, de cera non rotunda faceret ceram rotundam, ita quod simul faceret ceram sub rotunditate, & rotunditatem in cera. Totum ergo compositum faceret simul, ita quod per se non cadit sub factione, nisi compositū, ut declarari habet in 7. Met. & in lib. phys. Facere enim ceram rotundā nō est facere quod cera sit cera, quia hoc sēper verū est sine rotūditate: nec est facere quod rotundū sit rotundū, quia et hoc sēper verū est sine cera, sed est facere totū simul. Quod potissimè veritatē habet in potentia & in actu, quia nullū istorum per se cadit sub factione. Nam facere potentiam, non est facere quod potentia sit potentia, quia hoc semper est verum quod potētia est potentia: sed tunc incipit esse potentia, & tunc fit potentia, quādo incipit esse sub actu. Ergo prius intelligitur potentia fieri sub actu et incipere esse sub actu, quā fiat potentia vel quā incipiat esse potentia. Et quia potentia sub actu dicit quid compositum, prius fit compositum et incipit esse compositum, quā fiat potentia vel incipiat esse potentia, quæ est pars compositi: ideo bene dictum est, quod factione compositi fit materia quæ est pars cōpositi. Et quod dictum est de materia & de potentia, veritatem habet de actu materiali et de forma materiali, quæ non potest esse sine materia. Facere enim huiusmodi actum vel formam, non est facere quod actus sit actus vel quod forma sit forma, quia hoc semper verum est: sed hoc modo fit huiusmodi actus quando fit in sua potentia, & hoc modo fit forma quādo fit in sua materia. Ergo non intelligitur huiusmodi actus

Compositū primò fit.

fieri nisi fiat in sua potētia, nec forma fieri nisi fiat in sua materia: et quia forma in materia, et actus in potētia, dicit quid compositum, prius intelligitur fieri compositū, quā actus & potentia vel quā materia & forma, quæ sunt partes compositi. Factione itaq; compositi fiunt potētia et actus, materia & forma. Illud igitur dictum Philosophi

1. Phys. t. 64.

clare patet esse verum, quod per se non fit, nisi compositum.

Tempore ergo & duratiōne non potuit fieri pura potentia sine omni actu, nec purus actus sine pura potentia. Et si inuenitur purus actus sine omni forma, quod patet verū

Deus solus est actus ab oī potentia separatus.

esse in Deo, ille actus non cadit sub factione, nec tale aliquid potest esse factum, sed est faciens omnia. Illud enim quod sub factione cadit, semper oportet esse compositum. Duratione ergo & tempore, pura potentia et materia omnino informis non præcessit actum, sed origine & quadā consideratione naturali. Nam licet non fiat potentia nisi sub actu, & ex hoc non fiat potentia nisi factione cōpositi: imaginamur tamen, quod actus recipiatur in potentia, et ex hoc (secundum quendam modum intelligendi) prius intelligitur esse materia, & postea intelligitur in ea recipi actus: sicut prius intelligitur aliquid imperfectum, & postea intelligitur perfici. Secundum ergo hunc modum loquendi, origine & natura, idest, naturali intelligentia, nō duratione nec tempore, materia omnino informis præcessit suam formationem. Secundum hoc ergo saluantur verba Augustini cum ait, quod prius fuit materia omnino informis, & postea fuit formata: quia non loquitur de prioritate durationis vel tēporis, ita quod fuerit aliquod tēpus vel aliquod instans in quo materia fuerit talis, † sed quod quadā origine & quadam naturali intelligentia: sicut prius intelligitur imperfectum & postea intelligitur perfici: sic prius intelligitur materia omnino informis & postea intelligitur fuisse formata. Secundum hoc ergo possumus saluare omnia illa verba August. 12. Confessionum cap. 3. Nam cum dicebatur, quod priusquā Deus hāc informem materiam formaret atq; distingueret, non erat aliquid non color, non figura, non spiritus, non corpus, sed erat quædam informitas sine ulla specie: loquitur de prioritate non temporis quod aliquādo fuerit aliquid tale, sed prioritate originis & de naturali intelligentia. Nam origine & naturali intelligētia, materia præcedit formam, & imperfectum perfectū: complemento autem, & perfectione, & etiam electione, perfectum præcedit imperfectum, & forma materiam.

Ad. 1.

† Materia est prior forma naturali intelligētia, nō quod possit sine forma intelligi; sed quia postquā est cognita per formam, prius intelligitur esse materia, et postea in ea recipi actus. Et sic, cū alijs dictis Aug. cōtrouersiæ nihil est.

Ex hoc etiam patet illud quod secundo dicebatur de ipsis temporibus. Nam materia sine omni forma fuit ante omnem diem & ante omne tempus, & non poterat esse subiecta mutationibus temporum, sed hoc modo non potest intelligi prior tempore vel duratione: nam cum tempus incipiat in instanti, non potuit tempus esse ante omne instans, quia tunc fuisset tempus ante omne tempus, quod est impossibile. Simul ergo tempore vel duratione fuit materia & forma, & instans, in quo incœpit tempus: sed quadam naturali intelligentia prius imaginamur fuisse materiam, et postea introductam ibi fuisse formam: et quia materia sic sub forma, poterat esse subiecta mutationibus, et variationibus temporum, statim incœpit esse instans, quod est principium temporis. Duratione ergo omnia illa simul fuerūt, licet origine & causalitate se præcesserint. Nam cum tēpus sit accidens, materia & forma quæ sunt substantia, origine & causalitate præcesserunt omne instans & omne tempus: & cum fundamentum præcedat origine illud cuius est fundamentum, materia quæ substernitur formæ tanquam fundamentum, origine præcessit omnem formā.

Ad. 2.

Ex hoc etiam potest patere, quod tertio dicebatur, quod facta fuit materia omnino propè nihil, ut nihil posset esse inferius ea: quod esse non posset nisi facta fuisset omnino informis, quia hoc modo est infima omnium, nam materia iam formata & facta in actu nō est omnino propè nihil. Ad quod dici potest, quòd materia prius fuit facta omnino propè nihil, non prius duratione, quia quātum ad hoc simul fuit facta materia cum forma, & ecōuerso: sed fuit ibi prius origine, & natura, idest, naturali intelligentia: quia cùm materia intelligatur substerni formæ tanquam quoddam suum fundamentum, & prius intelligatur esse fundamentum, quā quod aliquid superædificetur vel recipiatur in eo, ipsa materia hoc modo præintelligitur antecessisse suā formationem.

Ad. 3.

*

Cap. III.

Quomodo uerificantur uerba Aug. ꝙ materia omnino informis, ignorando sciatur, & sciendo ignoretur.



Cap. 5.

RAESENS quidẽ capitulum ad intelligendum mentem Augustini est introductum. qui. 12. Confess. in hæc verba videtur prorumpere, Humana cogitatio materiam vel nosse ignorando, vel ignorare noscendo. Ait etiam materiã non esse intelligibilem, quia non est species. Si enim omne esse est a specie siue a forma, et res sicut se habet ad esse,

Tex. 4.

ita se habet ad veritatem, vt declarari habet in. 2. Metaphys. & per consequens ita se habet ad cognitionem intellectualem, quia obiectũ intellectus est verum: cũ materia de se careat omni specie & omni forma, consequens est, ꝙ de se careat omni esse, & de se non sit intelligibilis, imo nec ẽt de se est sensibilis, sed insensibilis & incomposita. Hoc est ergo, quod Augustinus ait, In ea (idest, in materia) quærit cogitatio quid sensus attingat, & dicit sibi, non est intelligibilis forma. Et subdit, neq; est sensibilis, quoniam quid videatur & quid sentiatur in inuisibili et incomposita non est. Et postea ait, dum sibi hæc dicit humana cogitatio, conatur materiã vel noscere ignorãdo, vel ignorare noscendo. Vt igitur hæc verba intellectum accipiant clariorem quia nostra cogitatio incipit a sensu (nã

1. Post. c. 14.

nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu, vt in Poster. declaratur) videndum est in ipsis sensibilibus, Vtrum in aliquo sensu hoc contingat, ꝙ aliquid nõ sentiendo sentiatur: & sentiendo, sensu non percipiatur. Et cum duo

In Proœ. 1. Metaphy.

sint sensus, qui maxime deseruiunt scientiæ, Visus, scilicet, & Auditus. ideo in vtroq; sensu, hoc volumus declarare. Est enim aliquid in sensu visus, quod dicit meram priuationem rei visibilis, sicut tenebra dicit meram priuatio-

† Aeg. in. 2. de An. tex. 66 in dubijs. 2. de An. t. 71

nem lucis. † Lux quidem est obiectum visus, nam visus percipit lucem, & nihil percipit sine luce. Et quia non ad alium sensum spectat cognoscere hoc, & oppositum: ideo eodem sensu, quo iudicamus de luce, iudicamus de tenebra. Qui ergo potest aduertere quomodo visu cognoscitur tenebra, de leui scire poterit, quomodo intellectu cognoscitur informis materia. Dicimus enim ꝙ tenebra, non videndo, videtur, idest, visu percipitur: & videndo, nõ vide-

Sensus quisq; per accidẽs et propriũ sensibiliũ priuationẽ apprehendit. 2. de Ani. tex. 103.

tur, idest, visu non percipitur. Cum enim nihil videmus, dicimur videre tenebras non videre enim, est tenebra, vel est res tenebrosa, aut res priuata lumine potens suscipere lumen. Non ergo nisi per analogiam ad lumen cognoscitur tenebra: & tunc actu percipimus tenebram, quando nihil omnino videmus. His itaq; prælibatis, dicamus, ꝙ sicut se habet visus ad res visibiles, ita se habet mens et intellectus ad species & ad formas. & sicut visus non percipit nisi lucem & colores quæ sunt res visibiles, sic intellectus non percipit nisi formas & species. Nam (vt declarari habet in. 3. de Anima) quod quid est, est obiectum intellectus. & quia quod quid est rei secundum quiditatem, est illud qđ

A

per diffinitionẽ exprimitur, quia diffinitio est sermo expressiuus quiditatis & essentiæ cum omnes partes positæ in diffinitione sint formæ, vt declarari habet in. 7. Metaphysicorum, consequens est, ꝙ nostra intellectualis cognitio ad formas & species terminetur: quia terminatur ad quiditatem quæ per diffinitionẽ exprimitur, † in qua om- † Aeg. 2. sent. dist. 37. q. 1.

nes partes positæ dicuntur esse formæ. Vt ergo prosequamur similitudines de visu corporali & intellectu, dicemus, ꝙ visus corporalis non percipit nisi lucem: & si dicatur ꝙ percipit colorem, dicemus ꝙ colores sunt de natura lucis. Est enim lux quidam color clarus: & color est Color

quasi quædã lux opaca. Si ergo colores possunt dici quæ- Lux.

dam lux, visus corporalis non percipit nisi lucem, sicut & intellectus non percipit nisi formas. Sic igitur cognoscetur ab intellectu quod caret omni forma, sicut cognoscetur

B

a corporali visu quod caret omni luce. Et quia materia omnino informis caret omni forma, & tenebra secundum ꝙ huiusmodi caret omni luce. benè dictum est, ꝙ sicut tenebra percipitur corporali visu, sic materia omnino informis percipitur intellectu. Et quia tenebra non videndo videtur, & videndo non videtur (quia quamdiu aliquid videmus, non dicimur videre tenebras, sed tunc dicimur eas videre, cum nihil omnino videmus) ideo hic apparet veram esse sententiam Augustini, quòd materia omnino informis ignorando cognoscitur, & cognoscendo ignoratur. quia sicut quandiu aliquid corporaliter videmus, videmus lucem vel colorẽ qui est de natura lucis sic quãdiu aliquid intelligimus, dicimur intelligere formam vel speciem omnino autem informe non intelligendo intelligimus, sicut & tenebras non videndo videmus. Possumus

C

enim per intellectum intelligere hanc speciem, & illam speciem, & aliam speciem, & sic de singulis. Si vis ergo intellectũ abstrahere ab omni specie, abstrahas ipsum ab oĩ intelligere. Materia ergo vt sub hac forma, cadit sub hoc intelligere: vt est sub alia forma, cadit sub alio intelligere: ergo vt est sub nulla forma, cadit sub nullo intelligere, vt quasi non intelligendo intelligatur. Quia quando abstrahimus materiam ab omni forma & ab omni intelligere, (quia hoc modo intelligimus materiam omnino informem) consequens est, ꝙ sic acceptam non intelligendo, intelligimus ipsam. Et quod dictum est de tenebra respectu visus, veritatem habet de silentio respectu auditus. Nam & per visum cognoscimus tenebras, et per auditum percipimus silentium & sicut tenebram non videndo videmus, sic et silentium non audiendo audimus. Eodem etiam modo et ma-

D

teriam, non intelligendo, intelligimus. Quando enim nihil videmus, dicimus esse tenebras, & quando nihil audimus, dicimus esse silentium. sic cum abstrahimus materiam ab omni forma, abstrahimus eam ab omni esse, et ab omni intelligere. sed abstrahere ab omni intelligere, est non intelligere ipsam. Sic enim dicemus de materia quantum ad cognitionem, sicut dicimus de peccato quantum ad factionem. Nam sicut non faciendo, peccatum facimus, sic non intelligendo, materiam intelligimus: habet enim peccatum non causam efficientem, sed deficientem. Ideo Augu. 12. de Ciuitate Dei, ait, Nemo igitur quærat efficientem cau- Cap. 7

sam malæ voluntatis. non enim est efficiens. sed deficiens: nec illa est effectio, sed defectio. Siquis enim faceret lineã tortuosam, ipsius lineæ assignaremus causam efficientẽ plumbum vel cultellum cum quo facta est linea: sed ipsius tortuositatis

tortuositatis non possumus assignare causam efficiētem, sed deficientem. Est enim eius causa, defectus regulæ, ꝗa si adhibuisset ibi regulam, non fecisset lineam tortuosam. Sic ipsius actionis assignabimus causam efficientem, virtutem vel potentiam, à qua egreditur huiusmodi actio: sed ipsius actionis, vt est obliqua & mala & vt est peccatū, non assignabimus causam efficientem, sed deficientem quatenus deficit huiusmodi actio à regulis rationis vel à

Actio quare mala.

regulis diuinis, est obliqua et mala et peccatum. Sic & in proposito. cum intelligimus materiam cū aliquo esse vel cum aliqua forma, huiusmodi intelligere habet causam efficientem, quia ille actus & illud esse cum quo intelligimus materiam, est causa quare sic intelligamus eam: sed cum volumus considerare materiam sine omni esse, oportet ꝙ deficiendo ab omni intelligere intelligamus ipsam.

12. Met. t. 51

B Scientia enim nostra causatur a rebus, & res mediante sensu agunt & immutant intellectum nostrum: cum ergo nihil agat, nisi vt est in actu, quod deficit ab oī actu, deficit ab omni actione, & ab omni immutatione: ideo materia sic accepta non intelligendo intelligitur, quia deficiendo ab omni actu, deficit ab omni intelligere, cum deficiat ab omni immutatione & ab omni actione, vt hoc modo accepta non possit immutare intellectum nostrum, nec aliqd agere in ipsum. Sicut ergo peccatum deficiendo cōmittitur, sic & materia, quantum ad cognitionem, deficiendo a cognitione cognoscitur: & per consequens, non intelligendo intelligitur. De hoc autem modo cognitionis loquitur

Cap. 7.

Aug. 12. de Ciuitate dei, cum ait, ꝙ causas porro istarū, idest, malarum voluntatum vel malarum actionum, cum efficientes non sint sed deficientes, velle inuenire, tale est ac si quispiam vellet videre tenebras vel audire silentiū, quod tamen vtrūq; nobis notum est, neq; illud nisi per oculos, neq; hic nisi per aures, (& subdit) ꝙ hoc non est in specie, sed in speciei priuatione. Et idem dicit, ꝙ ea quippe quæ non in specie, sed in eius priuatione sciuntur, si dici aut intelligi possunt, quodammodo nesciendo sciuntur, vt sciendo nesciantur. Et exemplum de oculo ponit, dicēs: cū oculus corporalis currit per species corporales, nusquam tenebras videt, nisi vbi cœperit non videre. Ponit etiam exemplum de auribus, dicens, ꝙ ita etiam non ad aliquem alium sensum, sed ad solas aures pertinet audire silentiū, quod nullo modo nec non audiendo sentitur. Et quod dictū est de peccato, & de tenebris, & de silentio, veritatem habet & de ipsa materia quantum ad intelligere: quia quandiu discurrimus per formas & per ea quæ sunt de se intelligibilia, tandiu possumus intelligere materiam formatam. Sed tunc dicimur intelligere materiam omnino informem, quando deficimus ab omni intelligere. nam materia

1. Phy. t. 75.

sic accepta intelligitur cum omni priuatione cuiuscunq; speciei: quæ autem cum priuatione speciei cognoscuntur, quasi nesciendo sciuntur: nam priuatio in negatione consistit. Ideo August. 12. de Ciuitate Dei, cap 7. dicit, ꝙ species intelligibiles mens quidem nostra intelligendo conspicit: sed si deficiunt species, illa nesciendo condiscit. Et qa in materia omnino informi deficiunt omnes species, consequens est, ꝙ eam nesciendo condiscamus. Ipsa etiam delicta, prout eorum ratio in priuatione consistit, non intelligibilia esse dicūtur: iuxta illud Psal. Delicta quis intelligit?

Psal. 18.

Sed dices, ꝙ secundum iam dicta, vt videtur, nō aliter intelligitur materia, ꝗ̄ intelligatur ipsum nihil. Ad quod di-

A cī potest, ꝙ materia non est nihil, sed est prope nihil, et est medium inter ens & nihil. Nam sicut angelus est propè Deum, quia multum habet de actualitate: sic materia prima est propè nihil, quia multum habet de potentialitate, & nihil habet de actualitate. Attamen materia, licet sic sit propè nihil, non tamē est nihil. & aliter negotiatur intellectus circa eam, & circa nihil: quia circa nihil negotiatur non intelligendo negatiuè, ita ꝙ intellectus intelligit per nihil quod nō est, nec potest esse. ipsius enim nihil, nec est aliquid, nec potest fieri aliquid. Vnde cū dicimus, ꝙ Deus ex nihilo fecit res, non est intelligere, quòd ipsum nihil, sit facta aliqua res, vel sit factum aliquid, ita ꝙ ibi (ex) non tenetur causaliter, sed ordinaliter, & est idem quod primò, non materialiter, sed ordinaliter. Ex nihilo enim factæ sunt res: quia cum prius essent nihil, postea

1. Phy. t. 78.

Aeg. quodl. 5. quest. 12.

B incœperunt esse res. Igitur non intelligendo intelligitur Nihil, non intelligendo omnino negatiuè. quod Nihil, nec est, nec potest esse, nec est aptum natum esse. Sed non intelligendo, intelligimus materiam, intelligendo priuatiuè. nā priuatio dicit carentiam cum aptitudine. Materia quidem sine omni forma intelligitur cum priuatione. quia licet careat omni esse, habet tamen aptitudinem ad esse: & licet sic accepta non sit, quia non est aliquid in actu, potest tamen esse, quia est aliquid in potentia.

Cap. IIII.

Quòd materia nuda secundum suam essentiam in omnibus corporibus est eadem.

C



IRCA identitatem materiæ volumus euitare extrema, & tenere medium. Inuenimus quidem aliquos sic ampliantes idētitatē materiæ, vt eā in omnibus corporibus tā corruptibilibus ꝗ̄ incorruptibilibus, tā elementaribus ꝗ̄ cœlestibus, et etiam in omnibus spiritibus dixerint esse eandem. Vt patet ex Auicebron in suo libro quem vocauit de Fonte vitæ. Vult enim ibi, ꝙ, quantum ad essentiam materiæ, non

Auicebron de materia p̄ria.

differant spirituales creaturæ a corporalibus, sed solum quantum ad conditiones materiæ. vt quia corporalia hīt subiectū materiā subiectam quantitatibus & qualitatibus

D corporalibus, spirituales autem substantiæ habent materiam quantitatibus & qualitatibus non corporalibus, sed spiritualibus Secundum quem modum (sequendo hanc opinionem) non solum qualitatibus, sed etiam quātitatibus spiritualibus, materia in spiritibus est subiecta: vt dicamus ꝙ duplex est quantitas, vna molis quæ solum est in corporibus, alia virtutis quæ est etiā in spiritibus. Voluit itaq; Auicebron, ꝙ quantum ad essentiam materiæ non differant spirituales creaturæ à corporalibus, differunt autē quantum ad cōditiones materiæ quia materia in corporalibus, est subiecta qualitati & quātitati molis: in spiritualibus vero, est subiecta qualitati spirituali & quantitati virtutis. Sed isti nimis extendunt naturam materiæ, ponētes eam in rebus spiritualibus: nam (vt patet. 8. Metaphys.

Tex. 16.

Dub.

† nõ tñ sũt pter mãm intelligibilẽ, nec mathe maticã: ideo† Sol.

Cap. 1.

Cap. 3.

Tex. 7 1.

In. 1. parte di stin. 3. q. 1.

A substantiae separatae ideo dicuntur separatae, quia sunt praeter omnem materiam sensibilem & intelligibilẽ. Sed dices, ꝙ ibi materia sensibilis vocatur materia naturalis: materia autem intellectualis vocatur materia mathematica. Substantiae itaq; separatae sunt praeter omnẽ materiam sensibilem ~~& intelligibilem~~, quia non habent materiam naturalem ~~nec mathematicam, sed~~ ex hoc non concluditur, ꝙ nullam habeant materiam. Dicemus ergo ꝙ nunquã materia separatur a quantitate si enim separaretur ab ea non posset esse simul sub diuersis formis. Ideo dicit Comment. in de Substantia orbis, ꝙ si materia non haberet dimensiones, non reciperet insimul formas diuersas numero, nec formas diuersas specie, nisi in diuersis tẽporibus: sed in eodem tempore non inueniretur in ea nisi vna forma, & hoc quia materia est vna. Haec enim verba

B Commentatoris sunt per se vera: quia nullius agentis est facere illud quod contradictionem implicat, quia tunc simul esset & non esset. Cum ergo omnes formae substantiales habeant aliquam oppositionem adinuicem, impossibile est vnam & eandem materiam esse sub diuersis formis, ꝙ simul sit sub forma ignis & sub forma aquae, vel sub quibuscunq; duabus formis. Si ergo est materia sub diuersis formis, hoc est, quia est quanta, & in alia parte materiae potest recipi alia & alia forma. Imaginabimur. n. cum August. 12. Confessionum, ꝙ origine semper informe praecedit formatum. In hanc etiam eandem sñiam incidit Philosophus in. 2. Metaphy. cum appellat materiam fundamentum naturae. Semper fundamentum praeintelligitur ei quod recipitur in fundamento. Oportet itaq;, vt praeintelligantur diuersae materiae, vt possint recipere diuersas formas: ꝙ si non esset nisi vnum informe & vna

C materia, simul nõ posset recipere nisi vnam formam. Sed diuersitatem in ipsa materia non potest facere nisi quantitas: ideo si separaretur materia a quantitate, non posset esse nisi vnum materiale. quia (vt in quaestionibus nostris super. 2. sent. vbi de immaterialitate Angelorũ tractauimus, diffusius diximus) hoc faciunt aliae formae in materia, ꝙ diuersificant eam ab alia materia secundum formam: sed materiam in seipsa quãtitas sola diuersificat, quia quantitas extendit materiã & facit eam habere partes, vt ex hoc in diuersis partibus materiae possint recipi diuersae formae numero vel specie vel etiam genere. Sed si huiusmodi partes subtraheremus a materia, nullo modo posset habere simul diuersas formas, nec numero, nec specie, nec etiam genere. Quòd si Angeli essent materiales: vel essent quanti. quod est contra communem opinio-

D nem, & contra veritatem. vel non posset esse nisi vnus Angelus. Nam si Angelus haberet materiam, & Deus vellet producere duos Angelos, oporteret quòd praeintelligeretur aliquid informe, in quo introduceretur forma Angeli: si ergo producerentur duo Angeli, oporteret ꝙ praeintelligerẽtur duo informia, cum in vno et eodẽ informi non possent induci duae formae. Quaereretur ergo de illis duobus informibus per quid essent duo: non posset dici, ꝙ essent duo per suas formas. quia etsi non tempore, saltem origine praecedent suas formas. Cum enim illa informia debeant fieri fundamẽta suarum formarũ, oportet ꝙ saltem origine praeintelligantur suis formis, vt origine prius sint duo informia, q̃ ibi inducantur duae formae. Hanc autem diuersitatem saluare non poterimus, nisi per

Materia cur nõ possit a q̃titate separari

Angelus est actualior, q̃ aĩa separata.

† D. Thomas in. 2. Sen. dist. 12 art. 1.

Commẽ. 12. & 1. de coelo 92.

Tex. 12.

A quantitatem: semper enim materia tanq̃ fundamentũ praeintelligitur suae formae, siue sit forma substãtialis siue accidentalis. Per solam ergo illam formam poterunt esse multa materialia, per quam possunt esse multa informia: haec autem est sola quantitas, quae dat materiae ꝙ habeat partes, vt in diuersis partibus materiae possint recipi diuersae formae, & non compatientes se adinuicem, siue huiusmodi diuersitas secundum numerum sit, siue secundum speciem, siue secundum genus: ideo si separaretur materia ab omni quantitate, non posset esse nisi vnum materiale. & nõ posset simul recipere nisi vnam formã, loquendo de formis quae non compatiuntur se adinuicem. Supposito itaq; sicut veritas est, ꝙ Angeli non sint quanti: si Angelus haberet materiam, non posset esse nisi vnus Angelus. siue enim Angeli differant numero, siue specie,

B siue genere, si in ipso informi, siue in ipsa materia non ponamus diuersitatem quod nõ potest poni nisi per quãtitatem, nullo modo potest esse nisi vnus angelus. posset tamen fieri virtute diuina, ꝙ in illo eodem informi in quo inducta est forma huius angeli, induceretur postea forma alterius Angeli, sed ꝙ simul sint multa materialia, nisi materia habeat partes, est impossibile. Aduertendum est autem, ꝙ & aliter possumus nos breuiter expedire, quòd angeli sint immateriales, considerando animam rationalem, quae est forma corporum. & non corrumpitur corrupto corpore. Si ergo anima rationalis post separationem a corpore habet per se esse, erit composita ex materia & forma sicut & angelus: immo si ponitur angelus sic compositus, multo magis debet poni anima, quae minus habet de actualitate, q̃ angelus, & plus de potentialitate: sed

C destruitur consequens, quia anima non potest esse composita ex materia & forma; ergo multo magis nec angelus. Assumpta autem propositio de leui probatur. Nam cum anima sit actus & forma corporis, & materia quae est pura potentia, nullo modo possit esse actus & forma. anima quae est forma corporis non potest esse composita ex materia et forma, ergo nec Angelus. Identitatẽ itaq; materiae extendere vsq; ad spiritualia, quod fecit Auicebron, est tenere extremum. & est nimis materiam extendere, & falsam opinionem habere de ea. Hi ergo de quibus locuti sumus, tenent vnum extremum, quia vsq; ad spiritualia extendunt identitatem materiae. † Sunt autem & alij aliud extremum tenentes, nimis restringentes huiusmodi identitatem audentes asserere, quòd etiam omniũ corporalium nõ sit eadem materia per essentiam, quam opi-

D nionem tenendo dicunt se tenere cum Commentatore. Hi inuestigant duas naturas, ex quibus composita sunt supercoelestia corpora: & dicunt illas duas naturas aequiuocè dici in istis inferioribus & in illis. Nam (vt patet per eundem. 8. Metaphy.) haec inferiora sunt cõposita ex materia & forma, sed supercoelestia componuntur ex corpore & forma, ita ꝙ ipsum corpus supercoeleste se habet ibi tanquam materia, & intelligentia mouens ipsum se habet tanq̃ forma. sed cum ex corpore coelesti & sua intelligentia mouente non fiat vnum secundum esse, patet ꝙ aequiuocè de materia coelesti loquitur Commentator. Circumscripta enim intelligentia oportet dare materiam in ipso coelo, ita ꝙ ipsum coelum praeter intelligẽtiam oportet habere materiam. Nam dicitur. 2. Metaphysicorum. oportet imaginari materiam in re mota, idest, in re mobili. Coelũ itaq;

itaq; quod est mobile oportet ipsum habere materiam. Sed Côment. in hac parte fuit singularis opinionis: credidit. n. cælum esse qoid simplex, & esse quandam formam corporalem absq; aliqua materia, quæ forma corporalis respectu intelligentiæ mouentis eam, sortitur quandam rationem materiæ; non ꝙ illa sit vera materia, sed est illud corpus, id est, forma corporalis, & intelligentia mouens ipsum. Ideo dicit Commen. cælum esse compositũ ex corpore & forma.

Impugnatur Auerr.

Sed ista positio stare non potest, quia ipsa quantitas secundũ se nõ potest esse subiectum formæ substantialis, esset enim accidens secundum se fundamentum substantialis formæ, sed hoc est ratione materiæ: ideo si forma cœli non esset forma in materia, non posset esse quanta & extensa, & cælum non esset quid mobile; omne autem mobile est quantum, & omne quantum est materiale, vt ex hoc verificetur illud dictum Philosophi, quòd oportet imaginari materiam in re mota †. Ideo illi idem dicentes supercœlestia non conuenire in esse materiæ cum istis inferioribus, qoi prius dixerunt se tenere cum Commentatore, postea in alijs suis scriptis improbauerunt opinionem Commentatoris.

6. phy. t. 71.

† D. Tho. 1. par. Sum. q. 66. art. 2.

B

His itaq; prælibatis dicamus de idẽtitate materiæ nos tenere opinionem mediã. Nec enim tenemus cum Auicebron ampliante huiusmodi idẽtitatem intantum, vt etiam spiritualia quantum ad nudam materiam diceret cum corporalibus conuenire. Nec tenemus cum his alijs restringentibus istam idẽtitatem, vt etiam omnia corporalia, videlicet, supercœlestia, & hæc inferiora, negent quantum ad nudam essentiam materiæ conuenire. Ratio autem quæ mouet eos hæc est potissima, quia tunc supercœlestia essent corruptibilia, qoia materia secundum suam essentiam est in potentia ad oẽs formas: si ergo cœlestia haberent eandem materiam cum elementis, materia existẽs sub forma cœli appeteret esse sub forma elemẽti. Nec valeret, si diceretur ꝙ forma cœli est adeò nobilis, ꝙ existens sub illa forma non appetit esse sub alia. quia videmus, ꝙ materia existẽs sub forma ignis, quæ est forma nobilis, appetit esse sub forma terræ, quæ est ignobilis. Quòd si quis tamẽ proteruiret, ꝙ existens [sub] forma cœli, ratione suæ nobilitatis, nullo modo appetit esse sub forma elementi. Cogeretur tamen (vt videtur) concedere, ꝙ existens sub forma elementi appeteret esse sub forma cœli. ergo ex corpore elemẽtari posset fieri corpus cœleste: quod est impossibile. Hoc ergo modo probant nõ esse eandem materiam supercœlestium & inferiorum. Sed quomodo possit ibi esse alietas, dicunt, ꝙ hoc est respectu actus: vt sicut potentia auditiua est alia a potentia visiua, quia ordinatur ad alium actum; sic materia cœli secundũ nudam suam essentiam considerata, est alia a materia elementorum, quia ordinatur ad aliam formam: ordinatur enim materia cœli ad formam incorruptibilem, elemẽtorum vero ad corruptibilem.

Rõ Auer. & diui Tho.

C

D

Impugnatur D. Thom.

Sed hæc stare non possunt: qa sicut in actu puro non potest esse essentialis distinctio, vt ꝙ sint duo actus pori essentialiter differentes, sic nec in pora potentia potest esse essentialis distinctio, vt ꝙ sint ibi duæ puræ potentiæ essentialiter differentes. si ergo est alia materia supercœlestium & inferiorum, oportet ꝙ altera earum non sit pora potentia, & per consequens, non sit materia. Teneamus itaq; viam mediam, qoòd non spiritualium & corporalium, nec quorundam corporalium, & quorũdã non: sed omnium corporalium sit vna et eadẽ

A

materia per essentiam. Difficultates autem tactas circa istam materiam intendimus in sequenti capitulo declarare.

Cap. V.

Quòd materia existens sub forma elementi non appetit esse sub forma cœli, nec econuerso: non obstante, ꝙ materia secundum nudam essentiam non differat hæc ab illa.



B

E materia quidem potest esse duplex modus loquendi, vnus quantum ad veritatem, et alius quantum ad vnitatem. Et licet ille duplex modus apud doctores Gentiles, & apud Philosophos non fuerit reputatus nisi vnus, quia in qoibuscunq; posuerunt veram materiam, dixerunt ipsam esse vnam, & econuerso: quidam tñ Theologi non eodem modo locuti sunt de veritate et vnitate materiæ, posuerunt enim in aliquibus veram materiam, & tamẽ negauerunt ipsam esse vnam. †Dixerunt quidam, ꝙ in istis inferioribus, & in supercœlestibus est vera materia: non tamen secundum eos est vna, qoia illa materia & ista secundum ipsos absoluit ab omni forma. non tamẽ est eadem secundũ essentiam, sed essentialiter differt vna ab alia.

† D. Thom. 1 par. Sum. q. 66 art. 2.

Impugnatur. D. Tho.

C

Et hoc fuit mirabile opinari, ꝙ vera materia, & per consequens, vere pura & summa potentialitas, possit essentialem habere differẽtiam, cũ illud qđ per superabundantiam dicitur, vni soli conueniat, vt in. 10. Metaphysi. declaratur.

Tex. 5.

Quòd pura, inquam, potentia, & per consequens, summa potentialitas possit habere essentialem distinctionem, est valde mirabile: qoia pari ratione summus & purus actus realem differentiam habere posset. Deus enim, qoi est actus purus, est essentialiter vnus, qa est vnus deus, & pater omnium entium: sic & materia omnino nuda, quia est potentia pora, est vna, non omniom omnium, sed omnium materialium rerum. Est enim Deus omnino in esse supremo, continens in se omne esse, quia esse omnium est † quæ super esse est diuinitas, vt vult Dionysius in de Cœlesti hierarchia. & materia penitus informis est omnino in infimo carens omni esse, vt plane innuebant verba August. 12. Confessionum.

† a. l. perẽe diuinitatis.

Cap. 4.

Cap. 3

D

Propter istum itaq; varium opinandi modum apud Philosophos, & apud doctores Theologos, dicere possumus, quòd apud opiniones gentilium, & philosophorum fuerunt duo extrema, tam de veritate materiæ, q̃ etiam de vnitate. Sed apud Theologos inuenimus duo extrema de vnitate, non autem de veritate. Auicebron quidem, & sequaces eius in libro suo circa finem, cui imposuit titulum vocans ipsum de Fonte vitæ (cum tamen totus sit plenus erroribus, qoia nullum accepit fundamentum de veritate & vnitate materiæ) posuit opinionem extremam quantom ad ampliationem: qa sic opinatus est ampliationem vnitatis, & veritatis materiæ, ꝙ in omnibus creaturis tam corporalibus q̃ spiritualibus dicit esse vnam & veram materiam: quam opinionẽ in præcedenti Cap. credimus sufficienter improbasse, & in quæstionibus nostris sup. 2. Sent. vijs varijs conati sumus

Dist. 3. q. 1. in. 1. pte dist.

Et dist. 12. q. 13. 14. et. 15

eandem improbare, etiam in pluribus alijs nostris editionibus improbauimus opinionem præfatam. Aliud autem extremum secundum restrictionem quantum ad vnitatem et veritatem materiæ tenuit Cōment. vt patet ex. 8. Metaphy. et in Trac. suo de Substantia orbis: qui nec in omnibus entibus corporalibus & spiritualibus, nec etiam in omnibus corporibus posuit nec vnam, nec veram materiam. Voluit quidem, ꝙ in corporibus cœlestibus non esset vera materia, eo ꝙ ibi non esset pura potentia: in istis autem inferioribus posuit veram materiam & puram potentiam, et dicit eam esse compositam ex materia & forma. In supercœlestibus itaq; corporibus non posuit veram materiam, nec aliquam puram potentiam: dicit enim ea non esse composita ex materia & forma, sed ex corpore & forma, ita ꝙ corpus cœleste secundum eum non est nisi quædam corporalis forma cum quantitate sine materia, quæ corporalis forma se habet sicut materia ad intelligentiam mouentem; ita ꝙ in cœlo ipsum corpus cœleste se habet sicut materia, & intelligentia mouens secundum opinionem eius se habet sicut forma. Et huic opinioni innixus, dixit cœlum non esse compositum ex materia & forma, sed ex corpore & forma: opinabatur quidem nihil esse in cœlo, quod esset vera materia.

Cō. 12. et. 2. c. de subst. orbis.

Auerr. sniā de materia cœli.

Impugnatur Auerr.

T. 36. et. 60

Sed ponere cœlum esse quandam formam corporalem extensam per quātitatem sine materia, est ridiculum dicere, & deuiat a via Philosophi, qui ait in. 7. Metaphy. ꝙ forma non diuiditur, & per consequēs non extenditur nisi per materiam. Sic ergo extrema fuerunt apud opiniones aliorū doctorum, tam de veritate materiæ, ꝙ etiā de vnitate. Sed apud Theologos inuenimus extrema de vnitate materiæ, non autem de veritate: nullæ quidem opiniones Theologorum ad nos peruenerunt, negātium non esse veram materiam in omnibus corporibus. Sed licet non negauerint veritatem materiæ ab omnibus corporibus, negauerunt tamen aliqui vnitatem: vt ex hoc de vnitate materiæ sint extremæ opiniones inter Theologos.

Theologorum opinio de materia cœli.

D. Tho.

Nam quidam deceperunt vnum extremum de vnitate materiæ quantum ad ampliationem, sic ampliantes eam, vt dicerent materiam esse vnam in omnibus creaturis spiritualibus & corporalibus, sed ꝙ spiritualis substātia innitatur alicuius materiæ fundamento, est in præcedēti capitulo improbatum. Alij vero Theologi circa vnitatem materiæ posuerunt aliud extremum quantum ad restrictionem, sic restringentes huiusmodi vnitatem, vt etiam negarent in omnibus corporibus materiam esse vnam: accipientes pro fundamento, ꝙ si esset vna materia omnium corporum supercœlestium & inferiorum, materia elementi appeteret esse sub forma cœli, & è conuerso. In præsenti itaq; capitulo opinionem hāc intendimus improbare. Accipiunt quidem sic opinantes duo fundamenta: vnum ad destruēdum opinionem diuersam, ꝙ sit vna materia supercœlestium corporum & inferiorum: & aliud ad confirmandum opinionem propriam: quo vtroq; fundamēto destructo, declarata erunt quæ in Titulo huius capituli continentur.

Fundamenta aduersus Aeg. iaciuntur.

Est enim vnum fundamentum eorum, quòd materia non sit vna hæc & illa: quia, vt diximus, si esset vna appeteret esse sub forma cœli, & è conuerso. Dicūt quidem, ꝙ materia secundum suam essentiam est in potentia ad formam, ergo non potest tolli à materia, si est vna & eadem omnium corporum, quin sit in potentia ad omnem corporalem formam: si ergo hæc potentialitas, et hic

A appetitus sequitur ipsam essentiā materiæ, vel cōpetit materiæ per suā essentiam; quia materia non pōt separari à suæ essentia, nō poterit separari ab hmōi appetitu: ergo secundū eos, vt diximus, materia existēs sub forma elemēti, vel sub forma elemētari, appetet esse sub forma cœli, & è cōuerso: et qa hmōi appetitus nō debet poni frustra et otiosus, aliquādo ex istis inferioribus fierent corpora supercœlestia, & è conuerso: & quia hoc est notoriè falsum, falsum est (vt aiunt) esse vnam materiam hic & ibi. hoc ergo fundamentum accipiunt ad destruendum opinionem aliam. Aliud quidem fundamentum sumunt ad construendum opinionem propriam, videlicet ꝙ materia cœli, et materia horum inferiorum, differunt per comparationem ad actum. Sicut videmus in potentijs sensitiuis, quia potentia visiua & auditiua non sunt vna potentia, sed sumitur eorum

B diuersitas per comparationem ad actum, quia illa ordinatur ad actum videndi, hæc autem ad actum audiendi: sic materia cœli et materia istorū inferiorum, differunt secundum ordinem ad actum, & secundum ordinem ad formam, quia materia cœli habet ordinem ad formam incorruptibilem, materia verò horum inferiorum ad formam corruptibilem.

Fundamētorū ruina.

Dicemus ergo contra fundamentum primum, ꝙ materia machinatur ad maleficium, & ad corruptionem, & cum est sub forma vna appetit esse sub forma alia, sed hoc non competit ei per essentiam, quia tunc per se & directe appeteret suijpsius expoliationē, sed hoc competit ei per priuationem formæ. Videt enim se esse turpem, & se esse defectiuam ratione priuationis, quam habet annexam: ideo appetit esse sub illa forma cuius priuationem habet, sicut appetit turpe bonum, & fœmina virum, vt declarari habet in fine. 1. physi.

Tex. 81.

C Hāc autem quæstionem directe pertractat philosophus: quia existēte quodam diuino, optimo, & appetibili, idest, existente ipsa forma, quæ est quid diuinum, inquantum habet rationem actus: & est quid optimum, inquantum habet rationē finis, quia forma est finis generationis, & semper finis habet quandam rationem optimi. & etiam forma est quid appetibile, inquantum habet rationem boni, quia sic diffinitur bonum, Bonū est, quod omnia appetunt, vt dicitur in prin. 1. libri Ethi.

Cap. 1

Forma ergo est quid diuinum, quid optimū, & quid appetibile. Forma quidem existente tali, materia cū est sub vna forma, appetit esse sub alia: sed hoc non est sub eius ratione, ita ꝙ ipsa per se et directe appetat expoliari vna forma, & indui alia, † sed hoc est sub ratione priuationis per quam est turpis, idest, inornata, & informis; & est effœminata, idest, defectiua.

D Sed tolle priuationem a materia, tollis ab ea turpitudinem siue informitatē, & tollis sibi defectum & effœmineitatem. Hoc ergo posito, non machinabitur ad maleficium, nec ad corruptionē; & non appetet esse sub alia forma, sicut appetit turpe bonum, & fœmina virum: quia iam amota est ab ea turpitudo, & effœmineitas. His itaq; declaratis, dicamus, ꝙ materia considerata secundum suam nudam essentiam, cum sit pura potentia, non habet per quid differat ab alia materia tamen in potentia creatoris est, subijcere eam formæ corporali habenti contrarium, & non habenti contrariū. Et cum subijcitur formæ habenti contrarium, habet annexam priuationem alterius formæ: ratione cuius est turpis, idest, indecora, & effœminata, idest, defectiua: & ex hoc non cōpletur totus appetitus eius, sed cum est sub vna

†Priuatio, vt sit, à materia accipit: sed ꝑ sūmo hoc bñficio, sūmū illa maleficium remetitur, quia essentiæ loco quam à materia accipit, vt ipsa materia ñ sit licet ex accidenti, auctor est & causa.

forma

vna forma appetit esse sub alia, vt patet in materia horum inferiorum. Cum verò subijcitur formæ non habenti contrarium, non habet priuationem annexam, ideo nec habet turpitudinem, nec effœminatatem: quo posito, nunquã machinatur ad maleficium, & tñ est sub vna forma, & nunquã competit ei esse sub alia & talis est materia cœli. Est itaq; cœlum incorruptibile, & hæc inferiora sunt corruptibilia, sed hoc non est ꝙ materia cœli omnino informis (cum sit pura potẽtia) differat essentialiter à materia elementorum, sed quia materia cœli est substracta formæ nõ habenti contrarium, & ideo non habet priuationem annexam: qua priuatione sublata, materia ibi non machinatur ad maleficium, nec ad corruptionem, sed habet satiatũ appetitum, & exinde cœlum est incorruptibile. Elementa verò habent materiam substractam formæ habenti contrarium, & exinde habent priuationem annexam, & materia machinatur ad maleficium, & corruptionem, ex quo elementa sunt corruptibilia. Materia ergo existens sub vna forma appetit esse sub alia ratione priuationis, quæ semper est respectu formæ contrariæ. Materia ergo existens sub forma elementi, appetit esse sub forma alterius elementi, vel sub forma elementati, ad quam habet aliquã contrarietatem: sed nunquã appetit esse sub forma cœli, ad quam nullam contrarietatem habet. Sic etiam materia existens sub forma cœli, quæ est forma nullum habens cõtrarium, nullam habet annexam priuationem: & ex hoc sub nulla alia forma appetit esse. Secundum quidem fundamẽtum ipsorum de facili tollitur: quia cum dicunt, ꝙ potẽtia auditiua habet ordinem ad alium actum ꝙ̃ potentia visiua, & ex hoc sunt diuersæ potentiæ: dicemus, ꝙ (vt patet) neutra istarum potentiarum est pura potentia, immo quælibet est quædam perfectio sui organi: vt potentia visiua est pfectio organi visiui, & auditiua auditiui: sed in pura potentialitate nullus potest imaginari distinctionẽ, ideo dicitur in. 1. Metaphy. ꝙ in fundamẽto naturæ, idest, in materia siue in pura potentialitate, nihil est distinctum. Si enim vna pura potentialitas de se ordinaretur ad nobiliorem actum vel ad nobiliorem formam ꝙ̃ alia, vna esset nobilior alia, & per consequens, vna esset magis ppè nihil ꝙ̃ alia; quia in rebus hoc est esse nobilius et melius, qđ est esse magis prope actũ et prope Deum. Et hoc est esse ignobilius et vilius, qđ est esse magis in potẽtia et magis prope nihil. Pura itaq; potentialitas, quo nomine intelligimus materiã primam, est ita prope nihil ꝙ non potest esse magis prope: et ita longe à Deo, ꝙ non potest esse magis longe, vt patet p August, 12. Confess. Tenet ergo locum infimum in genere entium, vt illi nullus gradus esse possit. Non ergo potest esse ꝙ vna pura potentialitas ordinetur ad vnum actũ vel vnam formam, & alia ad alium actum vel ad aliam formam: quia tunc esset vna pura potentialitas melior alia, vt illa quæ de se ordinaretur ad meliorẽ formam; essent itaq; in pura potentialitate gradus, quod est impossibile. Cõcludamus ergo & dicamus, ꝙ aliquid est in cœlo vnde factũ est cœlum, quod est vera materia, quod oẽs Theologi cõcedunt, & per consequens, illa vera per se est pura potẽtialitas. Et aliquid est in istis īferioribus vnde facta sunt hæc inferiora, quod est etiam huiusmodi. quod sic acceptũ hoc & illud nõ habent per quid differant, nec de se habent ordinem ad alium & alium actum: sed ex voluntate creatoris sic factum est, ꝙ materia cœli subijceretur formæ cœli

Materiæ cœli desideriũ penes aliã formã euacuatũ est.

Tex. 17.

Cap. 8.

Pura potẽtia non habet ordinẽ ad aliã et aliã formã, nisi ex volũtate creatoris.

A non habenti contrarium; et materia horum inferiorũ, quæ secundum se abstracta ab omni forma non differt a materia cœli, subijceretur formæ habenti contrarium. & quia materia existens sub forma non habente cõtrarium (vt patet per habita) non appetit esse sub alia forma, existẽs vero sub forma habente contrarium, appetat: cõsequens est, ꝙ materia sub forma elementi appetat esse sub forma alterius elementi, vel sub forma alia, quæ est cõtraria suæ formæ, cuius priuationem habet: non autẽ appetit esse sub forma cœli, quæ nulli est contraria: & existens sub forma cœli non appetit esse sub forma elementi, non obstante, ꝙ eadem est materia hæc & illa, vt in Titulo huius capituli dicebatur. Si autem quæratur, quare forma cœli non habet contrarium, & forma elementi habet contrarium?

B † Dicemus, quòd motus sequitur formam: & sicut loquimur de motu, sic loquemur de forma. Cum ergo formam cœli sequatur motus circularis, qui (vt probatur in de Cœlo & mundo) non habet contrariũ, ideo dicimus formam cœli non habere cõtrarium: sed quia formã istorum inferiorum sequtur motus rectus, qui est motus habens contrarium, ideo formam istorum inferiorum dicimus habere contrarium; mouentur enim hæc inferiora motu recto, quia mouentur a medio vt leuia, vel ad medium vt grauia; cœlum autem mouetur motu circulari, quia mouetur circa medium.

† Aeg. 2. sent. dist. 12. q. 13

1. de cœlo. t. 24. et inde.

Cap. VI.

C *Quòd materia, quæ subijcitur formæ cœli, secundum se considerata, est pura potentia, sicut est materia omnium inferiorum.*



VIDETVR forte aliquibus in cœlo non esse veram materiam: nam transmutatio fecit scire materiã, sicut et actus formã: quia enim videmus res agere, ideo dicimus in eis esse formas aliquas, a quibus procedunt huiusmodi actiones: nam nihil agit, nisi secundum qđ est in actu. & nihil est in actu, nisi per formam. Ratio ergo, quare aliquid agit, est forma eius, p quam est in actu: propter quod bene dictum est, ꝙ actio fecit scire formam. Sed si quæratur quid est illud, quod fecit scire materiam? dicemus, ꝙ transmutatio. nam quia videmus aquam rarefieri, & generari inde aerem, & rursus videmus aerem condensari, & fieri inde aquam, ideo cogimur ponere aliud tertiũ, quod prius subijciebatur formæ aeris, nunc autẽ formæ aquæ: hoc autẽ subiectum tertiũ, qđ nũc subijcitur vni formæ contrariæ, et nunc alteri formæ, vocamus materiã. Si ergo non esset transmutatio, esset ignota natura materiæ: sicut si non esset actio, esset ignota natura formæ. Ex quo videtur sequi, ꝙ sicut videmus aliqua transmutari, sic ponimus ibi subiectum. Videmus autẽ aliqua transmutari quantum ad Vbi tantum, sicut corpora supercœlestia, quibus solis conuenit motus localis: aliqua autẽ transmutantur secundũ esse. et hoc vel secundũ esse accidentale, qđ fit per alterationẽ, per quam acquiritur

E

Auerr. 1. phy. cõ. 60. et ĩde. et. 2. de Ani. 24. et. 9. Met. 20. et alibi.

1. phy. t. 60.

A accidentalis forma: vel secundum esse substantiale, quod
fit per generationē & corruptionē. secundū quē modū ma
teria expoliatur vna substātiali forma, et induitur alia. In
motu autē locali subijcitur corpus; quia corpus est illud qd
nunc est in vno loco, nunc in alio. In alteratione verò subij
citur ens in actu, quia materia subiecta cum forma, est cau
sa omnium accidentium, quæ fiunt in ea. Forma ergo acci
dentalis est compositioni contingens, eo quod aduenit rei com
positæ ex materia et forma. Oportet quidem quod totum com
positum ex materia & forma subijciatur formæ accidēta
li, & quod vtraque; materia. s. & forma, & per consequens,
ipsum compositum, sit causa accidentium, quæ fiunt in eo.
Sed in generatione & corruptione subijcitur ipsa mate
Tex. 24. Differētia motus arguit diuersitatem subiecti. ria, quia (vt dicitur in. 1. de Gen.) Hyle, idest, materia pri
ma, est maxime subiectum generationis: illud enim quod
B immediate subijcitur substantiali formæ, non est accidens,
cum accidentis debeat esse fundamentum substantia, sed
illud quod immediate subijcitur substātiali formæ, est ipsa
materia. Ex his omnibus videtur sequi, quod sicut loquimur
de transmutatione, sic loquendum sit de subiecto: & sicut
in aliquibus reperitur transmutatio, si quæratur ibi sub
iectum, vt ibi inueniatur sola transmutatio localis, vt vide
tur, non debet ibi quæri aliud subiectum, nisi quod subi
•6. Phy. t. 32. citur illi transmutationi; huiusmodi autem subiectum est
corpus, quod nunc est in vno loco, nunc in alio, nunc acqui
† 1. Cœli. t. 20. rit vnum Vbi, nunc aliud. † Corpus itaque cœleste, quod nō
est generabile nec corruptibile quia est perpetuum, nō est
alterabile quia est primum alterans, sed est solum mobile
localiter: & (vt videtur) non oportet in cœlo quærere tale
aliquid, quale subijcitur in alteratione, quod dicitur esse
C compositum ex materia & forma: nec tale aliquid, qua
le subijcitur in generatione & corruptione, quod dicitur
esse ipsa materia, sed sufficit ibi quærere tale aliquid qd
subijcitur motui locali, et huiusmodi est corpus mobile. Verum
quia omne quod mouetur ab alio mouetur (vt dicitur in. 7.
Tex. 1 phy.) ideo oportet rem motam habere motorem. Et si sit ali
quid quod moueatur ex se, oportet quod sit diuisibile in talia
duo, quorum vnum est per se mouens, & aliud est per se
motum. In cœlestibus igitur illud quod est per se motum,
est corpus cœleste: id quod est per se mouens, est ipsa Intel
ligentia, quæ est motor appropriatus, ex qua Intelligentia
dicitur cœlum viuere. Non quod dicatur viuere prout viuere
viuentibus est esse, eo quod non sit vnum secūdum esse ex mo
tore cœli, & cœlo; sed dicitur cœlum viuere per intelli
† Naturæ rebus oībus, vt vita quædā, motus inest. 8. Phy. 1. Et. 4. de Cœlo. 2. est graue et leue ī se hēre vitæ quædam fomenta, nempe grauitatē et leuitatē, quæ motus sunt principia, in quo rerū quædā vita posita est. Qd gentiam, prout intelligentia influit sibi motum, † qui mo
D tus est quoddam opus vitæ, sicut dicuntur aquæ viuæ, quæ
fluunt & mouentur; dicuntur mortuæ, quæ stant & sunt
immobiles. Aliquo tamen modo fit vnum ex corpore cœ
lesti, & intelligentia, non quod fiat inde vnum secundum
esse, sed secundum operationem, prout intelligentia opera
tur circa cœlum, & influit sibi motum, et quantum ad hoc
dicitur quasi anima cœli. Et licet mouens lapidem non di
catur anima lapidis, quia potest mouere lapidem, qui non
est motor appropriatus eius; motor tamen cœli potest dici
quasi anima eius, quia est motor appropriatus ipsius: vt si
cut anima habet suum proprium corpus quod mouet, sic quia
isti intelligentiæ cōmissum est quòd moueat specialiter
tale cœlum, & alij intelligentiæ commissum est quod moueat
aliud cœlum, ideo hoc cœleste corpus est proprium mobile
huius motoris: & quia proprius motor corporum est quasi

A anima eius, ideo quilibet motor appropriatus dicitur esse
quasi anima eius. Est ergo ibi compositum ex corpore mo
to, & anima mouente: & quia anima est forma corporū,
idem pōt ibi dici compositio ex corpore & forma. Conclu
damus ergo & dicamus, quod si in cœlo non inuenimus gene
rationem & corruptionē, non oportet (vt videtur) quod pona
mus ibi materiam. Rursus, quia non inuenimus ibi altera
tionem, non oportet (vt videtur) quod ponamus ibi rem cōposi
tam ex materia & forma: sed quia inuenimus ibi localem
motionem, oportet quod ibi sit compositio ex corpore moto &
suo motore, qui modo, quo diximus, potest dici eius forma.
Erit ergo ibi compositio ex corpore & forma: & ista est
positio Cōmentatoris, quam diu venatur in de Substantia
orbis: vbi inuestigans ex quibus naturis cōponatur cœlum,
vult quod non componatur ex materia & formā, sicut compo
B nuntur generabilia & corruptibilia, vel sicut componūtur
alterabilia; sed solum componatur ex corpore & forma;
sicut componuntur secundum locum mobilia. Nam si nul
lam aliam transmutationem videmus in cœlo nisi localem;
sufficit (vt videtur) quod ponatur ibi quod subijcitur motui lo
cali: huiusmodi est corpus. Ideo in cœlo nullam posuit mate
riam, sed voluit ipsum cœlum esse quasi quoddam corpus
simplex & quædam corporalis forma sine materia; quod
corpus simplex, et quæ corporalis forma respectu suæ ani
mæ mouentis habet se sicut materia: ideo voluit, quod æquiuo
cè diceretur forma & materia in supercœlestibus, & in
istis inferioribus, quia in istis inferioribus materia dicit ali
quid quod de se est pura potentia & quod subijcitur gene
rationi, & vt adepta est substantialem formam subijcitur
alterationi: in cœlo autē secūdum Cōm. nihil est tale, sed loco
C materiæ est ibi corporalis forma siue ipsum corpus, loco
autē formæ est ibi intelligentia mouens. Sed ista positio sta
re non pōt: nam licet si non fuisset transmutatio secundum
substantialem formam, non fuisset plene cognita natura
materiæ; tamē postquam nobis est cognita natura materiæ, co
gimur rationabiliter etiam ponere verā materiam, vbi nō
est transmutatio secundum substantialem formam: & etiā
cogimur hoc ponere vbi nō est generatio nec alteratio da Auer. īpugnatur.
to etiā quod non esset ibi localis mutatio, sed solum esset ibi
quantitatiua extensio. Propter quod, dato quod cœlum staret
& esset immobile, tamen quia est quantum & extensum,
oportet quòd de compositione eius sit vera materia. & quod
sit compositum ex materia & forma. Quæremus enim ab
Auerroe, quomodo quantitas cœli comparatur ad suam
formam? aut est. n. fundamentum formæ cœli & est illud
D in quo recipitur huiusmodi forma: et tunc accidēs (per se)
origine & natura præcederet substantiam: quod ponendo
oblitus fuit doctrinam Aristotelis magistri sui, dicentis in
7. Meta. quod substantia est prior omni accidente, cognitiōe, Tex. 4
& diffinitione, & tēpore. Si autem quantitas nō intelligi
tur vt præcedens & vt fundamentum illius formæ, sed vt
aliquid aduenient sibi: hoc etiam esset ridiculum dicere, quia
formæ īmateriali (secundū quod forma) non potest aduenire
quantitas, dicente philosopho in. 7. Meta, quod forma non di Tex. cō. 37. et 60.
uiditur, nisi per materiam. Diuisio ergo et etiam quæcūque
extensio non accidunt formæ, nisi per materiam. Hoc idē
et declarari pōt non solū ratione extensionis et quantita
tis, quas videmus in cœlo; & quæ non possunt cōpetere
formæ nisi per materiam, sed etiam ratione qualitatum,
quas videmus in cœlo, quia ibi videmus rarum et densum,
videmus

Margin (right column, beside A): bis consonū ē, quæ à Plat. 10 de Leg. sunt pdita. Viuere enim illa oīa docuit. quæ motionis pricipiū intra se continent.

2. de cælo t. 41

Rarũ & densum sunt differẽtiæ cũsequẽtes materiam.

Tex. 12.

7. Meta. t. vlti.

Cap. 1.

Materiæ essentialis differentia est carere omni forma.

1. Phy. t. 80.

A videmus ibi stellam & orbem: est enim stella densior pars sui orbis, vt dicitur in de Cælo & mundo: rarum autẽ & densum sunt differentiæ materiales: ideo oportet in cælo ponere materiam. Ergo si cælum non moueretur, attamen ratione quantitatis, quæ nunquam separatur naturaliter a materia; & ratione raritatis & densitatis, quæ sunt differentiæ circũcernentes materiã, sufficienter probari posset cælum in se habere materiam. Verum quia cælum mouetur localiter, ideo potest sumi tertia ratio sumpta ex huiusmodi motu, q͞a (vt dicitur in. 2. Metaphy.) oportet imaginari materiam in re mota. Sed dicet aliquis forte in cælo esse materiam, sed illa materia non est potẽtia pura sicut est materia istorum inferiorum: nam materia illa absoluta ab omni forma differt essentialiter ab hac materia, ratione cuius põt habere de se ordinem ad alium actũ, et ad B aliam formam: quod videmus sensibiliter esse verum, quia materia illa est sub actu & sub forma incorruptibili & inseparabili ab ipsa, hæc autẽ materia est sub forma corruptibili vel sub forma separabili ab ipsa. Sciendum ergo, ꝙ nũꝗ ex duobus in actu fit vnum per se & simpliciter, sed secundum quid & per accidens: ideo forma accidentalis quia aduenit enti in actu, cũ suo subiecto facit vnũ per accidens & secundum quid, forma verò substantialis, q͞a fundatur in ipsa materia secundum se, quæ de se est potẽtia pura, facit vnum per se & substantialiter cum ipsa, vt quicquid postea ei adueniat dicetur esse accidens. itaq; si materia cæli secundum se diceret aliquid in actu, formæ cæli esset accidens, & fieret vnum per accidens & secundum quid ex materia cæli & eius forma. Concludamus igitur & dicamus, ꝙ in ipsa materia, secundum se, nõ possunt esse gradus, tamen si possent ibi esse gradus, non C minus immo magis deberet poni materia cæli esse in pura potentia, ꝗ͞ materia istorum inferiorum, cum non minus imo magis fiat vnum per se ex cæli materia & eius forma, ꝗ͞ in istis inferioribus: sed in pura potentia gradus esse non possunt, hoc enim dicit pura potentia, ꝙ ita est in potentia, ꝙ plus non põt esse in potentia, & ꝙ essentiale est ei esse in potentia: ideo dicitur in de Substãtia orbis, ꝙ esse in potentia est differentia substantialis materiæ. Si enim materiæ competeret aliquis actus, non esset potentia differentia substantialis eius: sed reponeretur materia per illum actum in suo esse specifico. Nũc autem, eo modo quo possumus loqui de suo esse specifico, dicimus quòd carentia cuiuslibet speciei, & quod carere omni specie, est sibi pro specie, idest, pro sua substantiali differentia, quòd per hoc substantialiter differt ab omnibus alijs, quia est potentia tantum, cui secundum se nullus admixtus est actus. Patet ergo D per habita, ꝙ in cælu est materia & illa materia est pura potentia, sicut materia horum inferiorum, & per cõsequẽs secundum se est indifferens ab hac materia. Quòd autem materia ista sit sub forma corruptibili, illa sub incorruptibili: hoc est ex actione primi agentis, qui voluit illi materiæ imprimere formam non habentem contrarium nec priuationem annexam, ratione cuius non est ibi generatio & corruptio. In hac autem materia impressit formam habentem contrarium & priuationem annexam, ratione cuius machinatur ad maleficium & ad corruptionem, vt põt esse per habita manifestum.

A

Cap. VII.

Quòd si in cœlo non eßet uera materia, cœlum non esset corpus, idest, esset ibi accidens sine subiecto.



2. de aĩa. t. 7.

Cap. 9.

Formarũ triplex differẽtia

6. de Trinit. cap. 8.

2. de aĩa. t. 20

† Aĩam rõnalẽ esse alicuius

QVONIAM positio Commentatoris, ꝙ cælum non habet materiam, et non est compositum ex materia & forma, ita ꝙ ipm cælum se habet ibi vt corpus, intelligentia mouens vt forma, est falsa et irrationabilis: ideo, vt directè improbemus eam, volumus declarare, ꝙ si cælum non haberet verã ma- B teriam, cælum non esset corpus, & ex hoc non posset dici compositum ex corpore & forma, & quòd esset ibi accidens sine subiecto. Ad cuius euidentiam sciendum, ꝙ ad hoc ꝙ forma extendatur extensione materiæ, nõ sufficit quòd sit perfectio materiæ, sed requiritur quòd sit educta de potentia materiæ, vel quòd sit inseparabilis à materia, & quòd sit forma simplex materialis non excedens materiam. Nam anima humana est perfectio materiæ, quia est perfectiu corporis: tamen quia non educitur de potentia materiæ nec de potentia corporis, non extenditur extensione corporis, sed est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte, vt vult Augustin. 6. de Trinitate. Inuenimus autem in formis tres differentias: quartam autem differentiam inuenire nun possumus. Sunt enim aliquæ formæ, quæ nec sunt perfectiones materiæ, nec C eductæ de potentia materiæ, vt Intelligentiæ. Aliquæ verò sunt formæ omnino oppositæ, quæ sunt perfectiones materiæ & eductæ de potentia materiæ, vt formæ materiales non excedentes suam materiam. Tertiò verò sunt formæ mediæ, quæ sunt perfectiones materiæ, non tamen sunt eductæ de potentia materiæ, vt Animæ rationales. Quartum autem membrum siue quartam differentiam, videlicet, quòd sint aliquæ formæ eductæ de potentia materiæ & tamen non sint perfectiones materiæ, inuenire impossibile est: quia formæ eductæ de potentia materiæ penitus sunt materiales non extendentes suam materiam, et sunt inseparabiles à materia: sed formas inseparabiles à materia non perficere materiã. est oppositũ in adiecto. Oportet itaq; ꝙ id quod extenditur extensione quantitatis sit eductum de potentia materiæ, & ꝙ sit inseparabile à materia. Si ergo in cælo nõ esset materia, nihil D esset ibi eductum de potentia materiæ, et nihil esset ibi inseparabile à materia, immo quicquid esset ibi, esset separatum à materia. Forma ergo cæli se haberet ad quãtitatem quam videmus in cælo, sicut se habet anima nostra ad quantitatem nostram: & sicut anima rationalis non extẽditur ad quantitatem corporis, sed est tota in toto, & tota in qualibet parte, vt patuit per Augustinũ: sic forma substantialis cæli circũscripto motore non esset quid extensum, sed esset tota in toto, et tota in qualibet parte: imo, si vera eẽt positio Cõmẽtatoris, multo fortius forma substãtialis cæli non esset quid extẽsum nec quid situale, ꝗ͞ aĩa rationalis. Nam hmõi anima licet non sit educta de potẽtia materiæ; † tamẽ perficit materiam & licet sit separabilis a materia, tamen non est actus separatus a materia, immo

corporis actũ, in dubiũ reuocat Aristo. 3. de An.t.19.

quamdiu est in corpore, est actus coniunctus materiæ. Sed si in cœlo non esset materia, forma cœli non solũ nõ esset educta de potentia materiæ, sed etiam non esset pfectio materiæ: & non solũ esset separabilis à materia, sed etiam esset actus separatus à materia: plus ergo haberet de immaterialitate, ꝙ̃ anima rationalis. Si ergo aĩa rõnalis, ratione suæ immaterialitatis, vt quia non est educta de potentia materiæ, vel quia est separabilis à materia, nõ nõ est quid situale, nec quid extensum, sed vbicũq; est, est tota in toto, et tota in qualibet parte, consequens est, ꝙ multo magis hæc competant formæ cœli. Et hoc forte voluerunt dicere† quidã magni, ꝙ si vera esset positio Auerrois, & si in cœlo non esset alia materia, forma cœli esset quid intellectum in actu, & ex consequenti, cœlum non esset qd sensibile, sed quid intelligibile: immo hoc posito, forma cœli esset quædam substantia spiritualis, et esset quid intelligens. Nam oĩs forma substantialis, quæ non est situalis, et non est extensa extẽsione materiæ, de necessitate est quædam substantia spiritualis, et est quid intelligens: hoc est.n. proprium õis spiritualis substantiæ, ꝙ vbicunq; est, sit tota in toto, et tota in qualibet parte: et quia forma cœli eẽt huiusmodi, si in cœlo non esset materia, benè dictum est, ꝙ, hoc posito, forma cœli esset quædam spiritualis substãtia: immo hac hypothesi stante, magis esset substantia spiritualis forma cœli, quàm anima humana. Nã ex immaterialitate alicuius substantiæ contingit, ꝙ ipsa sit spiritualis et intellectualis substantia, et ꝙ intelligat: quod patet ex ipso actu intelligendi. Nam in intelligendo fit abstractio à materia, et ex hoc concludimus ꝙ substantia illa cui competit intelligere est immaterialis. Inuenimus quidẽ duplicem im

† Tho. 1. par. q. 66. ar. 2.

Forma separata duplex.

materialitatem in formis: quia quædam formæ sunt ĩmateriales, quia sunt actu separatæ a materia, vt intelligẽtiæ: quædam aũt sunt ĩmateriales, quia sunt separabiles a materia, vt animæ humanæ. Iste aũt est infimus gradus ĩmaterialitatis, ꝙ aliquid dicatur ĩmateriale, quia licet sit pfectio materiæ, est tñ separabile a materia: ideo anima in genere intelligibilium tenet infimũ gradũ, et est quasi materia in genere intelligibilium. Itaq; si in cœlo nõ esset materia, forma cœli esset ĩmaterialis, quia esset actus separatus a materia: inter substantias itaq; spirituales, forma cœli teneret altiorem locum, ꝙ̃ anima humana. Bene ergo dictum est, ꝙ stante hac hypothesi ꝙ in cœlo non esset materia, forma cœli esset magis spiritualis substãtia, ꝙ̃ anima humana. His itaq; prælibatis volumus declarare, quæ in Titulo huius capituli põebantur, videlicet, ꝙ si in cœlo nõ esset materia, cœlum non esset corpus, et esset ibi accidẽs sine subiecto. Stante.n. hac hypothesi nulla substantia est ibi, quæ possit dici corpus, nam (vt habetur in. 2. de aĩa) non est nisi triplex substantia, materia. s. forma, et cõpositum. Nulla ergo substantia est in cœlo, quæ possit dici corpus: quia non materia, cum ibi negetur materia. nõ forma, quia (vt declaratum est) si in cœlo non esset materia, forma eius esset quædam spiritualis substantia, nõ igitur esset corpus. Nec ẽt dicere possumus, ꝙ in cœlo dicatur esse corpus aliquod compositum ex materia et forma, cum ibi talis negetur compositio, et negetur ibi materia, iuxta positionem Cõmentatoris: et quia cœlum non dicit accidens, sed dicit aliquid qđ est substantia, veritatem habet qđ dicebatur, ꝙ si in cœlo non esset materia, cœlum non esset corpus. Sed dices, ꝙ ipsa trina dimensio meretur dici corpus,

Tex. 2

In ca. de quãt.

iuxta illud Philosophi in Prædicamẽtis, ꝙ continua quãtitas est linea, superficies, et corpus. Ibi enim prima dimensio intelligitur id quòd habet vnam dimensionem tantũ, vt puta longitudinem, quod dicitur linea: qđ autem hẽt duas, longitudinem. s. et latitudinẽ, dicitur superficies: qđ vero habet oẽs tres, videlicet, longitudinem, latitudinẽ, et pfunditatem, dicitur corpus. Sed huiusmodi corpus nõ est in genere substantiæ neq; est substantia, sed est in genere quantitatis et est quantitas. Cum igitur cœlum dicat aliquid qđ est substantia, quia nulla est ibi substantia quæ sit corpus, supposita positione Cõmentatoris, benè dictum est ꝙ si in cœlo non esset materia, cœlum non esset corpus: qđ nullus sanæ mentis diceret. Cogimur ergo ponere ꝙ in cœlo sit materia, et ꝙ ibi sit compositio ex materia et forma: et si est ibi materia, est ibi vera materia, quia aliter non fieret verè vnum ex illa materia, et sua forma. Declaratum est ergo primũ, quod in præsenti capitulo ponebatur ꝙ. s. si in cœlo non esset vera materia, cœlũ (vt est substantia) nõ eẽt corpus: hoc.n. posito, nõ esset in cœlo corpus, quod est substantia, licet forte esset ibi corpus quod est quãtitas. Restat ergo declarare scđm, videlicet, ꝙ hoc posito, esset ibi accidens sine subiecto. Quæremus.n. de quantitate cœli, et de trina dimensione eius, in quo sit tanquam in subiecto? Non autem dici põt ꝙ sit in materia, si ibi negetur materia: nec poterit dici, ꝙ sit in ipsa forma cœli tanquam in subiecto, cum probatum sit, ꝙ si in cœlo nõ esset materia, forma cœli esset quædam spiritualis substantia: constat autem, ꝙ nulla spiritualis substantia potest esse subiectum quantitatis molis, siue quantitatis extensæ, cuiusmodi est quãtitas quã videmus in cœlo, licet possit esse subiectum quantitatis virtutis: erit ergo quantitas cœli sine subiecto. Immo nullum accidens corporale potest fundari in simplici ente tãquam in subiecto, sed omne tale accidens fundatur in cõposito: qa (vt supra diximus) forma accidentalis (loquendo de accidentibus corporalibus) est forma cõpositioni contingens. i. rei compositæ adueniẽs, quia, vt prædiximus, materia subiecta cum forma est causa omnium accidentium quæ fiũt in ea, vt totum compositum sit subiectum talium accidentium. Et quia in cœlo sunt accidentia corporalia, quia sunt ibi accidentia sensibilia quæ sentiuntur sensu visus, si ibi non est aliquid compositum ex materia et forma, cogimur ibi ponere, ꝙ sit accidens sine subiecto. Qđ aũt hæc positio sit Cõmẽtatoris, ꝙ in cœlo nõ sit materia, patet ex Tractatu suo de Substantia orbis, et ex verbis suis in prĩo Cœli et mundi: vult enim ꝙ materia cœli sit aliquid in actu, et forma eius sit intelligentia. Vnde ait, Debemus intelligere de corpore cœlesti ipsum esse neutrum ad hanc naturam, quæ est materia: intelligimus.n. non ꝙ sit aliquid hñs formam et materiam cœlum, quõ si ita esset, graue aut leue esset. Ergo secũdum ipsum est neutrum: et est remotum ab hac natura. s. à natura materiæ: et ipsum corpus cœleste ẽ subiectũ Intelligentiæ. i. habet se sicut materia respectu Intelligẽtiæ; et Intelligẽtia se habet sicut forma respectu eius, vt intelligentia et corpus cœleste faciant aliquid vnũ, sicut materia et forma: proprie tamen (secundum ipsum) nõ est cœlum cõpositum ex materia et forma, sed ex corpore et forma. Sed, vt diximus, si in cœlo non esset materia, cœlũ non esset corpus, ergo non posset ibi esse compositio ex corpore et forma, loquendo de corpore quod est substantia: et si est ibi corpus, quod est quantitas, quod est trina dimẽsio,

1. phy. tex. 80

Cap. 3.

Com. 95.

illud

illud non potest pertinere ad substantiã cœli, vt faciat sub- A
stantialem cõpositionẽ in ipso: immo stante positione Auer-
rois, illa quantitas esset sine subiecto. Hæc ergo et alia in-
cõueniẽtia sequũtur, si in cœlo non ponatur vera materia.
1. et. 2. cap. de Cõmentator tñ videtur velle, φ si in cœlo esset materia,
substan. orbis. cœlum esset graue aut leue: ideo dicit ipsum esse neutrum
ad hanc naturam, quia neq; graue neq; leue, cum nec mo-
ueatur a medio nec ad medium, sed circa medium se hẽat:
nos verò differentiam corporis cœlestis ad hæc inferiora
non accipiemus ex materia, sed ex eius forma. Dicemus
quidem φ hæc inferiora sunt forma in materia, & cœlum
est forma in materia, aliter tamen & aliter: quia hæc infe-
riora (vt diximus) habent materiam subiectam formæ ha-
benti contrarium, & hñt priuationem annexam, & motus
contrarios, ideo sunt grauia vel leuia: materia vero cœli
non est subiecta formæ habenti contrarium, nec habet pri- B
† 1. cœli tex. uationẽ annexam, † & motus cœli non est motus habens
24. & inde. contrarium, ideo cœlum est neutrum ad hanc naturam, vi-
delicet, grauitatis & leuitatis, vt nec moueatur q medio
nec ad medium.

Cap. VIII.

Quòd cœlum et quælibet pars cœli constat ex tota sua materia.



Tex. 93. & inde. PHILOSOPHVS in
primo cœli & mundi, vo-
lens probare non esse nisi
vnum mundum et vnũ vni-
Plato in Timæo à princ. uersum, dicit ipsum consta- C
re ex tota materia sua,
nihil est enim in vniuerso
quod non comprehendatur
in ipso. nulla est ergo mate-
ria quæ non cõprehendatur in vniuerso: si enim aurum
esset materia annuli, & non fieret annulus nisi ex auro,
si aliquis annulus cõstaret ex toto auro, non esset nisi vnus
annulus in specie annuli; ideo verò sunt diuersi annuli, qa
ex alio & ex alio auro fit alius et alius annulus. Nõ ergo
pñt esse plures mundi vel plura vniuersa, qa tunc ex alia
et alia materia fieret alius et alius mundus, vel fieret aliud
& aliud vniuersum: sed cum vnus mundus totam materiã
comprehendat, & vnum vniuersum totum in se contineat,
non erit nisi vnus mũdus, & vnum vniuersum. Ostende-
batur quidem prius oĩum corporum esse vnam materiam, D
quod qũo verum sit in sequenti capitulo patefiet, vbi di-
stinguemus diuersos modos vnitatis materiæ. Nam aliquo
modo põt accipi vnitas materiæ, φ oĩum corporum tam
supercœlestium, quàm inferiorũ est vna materia: alio ve-
rò modo põt accipi huiusmodi vnitas, φ cœlestia cũ infe-
rioribus non conueniunt in materia. & taliter posset ac-
cipi præfata vnitas, φ etiam ipsa cœlestia non cõuenirent
in materia. Ergo si omnia corpora habent vnam materiã,
quælibet materia potest dici cuiuslibet corporis, ita quòd
nihil potest constare ex tota materia sua, nisi in se cõpre-
hendat omnem materiam: secundum quem modum nec ter-
restria constant ex tota materia sua, nec etiam cœlestia,
quia neutra istorum in se totam materiam comprehendũt:

sed totus mundus, vel totum vniuersum constat ex tota ma-
teria sua, qa nihil de materia est extra ipsum. Alio quia-
dem modo potest dici aliqua constare ex tota materia sua,
vt si etiam essent plura talia, quodlibet eorum posset dici
constare ex tota materia sua. Nam si essent plures soles,
quilibet eorum posset dici constare ex tota materia sua.
Accipiemus. n. vnitatem materiæ secundũ φ accipit philo-
sophus in de Generatione, vt solum illa dicantur hẽre ma- 1. tex. 22.
teriam vnam, quæ hñt ad seinuicem transmutationem. Sed
(vt patet) si essent plures soles, vel plures lunæ, quilibet
eorum esset quid incorruptibile. quod ergo esset sub for-
ma vnius non posset esse sub forma alterius, quia incorru-
ptibilia non hñt transmutationem adseinuicem, nec cum
alijs. quodlibet ergo incorruptibile constat ex tota mate-
ria sua, quia secundum philosophum in. 3. phy. In ppetuis Tex. 32.
non differt esse & posse. Perpetua quidem vt ppetua sũt,
& quælibet incorruptibilia vt incorruptibilia sunt, non
differunt quantum ad esse, & posse: quicquid n. potest ibi
esse, totum ibi est actu; quia si aliquid possent habere quod
actu non haberent, quantũ ad illud nõ essent perpetua, sed In æternis nõ
corruptibilia. Cœlum. n. vel partes cœli pñt habere aliud differt esse et
Vbi quod non hñt, vt hæc pars cœli quæ nunc est in oriẽ- posse penes a-
te, potest esse in occidente, ita φ quantum ad Vbi differt ctum primũ, ñ
ibi esse & posse, non enim quælibet pars cœli habet omne penes actum
Vbi qđ põt habere, sed successiuè nunc est in vno Vbi, nũc secundum.
in alio: sed quantum ad esse, non differt ibi esse & posse,
quia cœlum & quælibet pars cœli habet omne esse quod
põt habere. Ideo cõmuniter dicimus, φ in cœlo nõ est trãs-
mutatio quantum ad Esse, sed solum quantum ad Vbi. Cœ-
lum ergo & quælibet pars cœli constat ex tota materia
sua, quia nihil põt esse sub forma cœli vel sub forma cu-
iuslibet partis eius, quod non sit sub hmõi forma: aliter. n.
ibi esset generatio & corruptio, & esset ibi transmutatio
quantum ad esse & quantũ ad formam, cuius contrarium
videmus ad sensum. Ideo (vt dicebamus) dato φ essent duo
soles, de quolibet dici posset, φ constaret ex tota materia
sua: quia, cum ibi non sit transmutatio quantum ad formã
nec quantum ad esse, tota illa materia quæ posset esse sub
forma huius solis, aut sub forma illius, tota ibi actu esset; nã
quantum ad hoc non differt ibi esse & posse, vel non dif-
fert ibi actu habere & posse habere. quælibet ergo huius-
modi soles haberent actu totam materiam quam possent ha-
bere: propter quod meritò dici posset, φ constarent ex tota
materia sua. Aduertendum tñ, φ philosophus (vt patet in
fine de Generatione) in rebus incorruptibilibus non posuit 2, tex. 70.
nisi vnum indiuiduũ sub vna specie. Nam res corruptibi-
les cũ non possint se perpetuare in vno indiuiduo, ideo (se- 2. de An.
cundum Philosophum) reliquo modo cõpleuit Deus, conti- tex. 35.
nuam faciens in eis generationem & corruptionem, vt spe-
cies quæ non põt se perpetuare in vno indiuiduo, per gene-
rationem & corruptionem perpetuet se in multis. Sed in-
corruptibilia, quia in vno et eodem indiuiduo se perpetua-
re possunt, iõ ponitur vnum tale in vna specie, vt vnus sol in
specie solis, & vna luna in specie lunæ: & si multa sunt ta-
lia, hoc est, quia sunt partes eiusdẽ, vt multæ stellæ fixæ in
uno orbe pñt dici partes illius orbis. Reuertamur ergo ad
propositum, & dicamus, quòd quodlibet incorruptibile
constat ex tota materia sua, quia habet in se actu totam
illam materiam quam põt habere: et quia cœlum & quæ-
libet pars cœli est quid incorruptibile, benè dictum est, φ

quòd in Titulo huius capituli dicebatur, videlicet, ꝙ cœ-
lum & quælibet pars eius constat ex tota sua materia.

Cap. IX.

Quòd tribus modis potest accipi unitas materiæ, et secundum alium & alium unitatis modum, corpora aliqua possunt conuenire in materia & differre.



VONIAM aliquãdo
diximus omnium corporũ
esse vnam materiam, ali-
quando vero diximus cor
pus aliquod vtputa cœlum
& eius quamlibet partem
constare ex tota materia
sua, meritò cogimur distin
guere de vnitate materiæ.
Nam eo modo quo omniũ corporum est vna materia, nihil
potest constare ex tota materia sua, nisi in se comprehen-
deret omnem materiam: quod solum de toto mundo vel de
Materiæ triplex vnitas. toto vniuerso veritatem habet. Aduertendum ergo, quòd tri
bus modis possumus loqui de vnitate materiæ, vt vno modo
I. dicatur materia vna per indifferentiam, quia non habet ꝑ
quid differat ab alia materia: secundum quem modum lo-
Com. 14. quitur Cõmentator de vnitate materiæ in. 12. Metaphy.
ꝙ materia non dicitur vna numero per aliquam formam
indiuidualem, sed per indifferentiam, & per carentiã om-
nis formæ. Vt si hæc materia absolueretur ab omni forma,
vel consideraretur vt abstracta ab omni forma, & alia
quæcunq; materia consideraretur hoc modo, non hẽret per
quid differret vna ab alia: et hoc modo esset idẽ per essen
tiam vna cum alia, secundum quẽ modũ vnitatis materiæ,
omnium corporũ est vna materia. Probabatur. n. supra, ꝙ
materia, quæ est sub forma cœli, est pura potẽtia. nã si esset
de se aliquid in actu, non fieret verè vnum ex materia cœ
li & eius forma: vel si sic fieret, fieret vnum per accidens,
& forma cœli esset forma accidẽtalis. Nam ideo dicimus,
ꝙ cæteræ aliæ formæ sunt accidẽtia, quia sola forma sub-
Forma subst. sola materiæ imediatè iungitur. stantialis coniungitur ipsi materiæ imediatè; ita ꝙ illa sola
forma coniungitur materiæ quæ de se est pura potẽtia: cæ
teræ autem formæ coniunguntur enti in actu, quia coniun
guntur materiæ iam factæ in actu per formam substãtia-
lem, & dicuntur esse accidẽtia. Ideo Philosophus in de Ge
1. Tex. 23. neratione ait ꝙ Hyle maxime est subiectum in generatio-
ne: nam in generatione est transmutatio ad formam substã
tialem, quæ coniungitur ipsi materiæ secundum se. Reuer
tamur ergo ad propositum, & dicamus quòd materia cœli
secundum se est pura potentia, & materia istorum inferio
rum secundum se est potentia pura, quia (vt dicitur in. 2.
Tex. 17. Metaphysicæ) in fundamento naturæ nihil est distinctum.
Ipsa ergo materia, quæ dicitur fundamentum naturæ, nul
lam distinctionem, nullam actualitatem habet, sed est pura
potentia: pura autem potentia a pura potentia differre nõ
Tex. 49. potest, quia (vt dicitur in. 7. Metaphysicæ) Actus est qui di
stinguit In potentia autem pura non põt aliqua esse distin
ctio ex parte actus quem habet, quia nullum actum habet.

A Nec ex parte actus ad quẽ ordinatur, quia vna potentia
pura (quantum est de se) nõ magis ordinatur ad alium a-
ctum essentialiter, q̃ alia: quia nõ sunt duo actus essentia-
liter differẽtes quin vnus sit nobilior alio; quia actus essen
tiales & formæ (vt patet ex. 8. Metaphy.) se habent sicut Tex. 10
numeri. Ideo sicut non sunt duo numeri specie & æquali-
ter differentes, quin vnus sit altior alio, et magis distans ab
vnitate, ita non sunt duo actus & duæ formæ essentialiter
differentes, quin vna sit altior & nobilior alia, & propin
quior primo enti q̃ alia. † Differentia est tamen inter nu- † Aeg. Cõtra
meros et formas, quia maior numerus magis distat ab vni- exẽplos, c. 17.
tate: sed in formis, quanto forma est nobilior, tanto habet ra
tionem maioris numeri, quia plura in se virtualiter conti-
net: & huiusmodi forma nobilior habens rationẽ maioris
numeri, ex hoc nõ magis distat ab vnitate, idest, ab ente pri
B mo, sed est deo propinquior, qui est vnus & simplex à quo
procedunt oĩa alia, sicut omnes numeri procedunt ab vni-
tate. Et exinde est, ꝙ omnis multitudo, & omnis numerus
participat aliqualiter vno (vt vult Dionysius in de Diui- Cap. 13.
nis nominibus: & vt vult Proclus in sua Elementatione In. 1. Prop.
Theologica) quia omnes creaturæ se habent vt numeri, &
participant primo ente, quod se habet vt vnitas. Reuerta-
mur ergo ad propositum, & dicamus, ꝙ licet econuerso in
formis sit & numeris, quantum ad elongationem, & ap-
propinquationem ad vnitatem conueniunt tamen numeri
& formæ, quia sicut non sunt duo numeri essentialiter dif
ferentes, quin vnus habeat plures vnitates q̃ alius; ita non
sunt duo actus nec duæ formæ essentialiter differentes,
quin vna habeat plures nobilitates q̃ alia. Si ergo duæ po
tentiæ puræ ex hoc essentialiter differrent, quia vna de
C se ordinaretur ad alium actum essentialiter magis q̃ alia
quia duo actus essentialiter differentes non sunt æque no-
biles, consequens esset, ꝙ vna huiusmodi potẽtia ordinare-
tur de se (vt supra tetigimus) ad nobiliorem actum quàm
alia, & esset de se nobilior q̃ alia, & per consequens, esset
magis propè Deum, & minus prope Nihil, q̃ alia, & per
consequens, non esset potentia pura, sicut alia. Quia ergo
esse non põt, ꝙ vna potentia sit propinquior actui q̃ alia,
quin sit magis in actu q̃ alia, & cum Deus sit actus pu-
rus cui non admiscitur aliquid de potentia, illa potentia
quæ esset nobilior & propinquior Deo, & per cõsequẽs
propinquior actui, non esset potentia pura sicut alia. Ima-
ginari itaq; gradus, & differentiam, seu distinctionem in
pura potentia, est impossibile. Materia ergo secundũ hunc
vnitatis modum prout materia, per carentiam. s. omnis for
D mæ, & prout est potentia pura, secundum quem modũ nõ
potest habere differentiam & distinctionem, est vna in om
nibus corporibus tam cœlestibus, q̃ inferioribus. Secundo II.
modo põt accipi vnitas materiæ secundum vnam & can-
dem rationem suscipiendi formam: & sic non est eadẽ ma
teria in omnibus corporibus. immo supercœlestia differunt
in materia ab istis inferioribus, quia materia hic & ibi nõ
secundũ eandem rõnem suscipit formã. quia in istis inferio
ribus, materia suscipit formam secundum rõnem non com
plentem totum appetitum materiæ: in supercœlestibus ve-
ro, fit susceptio formæ secundum rationem complentem
huiusmodi appetitum. Propter quod dicere possumus, ꝙ su
percœlestia ad ista inferiora suo modo se habent, sicut In-
telligentiæ ad animas nostras: quia Intelligentiæ sunt ple-
næ formis, iuxta illud Authoris de causis, Omnis intelligẽ- Prop. 10.
tia

tia est plena formis, ita vt non possit suscipere vlteriorem formam, nec vlteriorem speciẽ: sed Anima nostra non est plena formis, sed semper est in potentia ad vlteriorem formam. Sic corpora supercœlestia sunt plena formis, vt materia ibi non sit in potentia ad vlteriorem formam. ista autẽ inferiora non sunt plena formis, sed materia in eis semper est in potentia ad aliam formam. Quòd si quæratur, quare forma Cœli satiat appetitum suæ materiæ, & non in istis inferioribus? Est per habita manifestum, quia (vt supra dicebatur) priuatio est causa, ꝙ appetat materia aliam formam, sicut turpe pulchrum, & fœmina virum: & quia forma cœli, quæ non habet contrarium, non habet priuationẽ annexam, ideo materia ibi non machinatur ad maleficiũ, nec appetit vlteriorẽ formam. In istis autem inferioribus ratione priuationis annexæ, & ratione formæ contrariæ cui subjicitur materia, est machinatio ad maleficium, et appetitus ad aliam formam. Quòd si quæratur vlterius, vnde hoc competit materiæ cœli, ꝙ suscipiat formam non habẽtem contrarium & complentem totum appetitum, cuius cõtrarium accidit in istis inferioribus? Dicemus, ꝙ hoc est voluntate creatoris, qui voluit in materiá Cœlestium imprimere talem formam complentem totum appetitum: & in istis inferioribus imprimere formam non complentem. Potuisset enĩ, si voluisset, & adhuc posset, si vellet, in materia horum inferiorum imprimere formam cœli, & in materia cœli imprimere has formas inferiores. Nam cum dicimus, ꝙ materia cœli non est in potentia ad aliam formam, intelligendum est hoc secundum † rationes seminales, prout materia subjicitur agentibus naturalibus. Non est autẽ hoc intelligendum secundũ rationes obedientiales, prout materia subjicitur agenti diuino. Concludamus ergo & dicamus, ꝙ si accipiatur vnitas materiæ secundum eundẽ modum vel rationem suscipiendi formam, sic in omnibus inferioribus est vna materia; quia in illis omnibus suscipitur forma secundum hanc rõnem, prout est forma contrarium habens, & prout habet priuationẽ annexam, & prout non complet totum appetitum materiæ. & in omnibus supercœlestibus est vna materia, quia in omnibus suscipitur forma non contraria, non habens priuationem annexam, & quæ complet totum appetitum materiæ. supercœlestia igitur, & hæc inferiora, non habent hoc modo vnam materiam, quia non secundum vnam rationem suscipiunt formam. Ex hoc autem patere potest, ꝙ etsi materia in supercœlestibus, & in istis inferioribus dicitur æquiuocè; non tamen impedit ꝙ nõ sit eadem materia hic & ibi per essentiam, vel ꝙ nõ sit eadem per indifferentiam: nã materia hic & ibi absoluta ab omni forma, non habet per quid differat. Hoc tamen non obstante, materia hic et ibi dicitur æquiuocè, quia æquiuocatio sumitur ex alia & alia diffinitione, siue ex alia & alia ratione: & quia omnes partes positæ in diffinitione sunt formæ, vt dicitur i. 7. Metaphycæ, propter quod ipsa materia (vt potentia) in diffinitione trahitur ad modũ formæ, quia non est intelligibilis nisi per analogiã ad formam; & quia secundũ aliam rationem suscipitur forma hic & ibi, secundum huiusmodi aliam rationem, quandam æquiuocationem contrahit materia hic & ibi. Dicemus. n. de cœlo & de istis inferioribus, sicut dicimus de Leone viuo, & de Leone mortuo. Nam æquiuocè dicitur Leo hic et ille: non ꝙ non sit eadem materia per essentiam in Leone mortuo quæ erat in Leone viuo; sed propter aliam formã,

A

B

C

D

Priuatio ĩ materiæ essentia non ne cõtinetur: alter, nullam formã posset materia ad mouere, nullã illẽ expeteret. 1. Phy. t. 81.

† Aug. I epist. ad Ram. circa finẽ lect. 15. pollicetur Tractã. de Rat. sem. Sed nunc vide eũ in. 2. sent. dist. 18. q. vltima.

Tex. 35.

A

vt propter formam mortui & formam viui. Leo dicitur æquiuocè de Leone mortuo & viuo. Sic etiam in istis inferioribus & supercœlestibus, in quibus non solum est alia & alia forma, sed etiam in eis non est materia secundum eandem rationem suscipiendi formam; ideo meritò quæcunq; sunt hic & ibi æquiuocè nuncupantur: nam si materia non diffinitur nec cognoscitur, nisi † per analogiã & proportionem ad formam, dicuntur æquiuocè nuncupari. Tertio modo potest accipi vnitas materiæ non per indifferentiam tantum, nec secundum eandem rationem suscipiendi formam tantum, sed secundum transmutationem ad formam: vt illa dicantur habere eandem, materiã, quorum vnum potest transmutari ad formam alterius, secũdũ quem modum loquitur philosophus in primo de Generatione, ꝙ vna est materia oĩum habentium adinuicẽ transmutationem. Et hoc modo solum in rebus corruptibilibus est vna materia: in supercœlestibus autem non est hoc modo vna materia, quia adseinuicem transmutari non possunt: secundum quem modum, cœlum et quælibet pars cœli constat ex tota materia sua, quia secundum hunc modũ nulla pars cœli habet eandem materiam cum alia. Hoc ergo modo non habet stella eandem materiam cum orbe, nec econuerso, quia non potest ex stella fieri orbis, nec econuerso. Aduertẽdum tamen ꝙ cum dicimus, ꝙ secundũ vnitatem transmutationis adinuicem stella nõ habet eandem materiam cum orbe, nec econuersa, intelligendum est hoc, prout talia subjciuntur agentibus naturalibus vel agentibus secundis, non autem prout subjciuntur agenti diuino, vel agenti primo, posset enim deus, si vellet, ex stella facere orbem, & econuerso.

B

† 1. Phy. t. 69 quod a Plat. accepit in Timæo.

III.

Tex. 22.

C

Cap. X.

Quòd materia illa informis, ex qua facta sunt alia, usq; ad cœlum empyrium pertingebat, & totũ huiusmodi spatium occupabat.



E videamur enarrasse nouam opinionem, cum diximus, ꝙ materia illa informis, ex qua facta sunt alia, vsq; ad cœlum empyreum pertingebat adducemus verba Magistri. 2. sent. quærẽtis, vbi erat huiusmodi ĩformis materia; & quantũ se in altum porrigebat. Cuius responsio quãtum ad primam partem quæsiti in hoc consistit, ꝙ illa prima rerum omniũ moles, idest, illa informis materia quando condita est, ibidem esse videtur, vbi nunc sub forma consistit. Vbi est ergo modò illa materia ex qua formata sunt alia, ibidẽ erat cum erat informis. Ad secundam vero partem quæsiti, quãtum se in altum porrigebat illa informis materia, habetur eiusdem responsio, ꝙ tantum porrigebatur, quousq; nunc summitas naturæ corporeæ contingit. Oportet autem hic accipere naturam corpoream, totam naturam corporalem mutabilem quæ pertingit vsq; ad cœlum empyrium, quia illud cœlum est ab omni volubilitate semotum. Et ideo magister, volens magis suam mentem exprimere, ait quod sicut

D

Dist. 12.

D. Basilius in suo Hexaemeron, Homil. 2. terram nominat inuisibilẽ, vt habet lit. lxx. aut quia nõ erat spectator ipsius hñ; aut ꝙ cerni nõ poterat, cũ esset obruta aquis; aut quia nondũ erat exorta lux.

quibusdam videtur)illa moles, idest, illa informis materia
extendebatur extra locum firmamenti vltra cœlum syde
reum.Nam vltra huiusmodi cœlum est quoddam corpus
Cœlũ crystal volubile,quod ab Astronomis dictum est vltimum mobile,
linũ est primũ & a sanctis vocatum est cœlum crystallinum. Quicquid
mobile. est ergo infra cœlum empyrium,totum est mobile. Ideo in
suo primordio totum dicebatur quædam indigesta moles
Cap. 11. & quædam informis materia . Vnde August. 2. de Gen.
ad literam,vult,ꝙ in ipsa mutabilitate rerum dabatur in=
telligi informitas materiæ:& quia quicquid est infra cœ=
lum empyrium est mutabile,congrue dici potest , ꝙ totum
pertingebat ad informem materiam, vt ex hoc verificetur
quod in pricipio diximus,ꝙ illa informis materia vsq; ad
cœlum empyrium pertingebat,& totum hmõi spatium oc
Cap.9. cupabat.Verum quia (vt August.ait. 2.super Gene.) ma=
ior est scripturæ auctoritas,q̃ omnis humani ingenij per=
spicacitas,ideo ex verbis scripturæ sacræ volumus hanc
veritatẽ ostendere, ꝙ.s.illa informis materia vltra firma=
mentum siue vltra cœlum sydereum , vsq; ad cœlum em=
pyrium pertingebat:quod tripliciter possumus declarare.
Primo ex eo quòd in principio Genesis scribitur, In prin
cipio creauit deus cœlum & terram . Secundò ex eo quòd
ibidem habetur,Dixit quoq; deus,Fiat firmamentũ in me=
dio aquarum,& diuidat aquas ab aquis. Tertiò ex eo qđ
ibidem scribitur,Tenebræ erant super faciem abyssi.Pro=
1. pter primum sciendum,ꝙ cum dicitur,In principio crea=
uit deus cœlum & terrã,multiplex à sanctis datur exposi
Cap.7.et ide. tio.Nam August. 12.confess.vno modo nomine cœli et ter
ræ ait ꝙ datur intelligi omnis creatura intelligibilis et sen
sibilis,spiritualis et corporalis.Vnde ait,cum in principio
fecit deus cœlum & terram, idest,in verbo suo sibi coeter
no fecit deus intelligibilem atq; sensibilem, spiritualẽ atq;
corporalem creaturam.Sed ꝙ nomine cœli intelligatur spi
Angeli simul ritualis creatura,hoc est per quandam extensionem,prout
cũ cœlo in cœ scilicet, simul cum cœlo et in cœlo,et potissimè in cœlo em
lo creati. pyrio producti sunt omnes Angeli,ideo nomine cœli intel=
liguntur Angeli,qui producti fuerunt cum cœlo & in cœ
lo. Cœlum tamen & terra,secundum se,corpora quædam
nominant.Ideo prætermisso hoc modo,dicamus, ꝙ in eodẽ
Cap.20 libro tangit August. alium modum exponendi,dicens,ꝙ in
principio fecit Deus cœlum & terram,idest, in verbo suo
sibi coæterno , fecit Deus informem materiam creaturæ
spiritualis & corporalis,vbi confusum adhuc erat cœlum
& terra. Vel si volumus per principium accipere ipm ini
tium temporum,vel exordium faciendi & operandi,dica=
Cap. 20. mus,vt idem Augustinus ibidem dicit , ꝙ in principio fecit
Deus cœlum & terram,idest,in ipso exordio faciendi et
operandi fecit Deus informem materiam confuse habentẽ
cœlum & terram cum omnibus quæ in eis sunt. Si ergo p
Oẽs cœli ro= cœlum volumus intelligere totum istud cœlum volubile,qđ
tãt . empyrio factum est ex informi materia,cum omnes cœli voluuntur
excepto. excepto cœlo empyrio,benè dictum est, ꝙ illa informis ma
teria vsque ad cœlum empyrium pertingebat . Sed si per
cœlum volumus intelligere cœlum empyrium:& per terrã
totam informem materiam,vt etiam ipsi cœli, qui sunt in=
fra cœlum empyrium, secundum cõmunem opinionẽ san=
ctorum facti fuerint informes,& postea fuerint formati,
secundum hunc modum loquendi dicemus,ꝙ in principio,
idest,in suo verbo coæterno,quod est principium de princi
pio.Nam pater est principiũ sine principio, filius est prin

A cipium de principio , non tamen duo principia, sed vnum
principium.In principio ergo. idest, in filio.Vel in princi
pio,idest,in initio temporis,fecit Deus cœlum,scilicet,em=
pyrium,& terram,idest,totam aliam informem materiã,
quæ vsq; ad cœlum empyrium pertingebat: nomine enim
terræ tota informis materia potest significari, vt ipsi etiã
cœli volubiles inquantum considerantur informes , ad in=
formem materiam pertineant. Cœlum autem, quod dici=
tur factum in principio,nõ ad ipsos cœlos volubiles,sed ad
ipsum cœlum empyrium hoc loquendi genere referatur.
Vnde Beda, vt habetur super Gene.ait,ꝙ cœlum, quod in Bedà.
principio cum terra factum est , est cœlum illud superius,
quod a volubilitate mundi secretum est,quod mox vt crea
tum est, sanctis angelis est repletum. Et Strabus in quadã Strabus.
glosa sup Gene.exponens illud,In principio creauit Deus
B cœlum & terram,ait,ꝙ cœlum non est cœlum visibile fir
mamentũ, sed empyrium.Nomine ergo cœli, quod factum
est in principio cũ terra,secundũ Strabum,et Bedam,intel
ligitur cœlũ empyriũ:ergo nõie terræ oportet,ꝙ intelliga
tur tota illa informis materia,quæ est infra cœlum empy=
rium.quare bene dictum est,ꝙ illa informis materia extẽ=
debatur vsq; ad cœlum empyriũ. Quod autem nomine ter
ræ significari possit tota informis materia vnde facti sunt
cœli & terra,satis ratio persuadet.Nam nihil est tam in=
formitati propinquũ sicut terra:et quia nõ possumus ipsam
informem materiã nominare nec intelligere nisi per ana= 1.Phy. t.69.
logiam ad formã,ideo benè se habet ꝙ nominetur sub infe
riori forma;hæc autem est forma terræ.Ideo August. 12. Cap.4.
confess.loquens Deo.ait,ꝙ quia in omnibus mundi parti=
bus reperiri nõ potest aliud magis propinquum omnimo=
de inferioritati,vel omnimode informitati q̃ terra,ideo no
C mine terræ vocata est illa informis materia.Igitur si nomi
ne cœli,quod primum factum esse dicitur,secundum com=
munem sanctorum expositionem intelligitur cœlum empy
rium:& nomine terræ intelligitur totum aliud quod est
infra huiusmodi cœlum, quod totum vocatum est terra ra
tione informitatis,bene dictũ est ꝙ per hoc quod dicitur,
In principio creauit Deus cœlum & terram,haberi potest
ꝙ illa informis materia vsq; ad cœlum empyrium pertin=
gebat,& totum huiusmodi spatium occupabat. Secũda via 2.
ad hoc idem haberi potest ex alio verbo sacræ scripturæ,
cum Deus dixit, Fiat firmamentum in medio aquarum, et
diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diui=
sitq; aquas quæ erant super firmamentum ab his quæ erãt
sub firmamento. Ad cuius intelligentiam sciendum , ꝙ se=
cundum cõmunem opinionem sanctorum sicut nomine ter=
D ræ significatur tota illa informis materia,sic etiam nomi=
ne aquæ significata est tota illa informis materia, vt tota Materia illa
huiusmodi materia dicatur terra ratione informitatis. Nã ĩformis noĩa=
inter omnia elementa terra plus habet de materia & mi= tur terra &
nus de forma, quia est magis compacta & magis densa: aqua.
quanto enim res plus occupat de loco & est magis rara,
tantò plus habet de forma & minus de materia.ideo vult
Auerroes ꝙ generans quantum dat rei de loco , tantũ dat 8.phi. 32.et
ei de forma: et quia terra inter oĩa elementa minus occu= 3.de cœlo.28
pat de loco,ideo dicitur magis informis & minus habere
de forma. Ideo rõne informitatis tota illa materia poterat
dici terra;ratione autem fluxibilitatis (q̃a adhuc non erat
stabilis,sed acceptura erat pretiosiorem formam) poterat
dici aqua. Possemus tamen dicere si vellemus , ꝙ licet tota
illa

illa materia posset dici terra ratione informitatis, & tota posset dici aqua ratione fluxibilitatis: tamen quodam speciali nomine tota illa materia, quæ erat supra terram, vocabatur aqua, eò ꝙ terra plus habet de informitate, & nõ ita mouetur sicut mouetur aqua, ideo dicitur Ecclesiastæ primo. Terra autem in æternum stat. Nam aqua fluit & refluit: quia ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. et spiritus, idest, aer et ignis in circuitu pergit: quia totus ignis & totus aer (excepta illa parte aeris, quæ clauditur intra montes) circumuoluitur cum cælo, vt habet declarari alibi & vt satis innuitur Ecclesiastæ, & etiam ipsum cælum circulariter voluitur, quia oritur Sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur. Omnia erga alia à terra, excepto aere qui clauditur intra montes, qui quasi clauditur intra terram, quandam fluxibilitatem, & quendam motum habent, vt ex hoc sola terra dicatur esse sensibiliter stabilis, & in æternum stare. Ex quibus liquet, ꝙ licet tam nomine terræ, quàm nomine aquæ possit significari tota illa informis materia, specialiter tamen nomine aquæ significatur tota informis materia alia a terra, quæ ideo nuncupata est aqua, quia non est ita immobilis sicut terra: hæc autem aqua, & hæc tota informis materia alia a terra, pertingebat a terra vsq; ad cælum empyrium. Vnde Beda in glossa super Gene. ait, quòd aquæ totam superficiem terræ tanta altitudine tegebant, vt ad illos vsq; locos pertingerẽt, vt super firmamentum partim residerent. Ergo aquæ ita eleuabantur super terram, vt essent super firmamentum. Sed nomine firmamenti, secundum communem opinionem sanctorum, intelligitur cælum, in quo fixa sunt sydera. Vnde Beda exponẽs illud verbum, fiat firmamentum, ait, quòd in hoc verbo cælum describitur in quo fixa sunt sydera. Si ergo aquæ protendebantur supra firmamentum, oportet ꝙ pertingerent vsq; ad cælum Empyrium, quia supra firmamentum, idest, supra cælum sydereum, non est nisi cælum Crystallinum: quod potest dici cælum aqueum, non a frigiditate, sed a diaphaneitate: sicut dicitur cælum Empyrium, idest, igneum, non a calore, sed à splendore. Erit erga sensus secundum communem opinionem sanctorum, cum dicit Deus, Fiat firmamentum in media aquarum, & diuidat aquas ab aquis: idest, distinguantur cæli, & fiat firmamentum, idest, cælum sydereum; & diuidat aquas ab aquis, idest, diuidat inter cælum Crystallinum quod est super cælum sydereum, & alios cælos qui sunt infra huiusmodi cælum: qui omnes cæli (quia sunt sic mobiles, & ratione motus possunt dici labiles) aquæ nomine designantur. Si ergo ipsum cælum crystallinum significatur nomine aquarum, iuxta illud Psal. 103. extendens cælum sicut pellem qui tegis aquis superiora eius: cum cælum crystallinum pertingat vsq; ad cælum empyrium, benè dictum est, quòd illa informis materia, quæ potest significari nomine aquæ, vsq; ad cælum Empyrium pertingebat. Sequendo quidem commune sanctorum dictum, quòd informis materia non solum origine, sed etiam tempore præcessit suam formositatem; dicemus, quod cælum crystallinum, & cælum sydereum, & omnes alij septem cæli, vbi sunt septem planetæ, quandam informitatem habebant, & quandam quasi indistinctionem. Et quando dixit Deus, Fiat firmamentum, idest, cælum Sydereum, & diuidat inter aquas quæ sunt super firmamentum, & alias aquas quæ sunt sub firmamento,

Cap. 1.

Marginali.

D

A idest, diuidat inter cælum crystallinum & alios cælos; tunc omnes cæli facti sunt distincti, & quãdam formositatem acceperunt. ipsum (inquam) cælum crystallinum, quod Philosophi quidam nominare nescientes, vocauerunt vltimũ mobile, quandam formositatem accepit, cum dixit Deus, fiat firmamentum, &c. Vtrum autem huiusmodi cælum, & alia quæ Deus creauit, præcesserint tempore, vt sentit cõmunis sanctorum opinio, vel præcesserint solum origine, vt innuit August. 1. super Gen. & 11. de Ciuitate Dei, et in Quæstionibus ad Orosium, inferius tractabitur: quãuis huiusmodi opinionem quòd ad distinctionem rerum creatarũ non fuerit ordo temporis sed originis, Augustinus nõ pertinaciter asserat, sed sub quodam dubia hoc dimittat.

Hieronym.
Greg.
Beda.

Reuertamur erga ad propositum, & dicamus, ꝙ siue tempore, siue origine, materia præcesserit suam formam, eo ipso ꝙ cũ Deus dixit, Fiat firmamentum &c. ex isto Dei verbo cælum crystallinum accepit aliquam formositatem, cogimur dicere ꝙ ipsum cælum crystallinum ad informem materiam pertinebat: & quia cælum crystallinum pertingit vsq; ad cælum Empyrium, quia cælum crystallinum est vltimum mobile, & immediate supra huiusmodi cælum, est cælum empyrium, quod non mouetur, sed est locus beatorum, bene dictum est, quòd illa informis materia vsq; ad cælum Empyrium pertingebat. Tertia hoc idem patet ex illo verbo sacræ scripturæ, quòd tenebræ erant super faciem abyssi. Nam sicut nomine terræ & aquæ potest significari tota illa materia informis, ita etiam significari potest nomine abyssi. Vnde & August. 12. Confess. vult quòd nomine terræ & abyssi significetur tota illa informis materia; quia secundum eum nihil est tam propinquum informitati, sicut terra & abyssus. Cum erga dicitur, quòd tenebræ erant super faciem abyssi, possumus intelligere ꝙ nullum corpus lucidum adhuc formatum erat in illa informi materia: & quod corpus lucidum tunc formatum fuit, quando dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux: tunc enim in ista informi materia dicitur fuisse factum quoddam corpus lucidum. Et quia, siue tempore, siue origine, in primordio creationis cæli & terræ non erat ibi lucidum nisi solum cælum empyrium, quod empyrium siue igneum a luce siue a splendore dicitur (etsi nomine abyssi secundum sanctorum expositionem intelligere possimus illam informem materiam tenebrosam, quia tenebræ erant in huiusmodi abysso) oportet quòd vsq; ad illum cælum ascenderet illa informis materia, vbi non inueniebatur corpus lucidum: hoc autem erat vsque ad cælum Empyrium, quia solum illud corpus fuit lucidum in prima creatione rerum. Vtrum autem ex illo cælo empyrio resultaret aliquis splendor in illa informi materia, non est præsentis speculationis: sufficit autem ꝙ tota illa materia diceretur tenebrosa, quia non continebat in se aliquod corpus lucidum.

B 3.

C Cap. 4.
D. Basilius nomine Abyssi intelligit copiosã aquam.

Cap. XI.

Quòd cum in primordio triplex fuerit opus diui-num, creationis, distinctionis, & ornatus: opus creationis ante omnem diem est perpetratum.



OGIMVR *quidẽ po-
nere, ꝙ Deus primo creauit
res, postea distinxit, & vl-
timo ornauit. ita ꝙ in pri-
mordio triplex fuit opus di-
uinum, creationis, distinctio-
nis, & ornatus. Vtrum autẽ
huiusmodi prius et posterius
fuerint simul origine, vel ẽt
tempore; quantum ad aliqua conuenit Aug. cum alijs san
ctis, & quantum ad aliqua differt. Voluerunt enim cõmu-
niter sancti, ꝙ simul fuerint res creatæ, & aliqualiter di
stinctæ, sed non perfectè. Augustinus autẽ licet hoc nõ as-
serat pertinaciter, in hanc tamẽ partem declinare videtur,
ꝙ simul tempore fuerint res creatæ, & perfectè distin-
ctæ: ita ꝙ quantum ad creationem, & distinctionem, non
tempore, sed solum origine, informe præcessit formatum,
sicut accidit de sono, & cantu. Est enim cantus quedã mo
dulatio, & quædam perfectio soni, ita ꝙ sonus de se esset
informis nisi esset modulatus per cantum: ille tamen q can
tat, simul tempore emittit sonum & cantum, non tamen si-
mul origine, vel non simul natura, quia cum sonus sit quasi
quoddam materiale respectu cantus & cantus non sit ali-
quid nisi modulatio soni, oportet ꝙ sonus sit quoddam fun
damentum istius modulationis: & quia semper fundamen-
tum origine & natura præcedit illud cuius est fundamen
Cap. 29. tum, ideo concludit August. in. 12. Cõfess. ꝙ cantum præ-
cedit sonus origine, non tempore. Sed secundum hunc mo-
dum, secundum ipsum, in creatione, & distinctione rerũ,
informe præcessit formatum: simul tamen tempore, omnia
ista elementa quæ videmus, & omnes cœli fuerunt creata
Hieronym. & distincta. Alij tamen sancti voluerunt ꝙ per interualla
Greg. temporum fuerit facta elementorum & cœlorum creatio,
& eorum perfecta distinctio: quod magis videtur sonare
illud, quod habetur in principio Gen. vbi dicitur, ꝙ terra
erat inanis & vacua, vel, vt habet alia litera, erat inuisibi
LXX. lis, & incomposita. & tenebræ erant super faciem abyssi.
Prout enim hæc verba sonare videntur, hæc elementa cum
fuerunt creata, nõ fuerunt perfectè distincta. etiam ipsi cœ
li in illo primordio cum fuerunt creati, non fuerunt perfe-
ctè distincti, vt videtur sonare textus Gen. Sed tunc fuerunt
Gen. 1. perfectè distincti, quando dixit Deus, Fiat firmamentum
in medio aquarũ, & diuidat aquas ab aquis. Tunc. n. factũ
fuit cœlum sydereum, vt exponunt sancti, & diuisit aquas
quæ erant super firmamentum, idest, quæ erant super cœ-
lum sydereum, ab aquis quæ erant sub firmamento. i. (se-
cundum vnum modum exponendi) ab alijs cœlis, qui sunt
sub cœlo sydereo. Cœlum enim sydereum est inter cœlum
crystallinum (quod potest quasi dici cœlum glaciale, siue
cœlum aqueum) & alios cœlos planetarum, qui possunt di
ci cœli aquei propter eorum motum & fluxibilitatem.
Non enim intendimus reprobare opinionem Augustini de
perfecta distinctione rerum, etiam in suo primordio, videli
A cet, ꝙ simul res fuerunt creatæ & distinctæ: sed intendi-
mus dicere ꝙ textu Gen. vt prima facie apparet, cœli non
fuerunt simul creati & perfectè distincti, sed tunc fuit hoc
factum, quando dixit Deus, Fiat firmamentum, &c. nec
etiam elementa fuerũt simul creata & perfectè distincta,
sed tunc hoc factum fuit quando dixit Deus, Congregẽtur
aquæ in locum vnum, & appareat arida, idest, terra. Dif-
fert ergo opinio Augustini ab opinione aliorum sanctorũ
quantum ad distinctionem rerum: quia secundum ipsum,
creatio & distinctio cœlorum, & elementorum fuit simul
tempore facta, & in talibus informe præcessit formatum
non tempore, sed origine tantum: sed secundum alios san-
ctos, perfecta distinctio cœlorum & elementorum, etiam
per interualla temporum fuit facta, quia prima die fuit di-
stincta lux a tenebris, quando dixit Deus, fiat lux & fa-
B cta est lux. Secunda die fuit facta cœlorum distinctio, quan
do fuit factum firmamentum, idest, cœlum sydereum, quod
diuidit inter aquas superiores, & inferiores. Tertia qui-
dem die facta fuit distinctio elementorum, quando congre-
gatæ sunt aquæ in locum vnum, & apparuit arida, idest,
terra. Aduertendum tamen, ꝙ per aquas, quæ sunt super
firmamentum, idest, super cœlum sydereum, possumus intel
ligere cœlum crystallinum, siue cœlum aqueum: vt sicut
Deus ad tempus ligat aquas in nubibus, sic in sempiter-
num & in perpetuum solidauit aquas illas in quadam so-
liditate glaciali & crystallina. Vnde Beda in quadam glo Marginali.
sa super Gen. dicit, ꝙ Deus, qui infra cœlum ligat aquas
ad tp̃s vaporibus nubiũ retentas, põt sup cœlum sydereum
non vaporali tenuitate sed glaciali soliditate aquas suspen
dere. Aduertendum etiam, quòd aliter dicuntur aquæ quæ
C ad tempus ligantur in nubibus, quàm illæ quæ in perpe-
tuum super cœlum sydereũ solidantur: quia aquæ vapora
biles infra cœlum dicuntur aquæ a frigiditate, quia sunt
frigidæ naturæ, & sunt vere aquæ & sunt naturæ a-
queæ: sed aquæ quæ sunt supra firmamentum, dicuntur a-
quæ non a frigiditate, sed a diaphaneitate, quia habent
quandam diaphaneitatem crystallinam ideo dicimus quòd
supra cœlum est cœlũ crystallinum, et supra cœlũ crystalli
num est cœlum empyrium, supra quod non est aliud cœ-
lum, sed ille est locus Angelorum & Beatorum. Aduerten
dum etiam cum diximus quòd per aquas quæ sunt supra
cœlum siue supra firmamentum quod dicitur cœlum sy-
dereum, possumus intelligere cœlum crystallinum, sed per
aquas quæ sunt sub firmamento possumus intelligere cœ-
los septem planetarum, patet sic esse. Nam cœlum syde-
D reum est medium inter cœlum crystallinum & cœlos se-
ptem planetarum: qui cœli septem planetarum possunt
dici aquæ ratione sui motus & suæ fluxibilitatis, quia se-
cundum motum suum proprium semper mouentur & flu-
unt ab occidente in oriens, licet raptu firmamenti mouean
tur è conuerso. Intelligendo ergo per aquas supra firma-
mentum cœlum crystallinum, & per aquas sub firmamẽ
to cœlos planetarum, factum est firmamentum in medio
aquarum, quia factum est cœlum sydereum inter cœlum
crystallinum & cœlos planetarum. Possumus tamen, si
volumus, per aquas sub firmamento intelligere has aquas
labiles, quæ fluunt super terram, & etiam aquas vapora-
biles, quæ ad tempus ligantur in nubibus. & scd̃m hoc, fa
ctũ est firmamẽtum, i. cœlũ sydereum inter aquas et aquas,
q2 factũ est cœlum sydereum inter cœlũ crystallinum q2*

est

est supra ipsum. & has aquas fluxibiles super terram, &
aquas vaporabiles, quæ sunt sub ipsa. Aduertendum etiam
ꝙ opinio Augustini ab opinione aliorum sanctorum differt
non solum quantum ad creationem & distinctionem, sed
etiam quantum ad ornatum cœlorũ. quia secundum ipsum,
cœli simul fuerunt creati, & distincti, & Sole & Luna
& alijs syderibus ornati: sed secundum alios sanctos, non
fuerunt cœli ornati in suo primordio, sed quarta die ꝓdu=
cta sunt luminaria cœli, cum dixit deus, Fiant luminaria
in firmamento cœli: & cum fecit dominus duo luminaria
magna, videlicet, Solem & Lunam, & etiam Stellas. Sed
de opinione Augustini faciemus in sequentibus per se Ca=
pitulum: nunc autem volumus tractare quæ tractanda sunt
in hoc Capitulo per communem sanctorum sententiam: se=
cundum quam dicimus, ꝙ ante omnem diem fuerunt res
creatæ, & aliqualiter distinctæ. Ad cuius euidentiam sciẽ
dum, ꝙ aliter fit opus creationis, & aliter alterationis &
naturalis generationis. Nam in opere creationis prius im=

Creatio.

primitur forma substantialis, q̃ accidẽtalis: est enim crea
tio simplex defluxus rerum a primo, nam in creatione to=
ta res simul producitur, quia non ex materia præiacente,

Circa princ.

sed ex nihilo dicitur esse creatio. Vnde Magister. 2. sentẽ=
tiarum dicit, creator enim est, qui de nihilo aliquid facit: et
creare proprie est aliquid de nihilo facere. Cum ergo for=
ma accidentalis non sit apta nata inhærere materiæ sine
forma substantiali, in creatione in qua producitur totum
simul, prius intelligitur introduci forma substãtialis in ma
teriam, q̃ accidentalis, non tempore, quia totum fit in in=
stanti, sed natura & origine, quia naturali origine substã
tia præcedit accidens. Sed in alteratione, secundum ꝙ hu=
iusmodi, non est motus ad formam substantialem, sed ad
accidentalem. Et in generatione naturali, idest, in genera=
tione, quam possunt facere agentia naturalia, prius intro=
ducitur forma accidentalis: vt si ignis agens in aerem, con=
uertit ipsum ad se & generat ex hac materia ignem, opor
tet ꝙ calefaciat aerẽ, & quando est in tantum calefactus,
ꝙ non potest ibi stare forma aeris, introducitur ibi forma

Generatio est terminus motus.

ignis: generatio itaq; ignis est terminus motus, qui est
terminus alterationis, siue calefactionis. Omnis ergo a=
ctio agentium naturalium (accipiendo actionem large, vt
etiam ipsa generatio dicatur actio) vel est motus, vel muta
tio, quod est terminus motus. Nam per actionem agentium
naturalium non acquiritur nisi triplex forma accidẽtalis:
quia vel acquiritur ex hoc quantitas, & secundum hoc est
motus in quantitatẽ, quia vel est motus ad quantitatem ma
iorem, & dicitur augmentum; vel ad quantitatem minorẽ,
& est diminutio. Si autem per talem motum non acquira=
tur quantitas, sed qualitas, sic est alteratio. Si vero acquira
tur Vbi, sic est motus localis: ita ꝙ in tribus generibus est
motus. s. in quantitate, qualitate, & vbi, vt declarari habet

5. Physi. t. 18.

in Physicis. ergo actio agentium naturalium, per quam ac=
quiritur forma accidentalis, põt dici motus. Sed hmõi actio,
per quam acquiritur forma substantialis, non est motus,
cum hoc fiat in instanti, sed est mutatio, idest, terminus
motus: est enim terminus alterationis, quia agens natura=
le prius alterat, postea generat & corrumpit. Sic est er=
go de actione agentium naturalium, ꝙ vel est motus, vel

Creatio nõ est motus aut mutatio.

est mutatio. Sed creatio, quæ propriè non potest compe
tere nisi Deo, nec est motus, nec mutatio. Motus quidem
non est: quia cũ non fiat ex materia præiacente, non præ=

A cedit ibi aliquid quod supponitur motui. Nec est mutatio:
quia cum mutatio sit terminus motus, & nullus motus præ
cedat creationem, creatio non erit terminus motus, & per
consequens, proprie loquendo, non erit mutatio, quæ est
terminus motus. Sed quæres, quare agens naturale non
potest introducere formam substantialem, nisi prius intro
ducat accidentalem, deus autem in creando & si non tem=
pore, natura & origine prius introducit formam substan
tialem, q̃ accidentalem? Ad quod dici potest, ꝙ omnis vir=
tus agentium naturalium est aliquod accidens, quia (vt pro=
bat Cõmentator in. 7. Met.) nulla actio potest immediate

Com. 31.

egredi a forma substantiali, vt in igne nulla est virtus acti=
ua, nisi calor. Et ideo cum agens assimilet sibi passum, si
agens naturale non agat nisi per aliquã formã accidenta=
lem & alteret, etiam hoc modo mediante. s. forma acci=

B dentali introducet formam substantialem & generabit.

Vide Doct. 5. quodlib. q. 1.

Deus autem, qui immediate agit per suam substantiam,
potest prius introducere formam substantialem, q̃ acciden
talem. Nec oportet ꝙ Deus sic astringatur in sua actione,
ꝙ non possit aliter agere, & ꝙ non possit prius introduce
re formam accidentalem, q̃ substantialem. quia cum substã
tia Dei non determinetur ad aliquod prædicamentum, sed
in se contineat omnia prædicamenta, non determinabitur
Deus ad aliquem modum agendi, sed sicut volet agere, sic
aget. Quicquid tamen sit de actione Dei, prout agit in re=
bus iam productis: in ipsa tamen creatione, & in ipsa pri=
ma productione rerum, ordo naturæ requirit, ꝙ prius fue
rit introducta in materia forma substantialis, q̃ accidenta=
lis. Sed de his clarius infra dicetur in. 33. cap. 2. partis.
Erit itaq; rerũ creatio hoc modo, ꝙ cũ prius fuerint nihil,

C inceperunt esse aliquid, ita ꝙ inter nihil & aliquid nullũ
fuit ibi medium. Illud ergo instans, in quo res inceperunt
esse aliquid, nullum præcessit tempus: quia cum ante illud
instans res fuerint nihil, tẽps illud fuisset fundatũ in nihilo.
Et ideo creatio de necessitate fit in instãti, cum ipsum nihil
quod præcedit creationem nõ possit esse subiectum motus.
Et ideo bene dictum est, ꝙ creatio non est motus, cum fiat
in instanti: nec est mutatio, quia creationẽ, vt patet per ha=
bita, nõ potest præcedere aliquis motus. His visis, dicamus,
ꝙ creatio, propriè loquendo, non fuit facta in tempore, sed
fuit facta ante omne tempus, & per consequens ante omnẽ
diem, cum ipsa dies sit tempus, vel pars temporis, & quæli
bet pars temporis sit tempus. Propter quod, sciendum, ꝙ ali
quid fieri in tempore, propriè dicitur, ꝙ illud fieri manife=
stetur tempore: & etiã aliqualiter potest dici fieri in tpe,
quando illa factio continetur a tpe. Sed si vellemus valde

D large extendere fieri in tempore, diceremus aliquid sic fie
ri, quando factio eius nec manifestaretur tempore, nec con
tineretur a tempore, sed esset in initio temporis: & quia
initium temporis est ante omne tempus & ante oẽm diem,
bene dictum est, quòd opus creationis, & quòd res fue=
runt creatæ ante omne tempus & ante omnem diem. Non
autem dici potest, ꝙ creatio fuerit facta in tempore quòd
manifestetur tempore, cum de necessitate facta fuerit in
instanti: nec etiam dicere possumus, quòd creatio fuit fa=
cta in tempore, quia contineatur a tempore, & quia illud
continetur a tempore, quod tempus præcedit & sequitur:
sed instans illud, in quo facta fuit creatio rerum, nullum
tempus præcessit, nisi forte tempus imaginatum: nam
cum ante creationem nulla res esset, consequens est ꝙ nul=

A lum tempus naturale erat ante creationem. Itaq; rerum creationem sic sequutũ est tp̃s ꝙ nullum præcessit tẽpus: & instans illud, in quo fuerunt res creatæ, sic fuit initiũ futuri, ꝙ non fuit finis præteriti: & sic fuit principium temporis, ꝙ non fuit finis temporis. Propter quod creatio non fuit inter duo tempora, videlicet, inter præteritum & futurum: sed fuit ante omne tempus, quia ante creationem nullum fuit tempus, sed sola æternitas. Ergo non dicetur creatio facta in tempore, primo modo: quia manifestaretur tempore. Nec secundo modo, quia contineretur a tẽpore, vt ꝙ ante creationem, & post creationem fuerit tẽpus. Sed si dicitur facta in tempore, hoc est, solum tertio modo: quia facta fuit in principio temporis, ante quod nullum tẽpus fuit. Vnde cum dicitur, In principio creauit Deus cœlum & terram: licet sit vnus modus exponendi, ꝙ in principio, idest, in filio, per quem fecit omnia, fecit Deus cœlũ

Primũ instans tpis fuit initiũ futuri, nõ autẽ finis præteriti

B & terram: exponitur etiam cõmuniter a sanctis alio modo, ꝙ in principio, idest, in initio temporis, & ante omnia tempora creauit Deus cœlum et terrã. Vnde August. 12. Cõfess. ait, ꝙ hanc informem materiam fecit Deus añ omnem diem. & idem ibidem dicit: iam enim fecerat cœlum & terram ante omnem diem. & idem ibidem ait, ꝙ cum Moyses cõmemorat deũ fecisse in principio cœlũ et terrã, tacet de temporibus, silet de diebus: per quod innuit, quòd creatio cœli & terræ facta est in principio, idest facta est ante omne tempus, & ante omnem diem, quod declarare volebamus.

Ca. 12. et. 13

Sed Basilius ponens Angelos añ mundũ creatos, exponit ꝙ post eas res, quæ ñ aspectu, sed mente percipiuntur, res istas fecit Deus, quas sensu percipimus.

Cap. XII.

C *Quòd non solum opus creationis, sed etiam multiplicis distinctionis, secũdum cõmunem sanctorum sententiam, ante omnem diem dicitur esse factum.*



Si vellemus sequi Augustini sententiam, non solum in principio ante omnem diem simul cũ opere creationis factum fuit opus aliqualis distinctionis, sed etiam perfectæ distinctionis: quia secundum eum, omnia corpora cœlestia, & elementa simul fuerunt creata, & perfectè distincta. & illa interualla dierum,

D quæ narrantur in distinctione rerum, secundum Augustini sententiam referenda sunt ad cognitiones angelicas, nõ ad res ipsas: secundum tamen cõmunem sanctorum sententiam, res fuerunt omnes creatæ simul, sed nõ perfectæ, sed aliqualiter distinctæ; fuerũt enim omnes simul creatæ secundum materiam, sed non fuerunt simul distinctæ secundum formam. Vnde Greg. (& habetur in glosa sup Gen.) ait, quomodo Deus simul cuncta condidit (vt dicitur in Ecclesiastici. 18.) dum idem Moyses ex dierum mutatiõe distincte creata describit? Et respõdet, ꝙ rerum materia simul creata est, simul verò per species formata non est. Et subdit, Si simul extitit per substantiam materiæ, nõ simul apparuit per speciem formæ. ergo (quantum ad substantiã materiæ) omnia simul sunt creata, sed per speciem formæ

In quæst. ad Oros.
11. de Ciuit. dei.
1. de Gen. ad lit.

A non simul omnia sunt distincta. quod intelligendum est de distinctione perfecta: quia sicut simul corpora cœlestia, et elementa fuerunt creata, ita secundum cõmunem sanctorũ sententiam, & secundum ꝙ sonat textus Genesis, fuerunt simul aliqualiter distincta. Volumus ergo nunc sequi communem sanctorum sententiam, & illud quod videtur sonare textus Genesis, quomodo fuerũt corpora cœlestia & elementa simul creata, & aliqualiter distincta. Ad cuius euidentiam sciendum, ꝙ in principio Genesis anteq̃ fiat mentio de diebus. i. ante omnem diem, triplex distinctio tangitur, videlicet, cœli a terra, & hoc cum dicitur, In principio creauit Deus cœlum & terram. Secunda distinctio tangitur tenebrarum a facie abyssi. & hoc cum dicitur, Et tenebræ erant super faciem abyssi. Tertia distinctio tangitur ipsarum aquarum a cœlo, & terra. & hoc cum subinfera-

B tur, Et spiritus domini ferebatur super aquas. Hæc. n. omnia fuerunt ante omnem diem. i. anteq̃ fiat mentio de diebus, vel anteq̃ factum fuerit vespere & mane dies vnus. i. primus. Est ergo sensus, ꝙ in principio. i. in filio et per filium, qui est principium de principio. Vel in principio. i. in primo instanti, quod fuit principium & initium temporum & dierum, & quod fuit ante omnia tempora, & ante omnes dies: in illo itaq; primo instanti omnia ista fuerunt simul facta & creata, quia fuerunt facta cœlum & terra, fuerunt tenebræ & facies abyssi, & fuerunt aquæ mediæ inter cœlum & terram, super quas aquas ferebatur spiritus domini sicut fertur mens artificis super materia operis condendi. Vnde & glosa ibidem ait, ꝙ spiritus domini ferebatur super aquas, sicut dominus & conditor confusæ materiæ, vt eam distingueret, quando vellet. Vel,

C vt videtur sonare litera hebraica, spiritus domini incubabat super aquas, sicut auis incubat super oua sua, vt foueat ea. Oportet quidem, ꝙ per hæc materialia verba operationes diuinæ nobis innotescant. Certum est quidem, ꝙ dominus, siue spiritus domini, idest, spiritussanctus, qui est vnus Deus cum patre & filio, curam habebat de illis aq̃s, idest, de illa materia confusa: & ideo dicitur ferri sup eas, sicut mens artificis fertur super opus suum: sicut etiam dicitur incubare sup eas. & fouere eas propter quandã specialem curam, quam habebat de eis. Has autem tres distinctiones dicemus esse, quia vbicũq; est dare extrema, ibi est etiam dare & media: ibi est ergo triplex distinctio assignanda: vna extremorum, alia mediorum, tertia est horũ ad illa, scilicet, mediorum ad extrema. In ipsa enim prima creatione rerum fuerũt aliqualiter distincta extrema ab-

Merahèpheth, .i. cubabat, vt interpretatur R. Solomon.

D inuicem, & media abinuicem, & media ab extremis. Cum ergo tangitur distinctio cœli a terra, & cum dicitur, ꝙ in principio creauit Deus cœlum & terram, tangitur distinctio extremorum, videlicet, cœli & terræ. Nam cœlum est vnum extremum, quia est illud supra quod nullum est corpus. & terra est aliud extremum, quia est illud infra quod nullum est corpus: cœlum enim est sursum, & terra deorsum: cætera autem sunt in medio. Nam cum dicitur cœlum & terra primo facta, non intelligitur de cœlo (vt patuit per Bedam & Strabum), idest, de firmamento, quod est cœlum sydereum, quod factum est secunda die, q̃a illud non est cœlum extremum, & non est cœlum omninõ sursum, sed supra illud cœlum sunt alij cœli: sed intelligitur de cœlo empyrio, quod est cœlum omnino sursum, supra quod cœlum non est aliud cœlum. Erit ergo sensus, ꝙ

in

A in principio creauit Deus cœlum & terram, idest, in principio creauit Deus materiam illam confusam, quæ nõ fuit ita confusa etiam in principio suæ creationis, quin esset ibi aliqualis distinctio, quia erat ibi distinctio cœli & terræ, et erat ibi distinctio extremorũ, quæ per cœlum empyriũ quod est omnino sursum, & terram quæ est omnino deorsum, recte intelliguntur. Fuit itaq; prima distinctio extremorũ per cœlum, & terram significata. Secunda fuit distinctio mediorum per tenebras & abyssi faciem figurata: vt dicamus, ꝙ illa prima creatione rerum non solũ fuit cœlum a terra distinctum, quæ sunt extrema, sed etiam facies abyssi fuit distincta a tenebris, quæ sunt media. Facies enim abyssi siue ipsa abyssus et tenebræ, idest, corpora illa tenebrosa, media inter cœlum et terram significabãt. Erat quidem hic ordo, ꝙ terra erat omnino deorsum, & super terram erat abyssus, & super faciem abyssi, idest, sup supremum

B abyssi erant tenebræ, idest, erant corpora tenebrosa, quia adhuc lux non erat creata. vnde ꝙ tota illa materia, quæ dicebatur confusa, habebat aliqualem distinctionẽ secundum quatuor partes, quia erat ibi terra, & abyssus, et tenebræ, & cœlum. s. empyrium. Aduertendum tamen, ꝙ tenebræ nõ sunt nisi absentia lucis; et ideo deridendi sunt illi, sicut Beda dixit, qui dixerunt, ꝙ Deus creauit prius tenebras, q̃ lucem. Nam cum tenebræ dicant priuationem quandam, & ipsa priuatio secundum se non possit cadere sub factione, consequens est, ꝙ tenebræ secundum se sub factione non cadãt; sed fecit Deus a principio quædam corpora, quæ nondũ erant decorata per lucem: ideo illa corpora dicuntur tenebræ, quia erant tenebrosa propter carentiam lucis. Ad intelligendũ autem hanc distinctionem mediorum, dicemus ꝙ inter cœlum empyrium, quod est omnino

Tenebræ non secũdũ subsistẽtiã extiterũt, sed pathos aut affectio ẽ, quæ aeri ex priuatione luminis accidit.

C sursum, & omnino stabile, quia est locus beatorum ab omni motu & mutatione semotum: & hanc terram, quæ est etiam immobilis, & stabilis, quia terra in æternũ stat: sunt in medio, aqua, aer, ignis, & omnes isti cœli mobiles. per abyssum ergo possumus intelligere aquam, & aerem. Nam in primordio aqua non erat sic spissa vt nũc est, sed erat quasi vaporosa totum hunc aerem inficiens, vt quasi aer sic infectus per aquas totus posset dici aqua, vt ex hoc illa duo elementa nomine abyssi possent significari: & propter hoc terra diceretur inuisibilis, quia vbi nos habemus, ꝙ terra erat inanis, & vacua, alia litera habet, ꝙ erat inuisibilis, & incomposita. Inuisibilis quidem erat, quia propter has nebulas tegentes eam apparere non poterat. Incõposita autem erat, quia, vt supra tetigimus, non erat plantis et arboribus perornata. ipsæ enim plantæ, & arbores ad-

Eccl. 1. a.

LXX.

D hærentes terræ, quandam cõpositionem faciunt cum terra. De hac autẽ permixtione aquæ cum aere loquitur Strabus super Gen. dicens, ꝙ in principio elementa erant commixta & confusa. & totum hoc aeris spatium erat aquis plenum non quales nunc sunt, sed sicut nebulæ tenues. Totus ergo aer erat plenus aquis nebulosis: & aquæ tunc propter eius raritatem totum huiusmodi spatium occupabant, vt terra videri non posset. Ideo quando dixit Deus, Cõgregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida: fuerunt aquæ condensatæ secundum suam naturam, & occupauerunt minorem locum, vt possint omnes huiusmodi aquæ recipi in concauitatibus terræ, et ex hoc apparuit arida. i. facta est terra visibilis, quia & terra fuit tunc discooperta aquis, vt posset videri: & aer est ita purificatus, vt per ipsũ

A tanquam per medium possemus eam videre. In illo itaq; primordio, quãdo aqua per modum cuiusdam nebulæ erat sic cõmixta cum aere, illa duo elementa, aer, & aqua, sic commixta, abyssus poterant nuncupari, quia non erat tunc aer sic cõmixtus plenè receptiuus lucis. Per tenebras verò possumus intelligere elementum ignis, & omnes hos cœlos mobiles: qui cum essent sic commixti nebulis, anteq̃ fuisset lux, fuissent tamen receptiui illius: & quia tenebra est carentia lucis, vel tenebra est, quod est aptum natum illuminari, ideo per tenebras ignẽ, et hos cœlos mobiles possumus intelligere. Erant itaq; extrema, terra, et cœlum empyriũ: & erant media, abyssus, idest, aer immixtus aquis, et tenebræ, idest, ignis, & hi cœli mobiles, qui nondum erant illuminati, sed erant susceptiui lucis. Bene itaq; dictum est, ꝙ cum dicitur, in principio creauit Deus cœlum & terram,

B denotatur distinctio extremorum: sed cum subditur, & tenebræ erant super faciem abyssi, describitur distinctio mediorum. Aduertendum tamen, ꝙ facies est suprema pars hominis: ideo facies abyssi põt intelligi prima pars ipsius aeris sic cõmixti & nebulosi: & quia elementum ignis, et hi cœli mobiles collocati sunt super totum aerem & super supremam partem aeris, ideo bene dictum est, ꝙ tenebræ, idest, elementum ignis: & hi cœli mobiles, qui erant apti ad illuminandum, sed non erant illuminati sed adhuc tenebrosi, erant super faciem abyssi, quia erant super totum aerem sic nubilosum, & per consequens erant super supremam partem aeris, quæ abyssi facies poterat nuncupari. Verùm quia non sufficit distinguere extrema abinuicẽ, & media abinuicem, nisi distinguantur media ab extremis; ideo postq̃ fuit facta mentio de cœlo & terra tanq̃

C de extremis, & de abysso & tenebris tanq̃ de medijs, subditur ibi, ꝙ spiritus domini ferebatur super aquas: vt postq̃ distinxerat extrema abinuicem quia cœlum a terra, & media abinuicẽ quia abyssum a tenebris, distinguit media ab extremis, in eo ꝙ spiritus domini ferebatur sup aquas. Ad cuius euidentiã sciendũ, ꝙ inter extrema omnia sunt labilia, idest, omnia sunt mobilia. Motu enim vltimi mobilis, quod a Theologis dictum est cœlum crystallinum, omnes alij cœli, videlicet, cœlum sydereum, & septem cœli planetarum, & elementum ignis, & aeris, circũuoluuntur cum vltimo mobili; excepta illa parte aeris que clauditur intra montes, quæ rõne montium non põt sic circũuolui. Ipsa etiam aqua labitur & quasi circũuoluitur, quia redit ad mare vt iterum fluat. Ipsum etiam mare habet quandã circũuolutionem, quod apparet ex suo fluxu & refluxu.

D Est ergo hæc differentia inter extrema & media: qa extrema, idest, cœlum empyrium & terra, non sunt mobilia nec labilia, sed stabilia: omnia autem media sunt labilia. i. mobilia: ipse etiam aer, qui clauditur inter montes, licet nõ circũuoluatur motu firmamenti, tamen ventis agitatur & mouetur. Nomine ergo aquarũ possumus intelligere omnia media, quæ sunt inter cœlum empyriũ, et terram; quæ ratione labilitatis, idest, mobilitatis aquarũ nomine nuncupantur. Quod, vt magis appareat, aduertendum, ꝙ labi & ferri, et cætera talia non competunt Deo secundum affectum, sed secundum effectum, vt tunc dicatur spiritus domini ferri et moueri, quando facit effectus labiles & mobiles: & quia nomine aquarum possunt intelligi omnia media, in eo ꝙ spiritus domini ferebatur super aquas, quia fecit aquas labiles, et mobiles, quia fecit omnia media labilia et mobi-

lia, datur differentia mediorum ab extremis, quia extre-
ma sunt stabilia & immobilia. Igitur si in ipso principio,
in illo primo instanti temporum anteq̃ fiat mentio de die-
bus, fuerunt distincta extrema abinuicem quia cœlum a
terra, & media abinuicem quia abyssus a tenebris, & me-
dia ab extremis quia media erant aquæ labiles, idest, erant
labilia & mobilia, extrema verò erant stabilia & immo-
bilia: bene dictum est, quod in Titulo huius capituli dice-
batur, ꝙ non solum opus creationis, sed aliqualis, imo mul-
tiplicis distinctionis, ante omnem diem dicitur esse factum.

Cap. XIII.

Quòd ille triplex distinctionis modus, qui ante omnem diem, & ante omne tempus, dicitur esse factus, potest multipliciter adaptari.



ICEBATVR *supra*
in præcedēti capitulo, ꝙ an-
te omnem diem, secundum
mentem Augustini, simul cũ
opere creationis factum
fuit opus non solum aliqua-
lis sed etiam perfectæ distin-
ctionis secũdum vero aliorũ
Doct. sententiam, simul cum
opere creationis factum fuit opus nõ perfectæ sed aliqua-
lis & multiplicis distinctionis, quia secundũ illam aliqua-
lem distinctionẽ inerat differentia, differebant.n. extrema
ab extremis, media a medijs, & media ab extremis: quæ
tria adaptantur ad illa tria de quibus agitur, antequã fiat
mentio de diebus. Sed possumus has differentias assignatas
respectu extremorũ, mediorum, & vtrorũq;, multipliciter
aliter adaptare, secondũ ꝙ tangit Titulus præsentis capi-
tuli: secũdũ quam expositionẽ per terram intelligemus ele-
mentum terræ sicut prius. Sed per cœlũ non solum intelli-
gemus cœlum empyrium, sed etiam oẽs cœlos; ita ꝙ nomi-
ne cœli intelligemus a globo lunari supra: quod cœlum quã-
tum ad aliquid, factum fuit sec͂m spẽm formæ, videlicet,
quantũ ad cœlum empyriũ, vbi postq̃ fuit creatũ, nihil fuit
ibi sec͂m se postea immutatũ: quantum verò ad alia, intelli-
gemus facta sec͂m substantiã materiæ, quia tam in orbibus
planetarũ, q̃ ẽt in cœlo sydereo, vel etiã in cœlo crystalli-
no põt dici aliquid immutatum, vt infra patebit. Erit ergo,
secundum hunc modum exponendi, terra vnum extremum:
& cœlum.i. totum cœlum, & omnes cœli a globo lunari
supra, aliud extremum. Erit ergo sensus, ꝙ in principio
temporũ.i. ante tẽpora, Deus fecit cœlum.i. a globo lunari
supra. & terram.i. elemẽtum terræ. aliter ergo accipitur
cœlum hic, q̃ supra. Sic etiam aliter accipientur tenebræ
hic, q̃ supra; quia supra per tenebras exponebamus tam
elementum ignis, q̃ etiam cœlos, qui sunt infra cœlum em-
pyrium; sed nunc per tenebras intelligemus solum elemen-
tum ignis, qui non erat illuminatus, quia nundũ erat facta
lux, sed erat aptus natus illuminari, & ideo tenebræ dici
Auer. 4. cœli, com. 32. *poterant. Vel elementum ignis põt dici tenebræ, quia ignis*
in propria sphæra ꝑ nimiam suam raritatem non lucet.
Cum.n. secundũ hunc modũ exponendi, per cœlum intelli-
gamus a globo lunari supra, et per abyssum totũ aerem in-

A *fectum aquis nebulosis, oportet ꝙ per tenebras intelligamus*
elementum ignis. Illa ergo quatuor de quibus fit mentio in
principio ante oẽm diem, videlicet, Cœlum et Terra, Abys-
sus & Tenebræ, secundũ hunc modum quẽ incepimus ꝓ-
sequi, sic poterunt exponi: vt per terram intelligatur elemẽ-
tum terræ: per abyssum intelligantur duo elementa, aer.s.
& aqua; quæ ideo vno nõie nuncupãtur, quia erant simul
cõmixta, nam aquæ nebulosæ sic erant commixtæ aeri, vt
quasi totũ videretur aqua, & ex hoc ambo illa elemẽta vo-
carẽtur abyssus, vt expressè sonant glossæ super Genesim:
per tenebras vero intelligimus quartũ elementũ, videlicet,
elementũ ignis: per cœlum autẽ intelligimus a globo lunari
supra. Erat ergo terra in infimo; sup terrã erat abyssus.i.
erat aqua immixta, super abyssum erant tenebræ, i. elemẽ-
tum ignis, supra tenebras autem erat cœlum.i. erat orbis, in
B *quo facta fuit luna cum omnibus orbibus superioribus, quæ*
omnia cœli nomine poterant nuncupari: per aquas verò la-
biles, supra quas dicebatur ferri spiritus dñi, intelligeba-
mus omnia media quæ sunt inter cœlum empyriom et ter-
ram, quia oĩa talia sunt labilia.i. mobilia. Sed nunc per hu-
iusmodi aquas possumus intelligere ipsum elementũ aquæ;
vt eodem modo accipiantur aquæ cum dicitur, Spiritus dñi
ferebatur super aquas), & cum postea dicitur, Congregen-
tur aquæ in locum vnum, & appareat arida.) Nam ibi ꝑ
aquas intelligitur elemẽtum aquæ, quæ prius nebulosæ, infi-
cientes aerem, non permittebant apparere terrã. postea con-
gregatæ, & inspissatæ, fecerunt elementum per se, & oc-
cupauerunt maiorem locum, ita vt arida i. terra apparere
posset: ideo postea subditur, ꝙ congregationes aquarũ appel-
lauit maria. cõstat aũt ꝙ per maria intelligitur ipsa aqua,
C *vel elementum aquæ: ergo si accipiuntur sic aquæ, cum di-*
citur, Spiritus domini ferebatur super aquas, sicut accipiun-
tur aquæ, cum postea subditur, Congregentur aquæ in lo-
cũ vnum &c. per eas vtrobiq; intelligemus ipsas aquas, vel
elementum aquæ. His itaq; prælibatis dicamus, ꝙ antequã
fiat mentio de diebus, & antequã fieret lux, quæ facta est
prima die; de tribus.i. de triplici distinctione agitur in Ge-
nesi, videlicet, de cœlo & terra, quæ erat tunc inuisibilis et
incomposita: de tenebris super faciem abyssi: & de aquis
super quas ferebatur spiritus domini. ita ꝙ hoc quod dici-
tur, In principio, ad omnia hæc debet referri, & erit sen-
sus, ꝙ in principio.i. in huiusmodi instanti, ante omne tps, ante
omnem diem, Deus fecit cœlum & terram, quæ terra tunc
erat inuisibilis & incomposita. Et in illo eodem instãti, si- LXX.
ue in illo eodẽ principio, tenebræ erant super faciem abys-
si: ita ꝙ in illo primo instanti non solum fuerunt producta
D *cœlum & terra, sed etiam abyssus, & tenebræ: & in illo*
etiam eodem instanti, spiritus dñi ferebatur super aquas,
quia produxerat etiam aquas, quæ erant de se labiles &
mobiles: ergo in vno & eodem instanti siue in vno & eo-
dem principio & primordio tẽporum, Deus fecit terrã et
cœlum, fecit aquas. fecit abyssum.i. fecit aquam immixtam
aeri per modum cuiusdam nebulæ, quæ ambo sic permixta
poterant vocari abyssus: & fecit etiam tenebras.i. ignis ele-
mentum fuerunt.n. hæc omnia simul facta, quæ non potue-
runt esse simul dicta; potuit.n. Deus hæc omnia simul face-
re, quæ non potuit famulus suus Moyses simul dicere. Ad-
uertendum quidem, ꝙ exponendo per cœlum, vt nunc expo-
situm est, a globo lunari supra, oportet ꝙ per tenebras in-
telligatur solum elementum ignis: nam per tenebras non po-

terat

Tex.4. 2. de aĩa.t.71 dicitur, eadem natura modò tenebræ, modò lumẽ .i. ipſum ſubiectũ ꝑſpicuũ, & lucis eſt ſuſceptiuũ, et tenebrarũ. & eſt quædã conſuetudo loquẽdi, ſicut ẽt locũ, qui eſt ſolis particeps, ſolẽ dicere ſolemus. Pone.n. (dicimus) ad ſalem.

terat intelligi cælum, de quo iam eſt facta mentio: intelligetur ergo per tenebras aliquod elementum vel aliqua elemẽta, quia tenebra non eſt per ſe aliquid exiſtens: nam cũ tenebra ſit priuatio, & priuatio ſit negatio in ſubiecto, vt dicitur in 4. Metaphyſicorũ, oportet ꝙ intelligamus aliquid ſubijci tenebris; ideo per tenebras oportet intelligere ſubiectum aliquod tenebroſum, quod tunc in primordio de nullo elemento aliquo verificari poterat, ꝙ̃ de igne. nam tenebra apponitur luci, & oppoſita ſunt apta nata fieri circa idẽ, ergo erit tenebra, vel erit ſubiectũ tenebroſum, quod poteſt eſſe lucidum, & quod põt eſſe ſubiectum lucis: hoc autẽ nõ eſt terra, quæ in ſe & in ſuo profundo nõ illuminatur, ſed illuminatur ſolum in ſuperficie quatenus perfunditur aere luminoſo: non ẽt in primordio aqua, vel aer, poterant dici hoc modo tenebræ, quia aer tũc in primordio erat ſic permixtus nebulis, & erat ſic groſſus & ſpiſſus, vt in ſui profundo lucẽ non poſſet ſuſcipere, & ex hoc illa duo elementa ſic permixta ꝑꝑ ſui confuſionẽ vocabantur abyſſus: ergo ſolum elementum ignis per tenebras dabatur intelligi, ꝗa ignis etiã tunc in primordia erat ſuſceptiuus lucis, ſed quia nondũ lux facta erat, poterat per tenebras nuncupari. In principia igitur erat triplex modus diſtinctionis; quia cœlum diſtinguebatur a terra, aquæ labiles, ſuper quas ferebatur ſpũs domini, diſtinguebãtur ẽt a terra: & tenebræ, quæ erant ſuper faciẽ abyſſi, diſtinguebantur ab abyſſa. Ex his autẽ dictis poſſemus accipere triplicẽ diſtinctionis modum præter ea quæ ſunt ſuperius aſſignata; vt per cælum diſtinctum a terra, accipiatur diſtinctio per materiam: per aquas labiles, vel (quod idem eſt) per aquas ſuper quas ferebatur ſpũs domini, diſtinctas ẽt à terra, quæ de ſe nã eſt mobilis nec labilis ſed ſtabilis, accipiatur diſtinctio ſcd̃m formam: per tenebras exiſtentes ſuper faciẽ abyſſi diſtinctas ab abyſſa, accipiatur diſtinctio ſcd̃m accidentia ſequentia formam, vel materiam. Vel per cælum diſtinctũ a terra accipiatur diſtinctio ſcd̃m genus: per aquas diſtinctas a terra, accipiatur diſtinctio ſcd̃m ſpeciem: per tenebras exiſtentes ſuper faciẽ abyſſi, accipiatur diſtinctio ſcd̃m accidẽtia, quæ ſequuntur & formam generis & formam ſpeciei. Vel per cælum diſtinctũ a terra, accipiatur diſtinctio ſecundũ totam eſſentiã: per aquas diſtinctas a terra, accipiatur diſtinctia ſcd̃m partẽ eſſentiæ: per tenebras ſuper faciẽ abyſſi, accipiatur diſtinctio per accidentia, quæ non ſunt eſſentia, nec pars eſſentiæ. Propter primum, ſciendũ, ꝙ (eo quod dicitur, In principio creauit Deus cælum & terrã) datur intelligi, ꝙ in primordia & in ipſa prima rerũ creatione, fuit diſtinctio cæli & terræ, quæ diſtinctia põt dici ſecundum materiam: nam cælum differt a terra ſecundum materiam, non ſecundũ materiã quantum ad nudam eſſentiam, quia ſic eſt vna oĩum habentium eam; ſed differt ſecundũ materiam, prout comparatur ad formam, quia materia cæli ſub alia ratione ſuſcipit formam, nam ſuſcipit eã cõplentem totum appetitũ eius: ſed materia terræ nõ ſuſcipit formã, qua compleatur totus appetitus ipſius materiæ. Verùm quia etiam in ipſo principio ſpũs domini ferebatur ſuper aquas, quod non eſt intelligendum quantum ad ipſum ſpũm, ꝙ ſecundum ſe poſſit ei cõpetere motus, nec ꝙ poſſit ferri; ſed hoc eſt intelligendũ ſcd̃m ſuum effectũ, vt hoc modo ſpũs domini ferebatur ſuper aquas, quia ꝓduxit aquas, quæ erant aptæ natæ ferri, & quæ erant de ſe labiles: ergo in illo primordio. i. in illo principio ante oẽm diem

A non ſolum fuit diſtinctio cæli a terra, quæ põt dici diſtinctia ſecundũ materiam, ſed etiã fuit diſtinctio aquarum a terra, quæ põt dici diſtinctio ſecundũ formam. Aquæ enim non differunt a terra quantũ ad materiam ſecundũ ſe, ꝗa hoc modo eſt oĩum habentium eam: nec ẽt differunt quantũ ad materiam ſecundũ rõnem ſuſcipiendi formam quia ſub eadem rõne ſuſcipit formam materia aquæ, & terræ: differt tñ aqua à terra ſecundũ illam formam quam habet, quia nõ eſt eadẽ forma aquæ & terræ. Sic etiã dicere poſſumus, ꝙ in illo primordio. i. in illa principio ante oẽm diẽ, tenebræ. i. ignis, erant ſuper faciẽ abyſſi. i. ſuper illum aerẽ nebuloſum & immixtũ aquis, qui totus ſic obſcurus, ſic aquoſus, poterat dici abyſſus. In quibus verbis notare poſſumus differentiã ſecundũ accidentia, ſequentia materiã & formam: & de duobus accidentibus quaſi fit hic mentio, videlicet, de ſitu qui cõpetit rei ſecundũ ſuam quantitatem, B nam res eſt in loca per ſuam quantitatẽ; & hmõi ſitus notatur, cum dicitur, ꝙ tenebræ erant ſuper faciẽ abyſſi, nã ſuper & ſubtus differentias loci ſignificant: & etiam aliqualiter fit ibi mentio de ipſa qualitate per hoc ꝙ fit ibi mentio de abyſſa, quæ quid denſum nominat, & rarum & denſum qualitatem nominant. Hæc aũt duo, videlicet, quãtitas ſecundũ quam accipitur ſitus, & qualitas cuius ſpẽs ſunt rarum & denſum, ſecundũ quandã generalem rõnẽ poſſumus adaptare ad materiam & formam, quia quantitas magis eſt accidens ſequens materiam, & qualitas accidens ſequens formam: ſcd̃m tñ ſpecialem rãnem poſſumus facere adaptationẽ è conuerſo, & adaptare ſitus ſecundũ formam, & denſitatem ad materiã, vt per hoc ꝙ tenebræ erant ſuper faciẽ abyſſi, intelligamus accidentia ſequentia C formam: nã ꝙ res habeat locũ ſuperiorem, & impleat maiorem locum, hoc cõpetit ei ratione formæ, iuxta illud Philoſophi, generans quantũ dat rei de forma, tñ dat ei de loca: quia ſemper elementa magis formalia implent maiorẽ locum & ſuperiorẽ locũ, vt ex vno pugillo aquæ fiunt decẽ pugilli aeris, implebit igitur & occupabit decẽ pugillos, et ſub forma ignis centũ pugillos. Ergo per tenebras ſemper poſſumus intelligere differentiam localem ſequentem formam, ſed per hoc ꝙ erant ſuper abyſſum. i. ſuper rem denſam, poſſumus intelligere accidens, vel differentiam accidentalem ſequentẽ materiam: nam licet tota qualitas ſcd̃m quandã rõnem generalem dicatur accidens ſequens formam, ſecundũ tñ quandã rõnem ſpãlem põt dici accidens ſequẽs materiã; nã inter ipſas qualitates ſũt aliquæ magis formales et aliquæ minus formales, et illæ quæ ſunt minus D formales (prout ſpãliter cõparantur ad alias) poſſunt dici materiales: & ex hoc rarũ & denſum dictæ ſunt differẽtiæ materiales, & adhuc denſum magis ſe tenet ex parte materiæ, ꝙ̃ rarum. Bene itaq; dictum eſt, ꝙ ſicut per cælũ differre a terra, accipitur differentia ſecundũ materiam: per aquas differentes a terra, accipitur differentia ſecũdũ formam: ſic per tenebras etiã ſuper abyſſum, accipitur differentia per accidentia ſequentia formam & materiam, vt per eſſe ſupra et rarũ accipiatur accidẽs ſequens formã, et per eſſe abyſſum et denſum accipiatur accidẽs ſequens materiam. Ergo benè dictum eſt, ꝙ præter differentias aſſignatas in præced. cap. vbi per cælum differens a terra accipiebatur differentia extremorũ; per tenebras eſſe ſuper abyſſum, differentia mediorũ, per ſpũm ferri ſuper aquas, id eſt, per eſſe aquas labiles inter cælũ & terram, accipie-

4. cæli. tex. 9.

batur differẽtia mediorum ad extrema: præter igitar illas differentias superius assignatas, possunt hæ differentiæ, vt patet per hoc capitulum, aliter assignari. Rarsus possumus adhuc aliter has differentias tangere, vt dicamus, ꝙ per cœlum differre a terra, accipiatur differeatia ſcd̃m genus: ꝑ aquas differre a terra, differẽtia ſcd̃m ſpẽm: per tenebras esse super abyssum, differentia ſcd̃m accidentia sequentia genus & ſpẽm. Ad cuius euidentiam sciendũ, ꝙ materia in faciendo differentiam semper tenet extremũ: nam cũ differentia ſcd̃m ſpẽm sit media inter differentiã secundũ genus & secundũ numerũ, materia nunꝙ faciet differentiã mediam, quia nunꝙ faciet differentiam ſcd̃m speciẽ, quia tunc illa differentia non esset materialis, sed specifica: materia itaq; vel faciet differentiam ſcd̃m genus, vel faciet

10. Met. t. 24

differentiam ſcd̃m numerũ. ideo vult Philosophus in Metaphysica sua, ꝙ genus se tenet ex parte materiæ, & ꝙ vnitas generis est quasi vnitas materiæ. ſcd̃m quẽ modum loquendi, differre secundũ materiam, est differre ſcd̃m genus, & tamen cõiter dicimus, ꝙ differre ſcd̃m numerũ, est

12. Met. t. 49 è quo loco intelligitur materiã multitudinis in eadẽ ſpẽ cãm esse, cum res ex tota materia aun constat.

B

differre per materiam. Vnde & idẽ philosophus ait, ꝙ si aliquid sit vnũ specie & plura numero, multum habet materiam. Innuens ꝙ differentia ſcd̃m numerũ, est differentia accidentalis materialis. Dicamus ergo, ꝙ si ex ipsa materia sit differentia, vel hoc erit quia sub alia rõne suscipit formam, & hoc modo differt materia cœli a materia terræ: & hæc differentia materialis, quæ est per aliam rõnẽ suscipiendi formam, semper facit differentiam secundũ genus. Ideo dicitur in. 10. Met. ꝙ corruptibile, & incorruptibile differunt genere: quia materia rei incorruptibilis sub

Tex. vlt.

alia rõne suscipit formam, quia suscipit eam sub rõne complente totum appetitum, ꝙ̃ materia rei corruptibilis, vbi nõ cõpletur totus appetitus materiæ. ergo si sit differentia materialis pp aliam rõnem recipiendi formã, facit differentiam secundũ genus, sed si sit hmõi differentia non pp aliã rõnem, sed pp materiæ extẽsionem, vt quia materia est extensa, & in diuersis partibus materiæ etiã secundũ eandẽ ſpẽm possunt suscipi diuersæ formæ, talis differentia materiæ facit differentiam secundũ numerũ. Ergo per cœlum differre a terra, vbi est differentia per materiam secundũ aliam rõnem suscipiendi formã, est differentia secundũ genus. Sed per aquas differre a terra, vbi non est differentia secundũ materiã sed ſcd̃m ipsam formam, est differentia secundũ ſpẽm. Sed per tenebras esse super abyssum. i. super

Forma gñis et speciei eadẽ.

rem densam, possumus intelligere differentiã per accidentia, quæ sequuntur formam substantialẽ, videlicet, formã generis & speciei, nõ ꝙ in vno & eodem sit alia forma generis, et alia speciei, quia tunc genus non prædicaretur essentialiter de specie. sed est vna & eadẽ forma secundũ aliam & aliam rõnem sumpta. Possumus aũt adhuc et aliter has differẽtias adaptare, vt dicamus, ꝙ cœlũ differt a terra secundum totam essentiam. aqua autẽ differt a terra secundum partem essentiæ: sed differre per esse super, et per esse densum, sicut & tenebræ dicuntur esse super, & abyssus dicitur esse densa, est differre per accidentia, quæ nec sunt essentia, nec pars essentiæ. Cœlum. n. differt a terra secundum totam essentiam: ideo cœlum est dictum quinta Essentia, vt sint quatuor essentiæ quatuor elementorũ, & cœlum non sit de essentia alicuius elemẽti, sed faciat quintã Essentiam per se, quia ſcd̃m totam essentiã differt a quolibet elemento. Dicemus. n. ꝙ materia pertinet ad essentiã rei, vt cõ


A

paratur ad formam: & quia sub alia ratione materia cœli suscipit formam, ꝙ̃ materia terræ, oportet ꝙ cœlum differat a terra secundũ materiam, prout materia pertinet ad essentiam rei, & prout materia cõparatur ad formam: et si differt hoc modo cœlũ a terra per materiam, prout materia comparatur ad formã, multo magis differt ſcd̃m ipsam formã. ergo differt secundũ totam essentiam, videlicet, ſcd̃m materiã, & etiã formam. Sed aquæ non differunt a terra secundũ materiam, cũ vna sit materia oĩum habentium adinuicem transmutationem; sed differunt ſcd̃m formã. Ergo secundũ hunc modum loquendi, accipere differentiam per cœlum differre a terra, est accipere differentiam secundũ totam essentiam: sed accipere differentiam per esse super, & esse densum, sicut dicimus ꝙ tenebræ erant super abyssum quæ est quid densum, est accipere differentiã per accidentia, quæ (vt patet) nec sunt essentia, nec pars essentiæ.

B

Cap. XIIII.

Quòd accipiendo firmamentum pro cœlo sydereo, secundum cõmunem sanctorum sententiam, sicut ante omnem diem factum est opus creationis, & aliqualis etiam multiplicis distinctionis: sic in primis tribus diebus factũ est opus perfectæ distinctionis.



ST quidem per habita manifestum, ꝙ ante omnem diem simul cũ opere creationis, secundum cõmunem sanctorum sententiam factum est opus multiplicis distinctionis: quia cœli a terra, aquarum a terra, tenebrarum ab abysso. Sed ista multiplex distinctio erat aliqualis, nõ erat perfecta. quia res in sui primordio, vt sancti cõmuniter sentiũt, fuerunt distinctæ aliqualiter, non perfectè. Ideo in hoc capitulo volumus ostendere, ꝙ in primis tribus diebus res fuerunt perfectè distinctæ, & in alijs tribus diebus sequentibus fuerunt ornatæ. ita ꝙ res ante oẽm diem fuerunt creatæ & aliqualiter distinctæ, per tres primos dies fuerunt perfectè distinctæ, per alios tres dies sequentes ornatæ. In

Entia primo creata, secũda distincta, tertio ornata.

D

septimo autẽ die, quia erant res iam creatæ, ac perfectè distinctæ & ornatæ, dicitur requieuisse ab omni opere, quod patrarat. Verum quia tres primi dies, qui appositi fuerunt in rerum perfecta distinctione, aliter sunt accipiendi prout pro firmamento accipitur cœlum sydereum, & aliter pñt pro firmamento accipitur medium interstitium aeris: ideo in hoc capitulo loquemur de his tribus diebus, accipiendo ꝑ firmamento cœlum sydereum. Ad cuius euidentiam sciendũ, ꝙ Vniuersum distinguitur in duas partes principales: in substantias. s. spirituales, & corporales. Rursus substantiæ

Vniuersi distinctio.

corporales diuiduntur in corpora supercœlestia quæ sunt incorruptibilia, & hæc elementa quæ sunt corruptibilia. Tres ergo sunt partes Vniuersi, videlicet, substantiæ spirituales, substantiæ corporales cœlestes, & substantiæ elementales:

mentales: mixta autem cum sint cõposita ex elementis, sub A
eodem gradu poni põt sub quo ponuntur elementa. Hæ aũt
tres partes vniuersi sic sunt cõnexæ: quia intelligentiæ si-
ue angeli sunt substantiæ spũales & incorporales, hæc aũt
elementa sunt corporalia et corruptibilia, ita ꝙ sunt quasi
omnino semota & separata ab intelligẽtijs: quia nec in cor
poreitate, cũ illæ sint incorporeæ; nec in perpetuitate, cum
Arist. 9. de natura aĩalium. elementa sint corruptibilia, conueniunt. Ideo oportuit dare
corpora cœlestia media, quæ sunt corporea & perpetua:
quæ quantum ad corporeitatem conueniunt cum elementis,
quantum ad perpetuitatem cũ intelligentijs, ita ꝙ non trans-
situr de extremo in extremũ sine medio: nã a rebus spũali-
bus & perpetuis cuiusmodi sunt intelligentiæ, ad res corpo
rales & corruptibiles cuiusmodi sunt hæc elemẽta transi-
tur per res medias, videlicet, per corpora supcœlestia, quæ
sunt res corporales & perpetuæ, cõnectentes extrema, & B
cõuenientes cũ extremis. Vtrum aũt corporeitas accipiatur
æquiuocè hic & ibi, q̃a nihil videtur esse vniuoce sumptũ
in corporibus supercœlestibus, & in istis inferioribus, non
est pñtis speculationis. Sufficit.n. quantũ ad pñs spectat, ꝙ
illa supercœlestia sunt verè corporea, & vere extẽsa, sicut
& hæc elemẽta, ad hoc ꝙ dicantur cõuenire cum eis. His
itaq; prælibatis dicamus, ꝙ cum ab ipso primordio tres fue
I. rint partes Vniuersi principales, videlicet, ipsa spũalia, cor
pora supercœlestia, et elemẽta, dicere possumus: ꝙ tres dies
fuerunt appositi in distinctione rerũ: quia primo die fuerũt
distincta ẽt spiritualia, qñ dixit Deus, Fiat lux. Et facta
est lux. Et qñ distinxit lucem a tenebris.i. substantias spiri
tuales bonas siue angelos bonos, qui significantur per lucẽ,
ab angelis malis qui significantur per tenebras. & factum
II. est vespere & mane dies vnus. Scd'a die fuerunt distincta C
corpora supercœlestia, qñ dixit Deus, fiat firmamentũ.i.
fiat cœlum sydereum (scd'm vnum modũ exponendi, quẽ
nunc prosequimur) in medio aquarũ.i. in medio cœlorum:
& diuidat aquas ab aquis.i. diuidat cœlum crystallinũ, qđ
est supra cœlum sydereum, ab alijs cœlis, qui sunt sub cœlo
sydereo, cuiusmodi sunt cœli septẽ planetarũ. Ideo sequitur
in litera, Et fecit deus firmamentũ.i. cœlum sydereũ (quod
Philosophus vocat vltimum mobile) & diuisit aquas quæ
erant super firmamentũ.i. cœlum crystallinum, ab his.i. ab
aquis, quæ erant sub firmamento.i. a cœlis septẽ planetarũ.
Par. 1. c. 2. Vnde Hugo in lib. 1. de Sacramentis, per aquas sub firma
mento intelligit cœlum, & per aquas supra firmamentum
intelligit ẽt cœlum. Nam secũdum eum a principio nõ erat
nisi cœlum. Sed qñ dixit Deus, Fiat firmamentũ in medio
aquarum: tunc factum est cœlũ inter cœlum & cœlũ, quia
factum est cœlum sydereum inter cœlum crystallinum, & D
cœlum septem planetarũ, quod cœlum diuiditur in septem
orbes, iuxta septẽ planetas. et tũc factũ est cœlũ inter aquas
& aquas, quia cœlũ crystallinũ põt vocari aqua ꝑꝑ suam
diaphaneitatẽ, mobilitatẽ, et labilitatẽ: et ẽt cœli septẽ plane
tarũ pñt vocari aqua ꝑꝑ suam diaphaneitatẽ quia diaphani
sunt, & ẽt ꝑꝑ suã mobilitatem et labilitatẽ, quia sunt in cõ
tinuo motu. Quare si cœlũ crystallinum põt dici aqua, et cœ
li septẽ planetarũ pñt dici aquæ, et cum firmamentũ.i. cœ-
lum sydereũ sit mediũ inter cœlũ crystallinũ, et cœlos pla-
netarum, cõsequens est, ꝙ sit mediũ inter aquas et aquas, et
ꝙ diuidat aquas ab aquis: et factũ est vespere & mane dies
II. secũdus. Tertio quidẽ die facta est distinctio elementorũ,
quando dixit Deus, Congregentur aquæ quæ sub cœlo

A sunt, in locũ vnum, & appareat arida. Et factũ est ita. Ad
cuius euidentiam, sciendũ, ꝙ Hugo in. 1. parte de Sacramẽ Cap. 7.
tis, videtur sentire, ꝙ tria elementa erant cõmixta, videli-
cet, aqua, aer, et ignis: quia aqua non erat sic grossa vt nũc
est, sed quasi rara, vaporalis, & nebulosa, inficiebat aerẽ,
& ignẽ; vt omnia illa tria elementa essent cõmixta, & vo
carentur abyssus. Hoc est ergo qđ dicit Hugo lib. 1. ꝙ erat
itaq; terræ elementũ in medio (& subdit) ꝙ circũquaq; in
modum cuiusdam nebulæ inuolutũ erat elementũ terræ, vt
apparere non posset (& subdit) ꝙ illa tria elementa, videli-
cet, aqua, aer, & ignis, in vna adhuc confusione permixta,
siue potius in vna permixtione confusa, vsq; ad cœli limitẽ
in illa nebula & caligine replebantur. Totum ergo spatiũ,
quod est inter cœlum & terram, vbi nunc sunt tria elemen
ta, erat quædam caligo nebulosa, quæ abyssus dici poterat.
B Ideo cogebatur ponere Hugo, ꝙ per tenebras super faciẽ
abyssi, intelligeretur cœlum. nam cum oĩa illa tria elemẽta
essent sic nebulosa, & sic permixta, non erant susceptiua
lucis. Nullum ergo dictorũ elemẽtorũ poterat dici tenebra,
cum lux & tenebra sint apta nata fieri circa idem. et nul-
lum dictorũ elementorum sic nebulosum existens, fuit susce-
ptiuum lucis. Sed melius est, vt per tenebras super faciem
abyssi, intelligamus elementũ ignis: & per cœlũ, quicquid
est a globo lunari supra. Si ergo in principio Geneseos fit
mentio de cœlo, et terra, de abysso, et tenebris. sicut ꝑ abys-
sum & tenebras nõ intelligitur terra, quia iam facta erat
mentio de terra: ita per abyssum & tenebras non intellige
tur cœlum, quia iam facta erat mentio de cœlo. Si.n. per cœ
lum vellemus intelligere cœlũ empyrium, tunc per tenebras
possumus intelligere alios cœlos. Sed si per cœlũ volumus
intelligere omne corpus perpetuũ, & totũ illud quod perti-
C net ad quintã essentiam, quẽ modũ nos prosequimur, et etiã
Hugo prosequitur, tunc per tenebras non intelligetur cœlũ,
sed intelligetur elementũ ignis, quantũ ad illam partem, in
qua nõ erat ꝑmixtus nebula. Dicemus.n. ꝙ imaginatio Hu
gonis nõ est intelligenda nec põt intelligi quantũ ad totum
elementũ ignis: quia ignis de se non patitur peregrinam im
pressionẽ, vel saltem nõ patitur contrariam impressionem,
quia posset infrigidari, nec posset permisceri aquæ; q̃a ex-
tingueretur ignis. Et si dicatur ꝙ aquæ illæ erant raræ: di
cemus ꝙ rarius est elementũ ignis, & ꝙ oĩno cõtraria ad-
misceantur sine corruptione alterius, nõ videtur ꝓbabile.
Admisceri itaq; aquã cũ aere, nõ est incõueniens, cum am
bo humiditatẽ participent: et admisceri aerem cũ igne, nõ
videtur incõueniẽs, q̃a vterq; est calidus et ambo in calidita
te cõmunicant: sed admisceri aquam cũ igne, videtur om-
D nino inconueniens, cum in nulla qualitate concordent: tan-
ta autem esset ibi actio & passio, ꝙ alterum corrumpere-
tur, vel corrũperentur ambo, & resultaret tertium, quod in
illo primordio non ponimus. Dicimus quidẽ in illo primor-
dio, ꝙ distincta erant elementa secundum suam substantiã:
quia elementum terræ habebat suam substantiam distin-
ctam ab alijs, licet videri non posset: & aqua habebat suã
substantiam distinctam ab aere, licet esse permixta aeri,
sicut & nunc permiscetur, cum eleuantur vapores & ne-
bulæ, per quam eleuationem non tollitur substantia aeris,
licet sit permixta vaporibus nebulosis: ignis etiam ha-
bebat suam substantiam distinctam ab alijs elementis,
& permisceri non poterat aquis sine corruptione alte-
rius elementi, vel vtriusq;: nam si aqua grossa & densa nõ

D

A compatitur secũ ignem densum & grossum, cuiusmodi est ignis carbo vel ignis flãma, nec aqua ꝗtuncũq; vaporosa non cõpatitur secum ignẽ rarũ cuiusmodi est ignis elementum vel ignis in sphæra sua. Reuertamur erga ad propositũ, & dicamus, ꝙ in illo primordio totus aer erat permixtus nebulis, vt vñr sonare dicta sanctoꝝ. Possumus ẽt dicere, ꝙ cum ẽt nunc aer, quantũ ad aliquã partẽ sit ꝑmixtus igni, quia vbi coniungũtur aer & ignis, nec est aer ibi purus, nec ignis purus: sic dicere possumus, vt saluẽtur ea quæ sonare vñr dicta sanctorũ, ꝙ quantum ad illam partẽ quæ erat mixta aeri, ignis erat permixtus nebulis, nõ rõne sui, sed rõne elementi aeris quod humiditatẽ aquæ participabat, & qđ habebat hmõi conuenientiã cũ aqua. Inficiebant ergo aquæ totum elementum aeris; et inficiebant illam partem ignis, quæ erat permixta aeri, vbi non erat ignis purus, nec aer purus, sed erat aer multũ calefactus: et qa rõne alicuius humiditatis aqueæ non erat omnino siccus, compatiebatur secũ admixtionẽ aquæ. B Cum ergo dixit Deus, Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt in locum vnum, et appareat arida: tunc illæ aquæ nebulosæ, & raræ, congregatæ & factæ densæ, occupauerunt paruũ locum, & receptæ fuerunt in concauitatibus terræ, vbi nunc est mare, vel vbi sunt flumina, quæ oĩa intrant mare. Aqua erga sic congregata tria bona fecit, quia purificauit totum aerẽ, et purificauit illam partem ignis, quæ erat infecta aere, & discooperuit terram nõ totam sed quantũ ad aliquam partẽ, quæ sufficeret habitationi hoĩm & animalium: quo facto fuerunt omnia elementa distincta, quia terra apparuit visibilis & distincta ab alijs: aer ẽt fuit distinctus & separatus ab aquis, vt non esset sic infectus vt prius erat. Illa ergo pars ignis quæ erat immixta aeri, & adhuc est immixta C ꝑpter coniunctionem quam habet cum aere, non fuit vlterius admixta nebulis: & sic factum est vespere & mane dies tertius, vt in primis tribus diebus omnia essent perfecte distincta, sicut & modo sunt.

Aquarũ congregatio ĩ principio tria attulit bona.

Epilogus.

Accipiendo ergo pro firmamenta cœlum sydereum, dicemus, ꝙ prima die facta fuit distinctio Angeloꝝ, cum diuisa fuit lux a tenebris. i. Angeli boni à malis, & factum fuit vespere & mane dies vnus, idest, dies primus. Secunda die fuit facta distinctio cœlorum, qñ fuit factum firmamentum inter aquas & aquas. i. factum fuit cœlum sydereum inter cœlum crystallinum & cœlos planetarum: & factum fuit vespere et mane dies secundus. Tertia autem die facta fuit distinctio elementorũ, quando congregatæ sunt aquæ in locum vnum, & apparuit arida, & ẽt apparuerunt omnia elementa distincta, vt est per habita manifestum: ẽt factum fuit vespere & mane dies tertius. D Sed de his oĩbus in sequenti Capitula ꝑtractabimus, vbi siqua sunt hic obmissa, ibi plenius reseruentur. Ex his autẽ apparere põt, ꝙ cum in principio Geneseos fiat mẽtio de cœlo, terra, tenebris, & abysso: sicut distinctè ista quatuor nominantur, ita oportet ꝙ distinctè ista quatuor accipiantur, ita ꝙ terra poterit accipi pro toto elemento terræ: et si cœlũ accipiatur pro toto eo qđ est de q̃nta essentia, accipietur tunc pro abysso totum elemẽtum aeris immixtũ aquis, et ẽt illa modica pars ignis ĩmixta aeri, quæ poterat esse nebulosa: pro tenebris verò accipietur totum reliquum elementi ignis, quod non erat sic nebulosum, & qđ poterat esse susceptiuum lucis, qđ propter absentiã lucis (nondũ. n. lux creata erat) poterat tenebræ nuncupari, vt in præcedẽti capitulo dicebatur.

A

Cap. XV.

Quòd si pro firmamento accipiatur medium interstitium aeris, saluare poterimus ꝙ etiam primis tribus diebus perfecta rerum distinctio facta fuerit.



B VONIAM in prima creatione rerũ tres fuerunt partes Vniuersi prĩcipales, videlicet, entia spiritualia siue angeli, corpora supercœlestia, & elementa: secũdũque tria in tribus diebus perfecta rerum distinctio dicitur esse facta, vt in præcedenti capitulo tangebatur. Ideo est diligenter aduertendum, ꝙ illa tria vel distinctio illorum trium potest aliter & aliter accipi, sicut firmamentum aliter & aliter sumi potest: quia si pro firmamenta accipiatur cœlum sydereum, tunc primam diẽ vendicat sibi distinctio angelorũ: secũdã, cœloꝝ: tertiã, elementoꝝ, vt est per habita manifestum. Sed si pro firmamẽto accipiatur mediũ interstitium aeris, tunc oĩa ꝑpetua, videlicet, iam angeli, q̃ꝫ cœli, fuerũt distincta prima die: quo posito, vno & eodẽ die nõ fuerunt distincta oĩa elementa. Scđm quẽ modum exponendi dicemus, ꝙ primo die fuerunt distincti angeli, & cœli: scđa die fuerunt distincta elementa superiora, sed die tertio fuerunt C distincta elementa inferiora. Et si volumus distinctionẽ referre ad ornatum, ista expositio satis cõcordat literæ Geneseos. Nã ille senarius dieꝝ, in quo res sunt distinctæ, sic est accipiendus; quia ille senarius dieꝝ habuit duos ternarios: in primo ternario siue in primis tribus diebus res fuerũt distinctæ, sed in alio ternario siue in alijs tribus diebus fuerũt ornatæ. Primus itaq; ternarius respicit reꝝ distinctionẽ: scđs, rerũ ornatum et decorẽ. Sed in primo die secundi ternarij fuerunt ornati cœli: in alijs aũt duobus diebus sequentibus fuerunt ornata elementa. Pari itaq; modo per quandã congruentiã dicere possumus, ꝙ sicut in primo die secundi ternarij fuerunt cœli ornati, & alijs duobus diebus fuerũt ornata elementa: sic in primo die primi ternarij fuerunt distincti cœli, & in alijs duobus diebus fuerunt distincta elementa. Hoc erga ordine procedemus in hoc capitulo, D quia primo ostendemus quõ fuit facta distinctio angeloꝝ: secundo, quomodo cœlorum: tertio, quomodo elementorum: quarto, quomodo firmamentum potest sumi pro cœlo sydereo, & pro medio interstitio aeris: quinto et vltimo declarabimus, quomodo aliter & aliter accipiendo firmamentum, aliter & aliter ad tres primas dies est rerum distinctio adaptanda. Propter primum, sciendum, ꝙ Moyses, vt sancti tradunt, rudi populo loquebatur, vnde & August. 1. super Genesim vult, ꝙ sic loquatur Moyses, quia loquebatur hominibus tardioribus, erant enim illi homines, quibus loquebatur Moyses, tardi & grossi ingenij. Cap. 7. Et inde dicere possumus, ꝙ in principia Geneseos vbi agitur de productione & distinctione rerum, nulla fit mentio de creatura spirituali quomodo sic condita, & quomodo sit distincta: quia hoc ille populus rudis nõ potuisset capere, quia non potuisset transcendere

scendere imaginationem, sub qua spiritualis creatura non
cadit: ideo sub nomine rerum corporalium, vt sub condi-
tione cœli intelligitur condita spiritualis creatura: sic sub
distinctione rerum corporalium, vt sub distinctione lucis,
& tenebrarũ, intelligitur fuisse distinctam spiritualẽ crea
turam. Vnde cum dicitur, ꝙ in principio creauit Deus cœ-
lum & terram, ibi ponit Strabus, ꝙ illud cœlum in princi-
pio creatum, non est cœlum visibile firmamentum, sed intel
lectuale, vel empyrium, quod non ab ardore, sed a splen-
dore igneum dicitur, qđ statim repletum est angelis, iuxta
Cap. 38. illud Iob, Vbi eras cum me laudarent astra matutina. Istud
enim cœlum habet pro ornamento hæc astra visibilia: sed
illud cœlum empyrium habet pro ornamento astra matuti
na, quæ vsitato nomine angelos appellamus. Vere enim fa-
ctum fuit cœlum aliquod, cùm in principio creauit Deus
cœlum, & terram, quia factum fuit cœlum empyrium:
sed sub productione illius cœli intelligitur productio ange
lorum, quia illud cœlum statim cum fuit factum, vt patet
per Strabum, mox angelis est repletum. Et sicut dicimus de
productione cœli empyrij, per quod intelligitur productio
angelorum: sic dicemus de distinctione lucis & tenebræ,
per quam intelligitur distinctio angelorum. Non ergo, cum
prima die Deus dixit, Fiat lux, & facta est lux, facta fuit
quædam lux corporalis distincta a tenebris corporalibus;
sed debemus intelligere, ꝙ in illa distinctione lucis à tene-
bris corporalibus datur intelligi distinctio bonorum ange-
Cap. 3. lorum à malis. Vnde Augustinus primo de Genesi ad lite-
ram, loquens de creatura spirituali, dicit, ꝙ primo cœlũ ap
pellata est, cum dictum est, In principio fecit Deus cœlum
& terram (& subdit) ꝙ cum dixit Deus, Fiat lux, & fa-
cta est lux, facta est conuersio creaturæ spiritualis, & illu
minata intelligitur. Ergo sicut sub cõditione cœli intelligi-
tur conditio Angelorum, sic sub distinctione lucis intelli-
gitur distinctio Angelorum: non ꝙ ista sint verè corpora-
lia, sed per hæc corporalia intelliguntur illa spiritualia, et
quantum ad conditionem per cœlum, et quantum ad distin
ctionem per lucem. Aduertendum ergo, ꝙ sicut primo fuit
conditum cœlum, & postea fuit facta lux, & distincta à
tenebris: sic primo fuerunt producti Angeli, postea fuerunt
distincti, quia auersi a creatore facti fuerunt tenebræ: con
uersi autem, facti fuerunt lux. Ideo post conditionem rerũ,
primum, quod legitur esse factum, est distinctio lucis a te-
nebris, quia modica fuit morula inter creationem angelo-
Ioan. 8. rum, & eorũ lapsum. Dicitur enim de Diabolo, ꝙ in veri-
tate non stetit, non dicitur, ꝙ in veritate non fuit: nam in ve
ritate quidem fuit, sed in ea non stetit, nec mansit, ideo di-
Ca. 33. et. 34 cit August. 11. super Gen. de Diabolo, ꝙ factus continuò a
luce veritatis se auertit superbia tumidus, & propriæ pote
statis delectatione corruptus: & sicut mali angeli caden-
tes facti sunt tenebræ, sic boni persistentes facti sunt lux,
& diuisa est lux à tenebris, quia diuisi sunt boni à malis.
Primo ergo fuit facta distinctio angelorum: secundo fuit fa
cta distinctio cœlorum. Nam in instanti nec est motus nec
pars motus. ideo nihil de motu adhuc erat in illo instanti, in
quo fuit creatum cœlum & terra, & in quo fuit producta
spiritualis & corporalis creatura. Nam omnia, tam ange-
li, ꝗ̃ cœli, & elementa, fuerunt simul producta. sed non fue
runt simul perfectè distincta; nondum enim erant distincti
angeli, quia nondum erant separati boni à malis. Nondum
enim erant perfectè distincti cœli; quia cum in illo instanti

A nondũ esset aliquid de motu, nõ erat perfectè distinctũ cœ-
lum empyrium, quod dicitur esse stabile, ab alijs cœlis qui
oẽs sunt mobiles. Sed & si hmõi cœli mouebantur a princi
pio, non apparebat motus eorum, cum motus cœli non possit
percipi, nisi per corpus luminosum: sed inceperũt talia ap Motus cœli nõ
parere cum luce: & hoc modo apparuit distinctio cœlorũ, põt sentiri nisi
quia distincti apparuerunt cœli mobiles a cœlo non mobile. rõne corporis
Vel ex hoc distincti fuerunt ipsi cœli mobiles inter se, quia luminosi.
forte extunc incœpit resultare in cœlis alius & alius mo-
tus; vt & ipsa lux primo facta, motu primi mobilis pergẽs
versus occidens, & rediens in oriens, etiam faceret ve-
speram & mane, quæ motu alio ibat ab occidente in oriẽs,
sicut & nunc vadunt oẽs planetæ. Primo ergo fuit facta
lux, & distincta à tenebris, per quod intelligitur distinctio
angelorũ. & postea incepit illa lux moueri, & facere ve-
B spēram & mane: et exinde fuit facta distinctio cœlorum.
Habito quomodo fuit facta distinctio angelorum quod pro-
ponebatur primo, & ostenso quomodo fuit facta distin-
ctio cœlorum quod proponebatur secundo: volumus de-
clarare quõ fuit facta distinctio elementorum, quod propo-
nebatur tertio. Aduertendum ergo, ꝙ, vt patet ex habitis,
aquæ vaporabiles reddebãt terram indistinctam, quia red
debant eam inuisibilem, vt tunc dicatur res esse, cum innote
scit: aquæ igitur vaporabiles sic permixtæ aeri, et sic in-
uoluentes totam terram, reddebant eam inuisibilem, vt non
appareret distincta ab alijs: ipsæ etiam aquæ sic vaporabi-
les & nebulosæ, quales scđm sanctorum sententiam fue-
runt in principio, erant indistinctæ, quia erant permixtæ
aeri: & ipse aer erat indistinctus, quia erat permixtus aquis
ignis etiam quantum ad aliquam sui partem (vt quantum
C ad partẽ illam, vbi nõ est ignis purus, sed est quasi aer mul
tum calefactus) erat ẽt permixtus aquis. Ideo dicit Strabus,
ꝙ oĩa elemẽta erant cõfusa, quia totũ hoc aeris spatiũ erat
plenum aquis; vt accipiamus totũ aeris spatium, ẽt illã par
tem ignis, quæ est infecta aere: & forte plus inficiebatur
tunc de igne ab aere sic nebuloso quia erat potẽtior ad infi
ciendũ, ꝗ̃ modò inficiatur ab aere puro nõ ĩmixto nebulis.
Sed qr aqua sic ĩmixta aeri separata fuit diuino imperio
ab illa mixtione, purificauit illam partẽ ignis, quæ erat im
mixta aeri. et purificauit aerẽ, et discooperuit terrã, & ita
facta fuit distinctio elementoꝝ. Vtrum aũt facta fuerit ta-
lis distinctio tota simul, vel nõ, in ꝓsequendo patebit. His vi
sis, volumus declarare quartũ. quõ. s. posset accipi firmamẽ
tum pro cœlo sydereo, & pro medio interstitio aeris: nam
August. super Gen. ad literã, vtrũq; modũ prosequitur. Qđ 2. lib. fere per
D aũt scđm vnũ modum exponendi, firmamentum accipiatur oia capitula.
pro cœlo sydereo, patet per Bedã, qui exponens firmamen
tũ, dicit, Hoc ẽt cœlũ sydereum, qđ diuidit inter aquas &
aquas. i. diuidit inter cœlũ crystallinum et alios cœlos sepẽ
planetaꝝ. Vel diuidit inter aquas et aquas, quia diuidit in-
ter cœlũ crystallinum qđ dicitur aqueum, et istas aquas in-
feriores. Est. n. cœlũ sydereum infra cœlum crystallinũ, &
supra cœlum planetarũ: et est infra cœlũ crystallinũ, & su
pra has aquas inferiores, vt vtroq; modo dicatur esse inter
aquas et aquas, et diuidere aquas ab aquis. Quòd etiã fir
mamentũ possit accipi ꝓ medio interstitio aeris, patet per
Aug. 2. sup Gen. quia per cœlum inter aquas et aquas. i. Ca. 1. 2. et. 3.
firmamentũ, exponit aerem, qui est inter vapores humidos
vnde superius nubila cõglobantur, et has aquas inferiores si-
ue hæc materialia subtus fusa. His oĩbus expeditis, volumus

A declarare quintum; videlicet, ꝙ accipiendo aliter et aliter firmamentum, illi tres primi dies ad distinctionẽ rerũ sunt aliter & aliter adaptandi. quia si accipiatur pro firmamẽto cœlum sydereum, tunc prima die facta fuit distinctio cœlorum. quãdo dixit Deus, Fiat firmamentũ in medio aquarum. tunc enim factum fuit cœlum sydereum, & incepit habere motum alium à cœlo crystallino, & a sphæris planetarum. Notandum, ꝙ aliquando dicimus eundẽ esse motum octauæ sphæræ, & sphærarum planetarum, quod verum est, quia dictæ sphæræ se tenent cum octaua sphæra: aliquando vero dicimus esse alium & alium motum, quod verum est quantum ad Eccentricos & Epicyclos, qui sunt in sphæris planetarũ: propter hunc ergo alium & alium motum, firmamentum dicitur diuidere inter cœlum crystallinũ, et has aquas inferiores. Accipiendo ergo firmamentum pro cœlo sydereo, & ꝙ diuidat aquas ab aquis, idest, cœlũ crystallinum a cœlis planetarum, magis apparet quomodo secunda die facta fuit distinctio cœlorum. Tertia autẽ die facta fuit distinctio elementorum, quando congregatæ fuerunt aquæ in locum vnum, & apparuit arida. Sic ergo adaptantur tres dies in distinctione rerum, si pro firmamẽto accipiatur cœlum sydereum. Sed si pro firmamento accipiatur medium interstitium aeris, quod diuidit inter nubes siue inter aquas ligatas in nubibus, & istas aquas inferiores, dicemus ꝙ prima die fuit facta distinctio angelorũ & cœlorum, sicut supra exponebatur: secunda die fuit facta distinctio illius partis ignis, quæ inficiebatur ab aere, et etiam totius aeris vsq; ad locum illum vbi nũc fiunt nubes: nam accipiendo pro firmamẽto illam partem aeris quæ est inter aquas nebulosas & alias aquas, erit sensus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, quasi diceret, aquæ vsq; nunc fuerunt ita raræ & nebulosæ, ꝙ totum infecerunt aerem, & infecerunt illam partẽ ignis quæ inficitur aere: sed de cætero non tantũ ascendat, sed fiat quoddam firmamẽtum & quædã pars aeris supra quam ascendant nubes, vt non possint vltra ascenderes & illud firmamentum diuidat inter aquas & aquas, idest, inter aquas in nubibus ligatas, & alias aquas; ita ꝙ secundũ hoc aquæ fuerunt inspissatæ, vt prima die inspissatio fuerit, quando dixit Deus, fiat firmamentum in medio aquarum, ex qua inspissatione purificatur illa pars ignis, quæ tunc inficiebatur aere, et purificatus fuit totus aer vsq; ad partem illam vbi nunc fiunt nubes. Et quia hoc factum fuit secunda die, ideo dicebamus ꝙ (accipiendo pro firmamento huiusmodi aerem medium) sicut prima die facta fuit distinctio elementorum superiorum, quia fuit purificatus ignis quantum ad partem illam quæ inficiebatur aquis, & fuit purificatus aer superior vsq; ad locum illum in quo nunc fiunt nubes: sic fuerunt secunda die (iuxta hunc modum exponendi) aquæ aliqualiter inspissatæ, quia se retraxerunt vsq; ad locum illum vbi nunc fiunt nubes, & tunc factum fuit firmamentum, & data fuit aquis hæc firma lex, vt naturaliter nõ vlterius possent plus ascendere. Tertia autem die, quando dixit Deus, Congregentur aquæ, etc. tunc fuerunt inspissatæ aquæ in tantum ꝙ purificauerunt istam partem aeris inferiorẽ, & discooperuerunt terrã, ita ꝙ ex tunc apparuit arida. i. terra, quæ tota prius erat cooperta aquis nebulosis, & raris.

Motus octauæ sphæræ interdũ idẽ cũ motu planetarũ, interdũ distinctus.

B

D. Bas. sic intelligatur.

C

D

Cap. XVI.

Quòd si pro firmamento accipiatur medium interstitium aeris, prima die facta fuit cœlorum distinctio perfecta: sed si accipiatur cœlum sydereum, facta fuit cœlorum distinctio imperfecta. In quo capitulo de omnibus cœlis, & eorũ motibus multa dicuntur.



DECLARABATVR superius, ꝙ in primis tribus diebus facta fuit perfecta distinctio rerum: declarabatur etiã, ꝙ in illis tribus diebus tria fuerunt distincta. s. Angeli, Cœli, & Elemẽta. Ergo si angelorum distinctio habuit primum diem quasi propriũ, et cœlorum distinctio secundũ, consequens est, ꝙ oĩa elementa fuerint distincta die tertio. Sed si cœli & angeli fuerunt perfectè distincti vno & eodem die, consequens est, ꝙ alij duo dies in elementorum distinctione fuerint appositi: vt dicatur, ꝙ secũda die fuerunt distincta elementa quantũ ad partem superiorẽ, et die tertia quantũ ad partẽ inferiorẽ, vt supra diffusius tractabatur. quæ diuersitas ex hoc accidit, ꝙ firmamentũ põt aliter & aliter sumi. Si enim accipiatur firmamentum pro parte aeris, quæ diuidit inter aquas ligatas in nubibus & alias aquas, cum firmamentum fuerit factum secunda die, consequens est, ꝙ illa secunda die facta fuerit aliqualis distinctio elementorum, & prima die facta fuerit distinctio angelorũ & cœlorum, quia cum sint superiora & digniora ꝙ̃ elemẽta, rõnabiliter cõprobatur: ordo enim rõnis expostulat, ꝙ superiora & digniora, vel fiant simul cũ inferioribus, vel si successiue fiunt, ꝙ præcedant infima; et eo modo quo est ibi prioritas, semper superiora & digniora dicuntur esse priora: & quia post factionẽ firmamenti nulla fit mentio de distinctione cœlorũ, sed solum de ornatu qñ facta fuerunt luminaria magna & stellæ, ideo si ꝑ firmamento accipiatur Aer, ratio nos dicere cogit, ꝙ in prima die facta fuit cœlorũ distinctio perfecta. Sed si pro firmamento accipiatur cœlum sydereum, dici põt, ꝙ prima die facta fuit cœlorum distinctio imperfecta, et scda die facta fuit perfecta, & tertia die fuerunt omnia elementa distincta. Ad cuius euidentiam sciendũ, ꝙ licet per distinctionẽ lucis à tenebris intelligatur distinctio bonorũ angelorum à malis: quia cum fuisset modica morula inter creationẽ malorum angelorũ & eorum lapsum, satis est rationabiliter dictum, ꝙ in ipsa creatione lucis corporalis per cuius creationẽ facta fuit distinctio lucis a tenebris, intelligatur tunc fuisse facta distinctio bonorũ angelorũ a malis tanq̃ lucis a tenebris: sed quãuis in ipsa prima die facta fuerit distinctio angelorũ figurata & significata per creationẽ lucis; vere tñ creata fuit quædam lux corporalis, quæ mota fecit vespere & mane. Et exinde colligitur, ꝙ creata fuerit lux illa in meridie, & in medio cœli, siue in nostro arcu meridiano: & quia cum Sol declinat a meridie & vadit versus occidens, iam incipit inclinari dies & ire versus vesperam, ideo consequens est, ꝙ lux illa sic fecit vesperam, ꝙ nõ fecit mane, & per cõsequens ꝙ prima dies non habuit mane.

Lux prĩa, creata fuit in medio cœli, fortassis in primo Arietis pũcto.

ne. Si.n. lux illa fuisset creata in oriente, consequens esset, ꝙ in prima die fecisset mane & vesperam. fecisset quidem
Cur dictũ sit prius vespere ꝙ̃ mane.
mane veniendo ab oriente versus meridiem, fecisset autẽ vesperã, eũdo à meridie versus occidens: sed quia creata fuit in medio cœli, fecit primo vesperam eundo a meridie versus occidens, postea fecit mane eundo ad oriẽs, & redeundo ad meridiem vbi creata fuit: ita quòd vespera primæ diei, & mane sequentis diei, fecerunt diẽ vnum, ideo dicitur in Genesi ꝙ factũ est vespere & mane dies vnus. Sed
1. de Gen. ad lit. cap. 10.
quærit August. cum semp lux illuminet vnã partem et obtenebret aliã, semper facit diem & noctem, semp ergo est meridies, semper est mane, semper est vespera: quia cũ lux est in alia parte cœli, est meridies in illa parte terræ, quã respicit diametraliter: & est mane in illa parte terræ, quã incipit illuminare, & ad quam incipit accedere: et est principiũ noctis in illa parte terræ, quam desinit illuminare, et
Mũdus iste habuit primũ vespere, deinde mane: qđ etiã cũ diuinis officijs appositũ sunt conuenit.
quã incipit deserere: sed de hoc in sequentibus tractabitur. Sufficit aũt ad præsens scire, ꝙ in nostro meridiano, siue in meridiano terræ habitabilis, vel forte in meridiano vbi creatus fuit primus hõ, vel forte in meridiano mediæ terræ habitabilis, creata fuit illa lux: & iõ prius fecit vesperã, ꝙ̃ mane. His itaq; prælibatis, dicamus, ꝙ quantũcunq; accipiatur firmamentũ pro cœlo sydereo, cogimur dicere, ꝙ ante oẽm diem facta fuit aliqualis cœlorũ distinctio, qñ in principio creauit Deus cœlũ & terrã: & postea prima die facta fuit maior cœlorũ distinctio, qñ dixit Deus, fiat lux, et facta est lux, & factũ est vespere & mane dies vnus. Sed postea secunda die qñ dixit Deus, fiat firmamentũ, etc. accipiendo pro firmamento cœlũ sydereum, facta fuit pfecta distinctio oium cœlorum: sed non omnium eoꝝ, quæ sunt in cœlis: quia postea quarta die, quando fuerunt ornati cœli, et qñ facta fuerunt duo luminaria magna & stellæ, supra perfectã distinctionẽ cœloꝝ, facta fuit distinctio omniũ eorũ, quæ sunt in cœlis. quæ oia sic declarãtur: q̃a cœli multis modis inter se differũt: primo quidẽ scđm substãtiã, alio modo differunt penes stabile & mobile, tertio penes alium & alium motũ, quia alio motu mouetur vnũ cœlũ, & alio motu aliud. Et si volumus enarrare motus cœlorũ, & eoꝝ
Motus cœli quadruplex.
quæ sunt in cœlo, dicemus esse quatuor motus. Vnus est ab oriente in occidens, & econuersu ab occidente in oriens: q motus est vltimi mobilis, siue est ipsius cœli crystallini, & est infra diem & noctẽ solum: nam vltimũ mobile in die mouetur ab oriente in occidens, & in nocte ab occidente redit in oriens, et est iste motus super polos mundi. Nulla aũt stella creditur esse recte in polo, licet stella nautica, quæ vulgariter dicitur trãsmontana, multũ appropinquet polo mũdi superiori. Alius aũt polus est in opposita parte cœli, oppositus illi polo. Scđm hunc modum voluuntur oẽs cœli, & oẽs stellæ, & oẽs planetæ infra diem & noctem ab oriente in occidens, & iterũ redeunt ad oriens. Sed iste motus non est eis proprius, sed sic circũuoluuntur raptu vltimi mobilis, siue raptu primi mobilis: nam cœlum crystallinum, si cõputamus cœlos mobiles ascendendo, est mobile vltimum; sed si eos cõputamus descendendo, est mobile primũ. Cœlũ q̃dẽ crystallinum non est cœlum primũ descendendo, nec est cœlum vltimum ascendendo; sed huiõi cœlum est empyriũ qđ tenet primatũ inter oẽs cœlos. Ideo dicitur cœlum vltimũ, cœlum decimũ, & cœlum primũ; quia si sic incipimus cõputare à cœlis planetarũ, sic ascendendo, empyrium erit cœlum vltimũ, et erit cœlum decimũ, quia erunt septẽ cœli se-

A ptem planetarũ, & erit octauũ cœlum sydereũ, & erit nonũ cœlum crystallinũ, & erit decimum cœlũ empyriũ: sed si volumus incipere à supremo cœlo & cõputare cœlos descendendo, sic primũ cœlum erit empyrium. Sed licet cœlũ crystallinũ non sit primum cœlũ nec vltimũ cœlum, est tñ primum mobile & vltimum mobile: quia cum cœlũ empyrium non moueatur, consequens est, ꝙ inter cœlos mobiles crystallinũ obtineat primatũ. Ideo si volumus cõputare cœlos mobiles ascendendo, crystallinum erit vltimũ mobile, & erit nonum cœlũ: sed si volumus eos computare descendendo, & incipere à supremo mobili, sic crystallinũ erit primũ mobile, quia est supremũ mobile. Redeamus ergo ad propositũ, & dicamus, ꝙ vnus motus cœlorũ est ab oriente in occidens, redeundo ad oriens infra diem & noctẽ semel: & huiõi motus est proprius cœlo crystallino, et fit super polis
B mundi, siue super polis circuli æquinoctialis. Alius motus cœlorũ est super polis Zodiaci, qui distant à polis mundi p viginti tres gradus cum dimidio. et iste motus est cõtrarius primo motui, est.n. ab occidente in oriens: et est pprius octauæ sphæræ siue cœli syderei, et est proprius sphærarũ omnium planetarũ; quia octaua sphæra, et sphæræ oium planetarũ voluũtur super polos Zodiaci ab occidente in oriẽs motu contrario motui primi mobilis. Et iste motus est multum lentus, quia secundũ Ptolemæũ in centum annis est per — In Almag.
vnum gradũ: et cum cœlum habeat. 360. gradus, iste motus scđm Ptolemeum cõpletur in. 36. millibus annoꝝ: et iste est annus, quẽ vocauit Plato magnũ annum, asserens ꝙ post — In Timæo legitur à princ.
completionẽ magni anni, omnia redibunt ad eundem punctum. Vt si Plato tali tpe legebat in his scholis, et erat in hac cathedra, et habebat hos scholares, reuolutis. 36. milli-
C bus annorum, vel (ꝙ idem est) completo magno anno, erit idẽ Plato in eisdem scholis, et in eadẽ cathedra, et haberet eosdẽ scholares, et proferet eadẽ verba. Sed istud est magis stultum ponere, ꝙ̃ ex hoc impossibilia considerare; et ideo tanꝙ̃ vaniloquiũ dimittatur. Cõcludamus ergo, et dicamus ꝙ non est nisi duplex motus cœlorũ: vnus ab oriente in occidens supra polum mundi qui est proprius cœlo crystallino. et alius econuerso ab occidente in oriens super polũ Zodiaci, q est pprius oium aliorum cœlorũ. Sed sunt alij duo motus in cœlis, qui non sunt propriè cœlorũ, sed sunt eorum quæ sunt in cœlis: et iste est motus eccentricoꝝ, et epicyclorum. Nam cum cœlũ dicatur a cœlando, non est proprie cœlum, nisi quod celat, et quod inuoluit, et quod totũ circuit. Eccentrici autẽ, qui sunt in cœlis quasi medulla in osse, et qui circũuoluunt planetam et suũ epicyclum vtputa in so- — Sol hẽt eccentricos et cõcentricos, planetæ alij vnà cũ his hñt etiã epicyclos, vt innuit Georg. Peurb.
D le et in cæteris planetis; et faciunt ipm pgere ab occidente in oriens, et redire ad occidẽs: et epicycli qui sunt in eccentricis quasi q̃ddã pomũ; vt puta si de ipsa medulla et in ipsa medulla esset quoddam pomũ, qđ ẽt volueretur ab occidente in oriens, in quo pomo fixus est planeta: scđm cuius motum aliquando planeta dicitur directus, aliquando retrogradus, aliquando stationarius. Sed in his magis se profundare, esset astronomicũ non theologicũ; ideo sufficit superficialiter pertransire. Dicemus ergo ꝙ si eccentrici et epicycli sunt in cœlis, non propriè dicuntur cœli: quia sic se habent sicut si quodam filo circũscinderetur cœlum, siue supra, siue infra, siue in medio. & in illo filo esset quoddam — Eccentrici, et epicycli ñ sũt pprie cœli.
pomum, & in illo pomo esset fixus planeta: et illud filum, & illud pomum haberet suum motũ, et moueretur planeta motu fili, et motu etiam pomi; illud tamen filum non dice-

retur cœlum, q̄a nō celaret, nec inuolueret ista inferiora.
Duo igitur sunt motus cœlorū, vt supra tetigimus, & sunt
duo alij motus, vnus eccentricorū, et alius epicyclorum. Ex
quibus autē dicere possumus, ꝙ accipiendo pro firmamen-
to cœlum sydereū (qḋ videtur magis probabile & rōna-
bile, sequēdo textum Geneseos vbi dicitur, ꝙ vocauit Deus
Psal. 8. firmamentum cœlum. Et si dicatur, ꝙ ēt aer dicitur cœlū,
iuxta illud, Volucres cœli. i. volucres aeris. Dici debet, ꝙ
aer non dicitur cœlū, prout accipitur cœlum in Genesi vbi
dicitur, Producant aquæ volatile super terram sub firma-
mento cœli. Si autē acciperetur ibi cœlum, vel firmamētū
pro aere, non diceremus aues volatilia sub firmamēto cœ-
li, sed volatilia in firmamento cœli, q̄a volitant in ipso ae-
re.) Sic ergo accipiendo firmamentū pro cœlo sydereo, an-
te oēm diem fuit distinctio cœlorū quantum ad substantiā,
B quia statim in principio cū fuerunt creati cœli, erat distin
ctum cœlum empyrium scd̄m substantiā ab alijs cœlis: sed
postea primo die facta fuit distinctio cœlorū quantū ad mo
bilitatem & stabilitatē, quia qñ incepit illa lux prio crea
ta facere vesperā & mane, incœpit esse motus ab oriente
in occidens, qui est proprius primi mobilis. Cœlum ergo
empyrium remansit stabile, et oēs alij cœli inceperunt mo-
ueri à meridie in occidens, & ire ad oriens, & redire ad
meridiem, & facere vesperā & mane. Sed qñ dixit Deus,
fiat firmamentum, & factum fuit cœlum qḋ dicitur syde-
reum; tunc incœpit alius motus, q est ab occidente in oriēs,
& est motus proprius octauæ sphæræ, et oium aliarū sphæ-
rarū, et tūc plena facta fuit distinctio cœlorū, quia an oēm
diem erat aliqualis distinctio cœlorū scd̄m substantiā: prīa
antē die facta est distinctio cœlorū scd̄m stabile et mobile:
C secunda vero die secundum mobile et mobile. Sed dices, ꝙ
ante primā diem, & antequā crearetur lux, incœpit motus
primi mobilis: quia primum mobile statim cum fuit produ
ctum incœpit moueri, & statim tunc inceperunt esse mo-
tus & tps, cum tēpus ponatur vnum de quatuor coeuis. Ad
qḋ dici pōt, ꝙ quantūcunq; motus primi mobilis præcessit
productionē lucis, tñ motus ille non potuisset tunc nobis ap
parere, quia si nullum esset corpus luminosum in cœlo, nul
lus posset percipere motum cœli: & quia ista distinctio ac-
cipienda est scd̄m ꝙ poterat innotescere & apparere, pōt
dici, ꝙ primo facta fuit distinctio scd̄m stabile & mobile,
quia in ipsa factione lucis innotuit cœlos esse mobiles, re-
manente cœlo empyrio stabili: sed secunda die facta fuit
distinctio cœlorū secundum mobile & mobile, quia cœlū
sydereum incepit contrarie moueri primo mobili: sed quar
D ta die, vt dicebatur, qñ facta fuerunt magna luminaria, &
stellæ, fuit facta distinctio mobilium, non ꝓprie cœlorum,
sed eorū quæ sunt in cœlis, quia qñ fuerūt producti plane-
tæ, fuerunt facti eccentrici & epicycli, scd̄m quorū motū
Non quælibet pars cœli est cœlum. mouentur planetæ: qui, vt patuit, etsi sunt in cœlo, non sunt
ꝓprie cœli, q̄a nō quælibet pars cœli est cœlū. Patet igitur,
ꝙ si pro firmamēto accipiatur cœlum sydereū, scd̄a die fa
cta fuit perfecta distinctio cœlorū: sed si accipiatur ꝓ aere,
tunc prima die facta fuit perfecta distinctio cœlorū, ita ꝙ
qñ incepit moueri lux illa ab oriente in occidens motu pri
mi mobilis circumuoluentis oēs alios cœlos, incepit moueri
octaua sphæra motu contrario. Aduertendum tñ, ꝙ quāuis
aliqui dicant magis rōnabiliter poni, ꝙ pro firmamento ac
cipiatur aer, q̄ꝫ cœlum sydereum, attendentes ne detur occa
sio Infidelibus, ꝙ cœli fuerint successiue distincti: sequētes

A tū textū Geneseos, vt supra tetigimus, magis rationabiliter
ponitur, ꝙ pro firmamēto accipiatur cœlum sydereum: nec
in hoc datur causa irrisionis, sed vitatur causa erroris ne
nimis demus creaturæ, & vt credamus in ipsis cœlis esse
rōnes obedientiales, vt in oibus obediant creatori, vt sic fiat
de eis, & sic distinguantur successiue, vt placuit creatori:
scd̄m tamen August. nihil est in hac parte pertinaciter as-
serendum. Aduertendum ēt, ꝙ secundum hunc modum ex-
ponendi, non solum euitatur cā erroris, sed etiam datur cā
rōnabilis disputationis: nā cum tres sint partes vniuersi. s.
angeli qui sunt spūales & incorruptibiles, cœli qui corpo-
rales sunt & incorruptibiles, & elementa quæ sunt corpo
ralia & corruptibilia, rationabile videtur, ꝙ qḋlibet istorū
habeat suum diem distinctionis, vt prima die distincti sint
angeli, secunda cœli, tertia elementa. Aduertendum ēt, ꝙ cū
B diximus, ꝙ motus primi mobilis est valde velox, q̄a est in-
fra diem & noctem semel; motus autē octauæ sphæræ, &
sphærarum planetarum est valde tardus, quia est in. 36.
millibus annorum, cum sit in centum annis per vnum gra-
dum, hoc est secundum opinionem Ptolemæi, qui posuit, ꝙ
scd̄m illum motum octaua sphæra totaliter complet cursum
suum. Tebith tamen in quodam suo Tractatu de Accessu Tebith anglus ī de motu octa ue sphæræ.
& recessu octauæ sphæræ, vult, ꝙ, priusq̄ꝫ octaua sphæra
reuoluatur ab occidente in oriens & redeat ad occidens,
contra vertatur. Vnde imaginatur præfatus Tebith duos
paruos circulos, vnum super caput Arietis, & alium super
caput Libræ, secūdum quos mouetur octaua sphæra. Scd̄m
autem hunc modum ponendi, non oportet apponere tantum
temporis in motu octauæ sphæræ, sicut posuit Ptolemæus:
imo si vera esset positio Ptolemæi, nostra terra habitabilis
C fieret inhabitabilis, propter motum augis solis. Aduerten-
dum etiam, ꝙ nos dicimus esse in cœlo eccentricos & epi-
cyclos: Alpetragius autem in libro de Sphæra mota, negat
eccentricos, & epicyclos, et conatur saluare per incurua- Alpetragius ī libro de sphæra physicis rōnibus ꝓbata.
tionē oēs diuersitates, quas videmus in motibus cœlestibus:
vt quia vnus planeta est tardior alio, ideo dicit omnes istas
diuersitates esse in motibus planetarum. Nos tamē nunquā
vidimus, ꝙ sine eccentricis & epicyclis clare possent salua
ri omnes apparentiæ in motibus planetarum, & eleuatio-
nibus; quia aliquādo sunt in auge superiori, quia magis ele-
uantur a terra; aliquando in opposito augis, quia magis ap
propinquant terræ, & retrogradationibus, quia aliqñ pla-
neta est directus, aliquando retrogradus. multi tamen cona
ti sunt hoc improbare. nam Commenta. in. 12. Meta. com. Franc. Capuanus in Theorica solis, eas diluit.
45. contra hanc positionem suas rationes adducit, licet nō
D perfecte concludant. Simplicius vero videtur velle, ꝙ etsi
aliæ apparentiæ possint saluari sine eccentricis, ista tamen
apparentia non potest saluari, ꝙ sol magis eleuetur à terra
in æstate, q̄ꝫ in hyeme. Centrum ergo circuli deferentis so
lem est eccentricus, & non habet centrum suum in centro
terræ: sed in vna parte magis eleuatur a terra, q̄ꝫ in alia: et
in æstate est in illa parte, qua magis eleuatur a terra: in
hyeme vero est in illa parte, qua magis appropinquat ter-
ræ: sicut & sensibiliter apparet. Secundum hoc ergo vide-
tur ꝙ sit dare eccentricos, & pari ratione dici potest, ꝙ sit
dare epicyclos. Quare autem sit maior calor in æsta
te q̄ꝫ in hyeme, cum sol videatur esse pro-
pinquior terræ in hyeme q̄ꝫ in æsta-
te, in sequenti Capitulo po-
terit declarari.

Cap. XVII.

Quòd eccentritas solis in septentrionali parte terræ non facit æstatem frigidam & hyemem calidam, sed quoddam temperamentū inducit.



DICEBATVR in præcedenti capitulo, ꝙ propinquior est sol terræ in hyeme q̃ in æstate, et ex hoc videbatur oriri materia q̃onis, quare in æstate plus abūdat calor, q̃ in hyeme. Sed cum multæ sint causæ caloris, præfata solis propinquitas quoddā temperamentum inducit in parte septētrionali terræ, sed hoc nō facit, vt hyems sit æstate calidior. Credimus quidē terram hēre gibbositatē quandā in parte septētrionali, quæ gibbositas ꝑꝑ sui altitudinē remanet discooperta, cætera aūt terra creditur esse cooperta aquis: et quia sol hēt augem suam in septētrionali parte, et qa sole existente in signis septētrionalibus est nobis æstas, consequens est, ꝙ in æstate sol magis eleuetur a terra & sit longior ab ea, q̃ in hyeme: ex quo inducitur temperamentū quoddā in hyeme, & in æstate, vt æstas non sit ita intēperate calida, & hyems ita intemperatè frigida. Ponuntur.n.cōiter tres causæ caloris & frigoris solum respectu terræ: nam directio, multa mora, & propinquitas, sunt causæ caloris. Nā quando sol directè vel quasi directè respicit capita nostra, et multum moratur super nos, si esset propinquus nobis īmoderatos calores generaret. Et sicut tres sunt causæ caloru, directio, multa mora, & propinquitas: sic tres sunt causæ frigoris, videlicet, obliquitas, parua mora, & longinqoitas. Si ergo sol obliquè nos respiceret, & parū moraretur sup nos, et esset longinquus et remotus, fieret īmoderatū frigus. Exinde ergo contingit, ꝙ eccentritas solis facit tēperamentum in hyeme & in æstate, quia in æstate sunt duæ causæ caloris, & ꝑꝑ eccentritatē solis est vna cā frigoris contemperatiua: in hyeme vero econuerso. Nam in æstate vna cā caloris, est directio solis, eo quod in æstate sol multum directè mittit radios suos super nos, vt ex hoc magnus calor generetur in nobis: magis aūt, & minus, prout sol vnā partē terræ magis directe respicit q̃ aliā, vt vltra marinas partes magis directe respicit, q̃ citra marinas: erit itaq; in æstate vna causa caloris, v3, directio solis. Secunda aūt cā, multa mora, quia plus moratur super capita nostra sol in æstate, q̃ in hyeme. nam tādiu sol respicit nos, q̃diu est dies nobis. Et hæ duæ causæ non sunt æqualiter causæ caloris, qa directio ēt in parua mora plus causat calorē, q̃ obliquitas in multa mora: quia si super ignem quis teneret manū, plus calefieret in parua mora, q̃ si teneret eā ex latere in multa mora. Et licet directio, & multa mora, causent calorem in æstate: est tertia causa calorē contēperans, videlicet, solis longinquitas, siue solis altitudo. Nā circulus deferens solē dicitur eccentricus, quia non habet cētrum suū cum centro terræ. nā si circulus ille esset concentricus .i. haberet idem centrū cum terra, semper æqualiter circuiret terrā, et semper æqualiter eleuaretur à terra: sed circulo illo in quo dicitur esse sol existente etcentrico, cōsequens est, ꝙ ille circulus in vna parte magis eleuetur a terra, et in alia magis appropinquet: et quia pars magis eleuata à terra est septētrionalis, magis autē appropinquans est meridionalis, vt patet scientibus Astronomiam, et quia sol est in signis septētrionalibus in æstate, in meridionalibus in hyeme, ideo magis eleuatur a terra in æstate, q̃ in hyeme. Bene ergo dictū est, ꝙ si in æstate sunt duæ causæ caloris, videlicet, directio radiorū solis, et multa mora, quia magni sunt dies in æstate: est tñ tertia causa frigoris calorē contēperans, eleuatio.s.solis à terra, qa sol in æstate est in illa parte sui circuli, quæ magis eleuatur à terra. Sic ēt in hyeme sunt duæ causæ frigoris, obliquitas, videlicet, radiorum, quia sol valde oblique nos respicit in hyeme: & parua mora, quia sol parum moratur super nos in hyeme, cum sint parui dies: sed est tertia causa caloris contēperati, videlicet, depressio solis, quia sol est in illa parte sui circuli in hyeme, quæ est magis depressa, & quæ magis appropinquat terræ. Auicēna tñ visus est innuere quartam cām caloris, & frigoris, quæ est velox, et tardus motus solis. Nam nō eodē modo causatur calor, si cōtingat eodē tpe diuersimode moueri calefactiuū vel calefactibile, vt aqua non calefit à sole si velociter mouetur. Non enim pōt ibi figi radius calefactiuus, vt.n. sensibiliter apparet aqua multū currens in sua frigiditate remanet, vt nihil vel modicum calefiat à sole: aqua verò stans statim calefit per solem. Pari quidem rōne si ipse sol calefactiuus velocius moueretur vno tpe q̃ in alio, consequens esset, ꝙ quantum ad hoc minus calefaceret io illo tpe, q̃ in alio: et quia sol in vno tpe describit minorē circulū q̃ in alio, cū semp describat suū circulum in die naturali qui semp est æqualis alij, manifeste concluditur, ꝙ qñ describit maiorē circulum velocius moueatur, q̃ cum describit minorem. Si.n. aliquis in tanto tpe faceret paruum circuitum, & alius in illo eodem tanto tpe faceret magnū circuitum, velocius moueretur faciens magnum circuitum, q̃ paruū: ergo quia quælibet dies naturalis est æqualis alij, si sol cōplet suū circulū, prout sol mouetur ab oriente & redit in oriens in vna die naturali, qñ hoc faciendo facit magnum circulum, velocius mouetur q̃ qñ facit paruum. & quia circulos æquinoctialis est maximus circulus descriptus a sole, qñ sol est in principio Arietis, & in principio Libræ, quia describit circulū æquinoctialem, habet motū velociter: qñ vero est in principio Cancri, & Capricorni, qui sunt circuli minimi descripti a sole, habet motū tardiorem. Ex hoc aūt visum est Auicennæ, ꝙ sub æquinoctiali sit regio valde tēperata: nam cū ibi dies semp sint æquales noctibus, est ibi scd̃m eum tēperies aeris, qoia quantū sol calefacit in die, tm̄ infrigidat in nocte: & semper ibi nox est æqualis diei. Rursus sol nō est directe super capita eorū, nisi qñ describit circulum æquinoctialem: et quia ibi circulus est maximus, velocissime tūc mouetur sol, vt non possit figere radios super eoꝝ capita. Sed nihil est curandum de rōne, quæ contradicit sensui: homines.n. circa partes illas sunt ita denigrati, ꝙ oīno concluditur, ꝙ sit ibi caloris excessus. Ad rōnes aūt Auicennæ, ꝙ semper ibi nox est æqualis diei, & qñ sol est super capita eorum habet cursum velocissimum: dici debet, ꝙ directio radiorum est maior causa caloris, q̃ aliqua alia causa: et qa sol magis directe respicit capita eoꝝ qñ plus remouetur ab eis, q̃ capita nostra qñ plus accedit ad nos, esse non pōt qn ibi sit excessus caloris. Redeamus ergo ad ꝓpositū, & dicamus, ꝙ eccentritas solis rōne cuius sol est propinquior ter-

In .1. Fen.ca. 1 doct. 3. & i lib. de soffic. naturali.

ræ in hyeme q̃ in æstate, non facit q̃ æstas sit frigidior, et hyems calidior: quia etsi hæc est causa frigoris in æstate, sunt ibi tñ duo aliæ causæ caloris: & si hæc est cã caloris in hyeme, sunt ibi tamen duæ aliæ causæ frigoris: non erit ergo ex hoc æstas frigidior hyeme, sed erit per hoc q̃ est quoddam temperamentũ in æstate et hyeme. Ex hoc etiam apparere põt, q̃ si vltra Zodiacũ in parte meridionali eẽt terra discooperta aquis, q̃ illa terra nõ esset habitabilis: haberent. n. illi hyemem qñ nos habemus æstatem. Nullũ itaq; esset ibi contemperamentũ, sed haberent in hyeme oẽs causas frigoris: haberent. n. in hyeme obliquitatẽ radiorum & paruam moram, quia essent parui dies: et haberent magnã eleuationem solis, quia sol esset in illa parte sui circuli, quæ magis eleuatur a terra: & in æstate econtrario haberent oẽs cãs caloris. Ptolemæus tamẽ posuit partes nostras aliquando fieri inhabitabiles, quia augẽ solis siue illam partẽ circuli, in qua magis sol eleuatur a terra, voluit cõplere totum circulum, vt aliqñ fiat meridionalis: quo posito sol in hyeme esset in illa parte circuli, quo magis eleuatur a terra, essent ergo tunc in hyeme oẽs causæ frigoris, & in æstate oẽs causæ caloris. Compertum est aũt octauam sphæram nõ habere illum motum quẽ posuit Ptolemæus, vt patet per Tebith in lº de Accessu et recessu octauæ sphæræ: qa fieret titur illa sphæra super capita Arietis & Libræ, q̃ nunq̃ auges solis fiet meridionalis; quare partes nostræ semper habitabiles remanebunt. Aduertendum quidẽ nos dixisse oẽs dies naturales æquales esse, quia qñ parum deest, intellectus accipit nihil deesse: ergo quãdo parum superest, intellectus accipit nihil superesse: dies quidem naturalis continet reuolutionem, totã diem. s. & noctem: et tm̃ plus, q̃tum sol acquisiuit proprio motu in hmõi die naturali, quod est fere vnus gradus: ex eo q̃ continet reuolutionẽ totam, tanta est vna dies naturalis, quãta est alia: sed ratione illius plus, qđ est ferè vnus gradus, vna dies naturalis supat aliã, quia illud plus vel ille ferè gradus potest oriri recte, & apponet plus de tempore. vel oblique, & apponet minus de tpe, sed hoc est ita modicum q̃ non est de hoc curandum.

Alÿ dicũt hoc magis verificari de Mercurio, q̃ de sole.

Cap. XVIII.

Quòd tempus, quod est numerus motus primi mobilis, est unum de quatuor coeuis.



OMMVNITER ponunt Doctores esse quatuor coeua, siue esse quatuor quæ simul ab initio sunt pducta, v3, Cœlũ empyrium, Angelicam naturã, Materiam informẽ, & Tp̃s. Sub materia informi describunt oĩa corpora, quæ sunt infra cœlum empyrium. Sed de tpe est nõ modica dubitatio, qđ vel quale sit illud tp̃s, qđ est coeuũ cœlo empyrio, vel naturæ angelicæ, siue materiæ informi. Dixerunt. n. aliqui, q̃ tp̃s est numerus motus firmamenti, qđ legitur factum secunda die; et quia hmõi tp̃s non põt esse coeuũ cœlo empyrio, ideo conati sunt inuenire, qđ et quale tp̃s erat illud qđ fuit sic coeuũ.

S. Tho. 1. par. sum. q. 66. ar. 4. ad. 3. arg.

A Dicunt ergo q̃ accidit tẽpori q̃ sit numerus motus firmamenti, quia quicunq; motus sit nõ poterit esse sine tpe: & quia oportuit aliquẽ motum fuisse à principio, & aliquam successionem, quia saltẽ fuit successio in cogitationibus angelorum, illud ergo qđ mensurabat vel numerabat illam successionem poterat vocari tp̃s, & tale tp̃s potest dici vnũ de quatuor coeuis. Sed quia scđm Augustinũ super Gen. deus fecit cœlum et terram in principio. i. in principio tpis, vt p cœlum & terram intelligatur omnis creatura, scđm ipsum oportet q̃ ibi tp̃s accipiatur alio modo q̃ pro successione cogitationũ angelicarũ: illud ergo tp̃s est vnum de quatuor coeuis, in cuius initio fecit deus cœlum et terram, & omnẽ creaturã. Et qđ ipsi dicunt, q̃ tp̃s est numerus motus firmamenti. qđ factum est secunda die: planum est non sic esse, nam firmamentum factũ secunda die est cœlum sydereum, B vel medium interstitium aeris; tp̃s aũt non est numerus motus alicuius istorũ, imo est numerus motus cœli crystallini, qđ ab Astronomis vocatur primũ mobile, à Sanctis vero dictum est cœlum aqueũ, de quo põt exponi qđ ait Prophæta, Benedicite aquæ quæ super cœlos sunt domino. Illud. n. cœlum aqueum, est super oẽs cœlos. s. mobiles: non est autẽ super oẽs cœlos simpliciter, cum cœlũ empyrium inter corporalia sit oĩno supremum cœlum. Dicemus ergo esse congruũ rationi, videlicet, q̃ tp̃s quod nunc est numerus motus primi mobilis, est illud qđ est de quatuor coeuis, in cuius principio secundũ vnũ modũ exponendi dicuntur oĩa esse facta quantum ad suam substantiã siue quantũ ad suam creationem, licet non quantũ ad suã omnimodã distinctionem, nec quantũ ad suum ornatũ: hmõi autem initium tpis fuit ante oẽm diem, & fuit anteq̃ inciperet vespere & mane. Ad cuius euidentiã sciendum q̃ ante oẽm diem, & ante creationẽ C lucis, & anteq̃ inciperet vespere et mane, de quinq; fit mẽtio in Gen. videlicet, de cœlo et terra, quũ dicitur, In principio creauit Deus cœlum et terrã: de tenebris et abysso, quũ dicitur, Tenebræ erant super faciem abyssi, et de aqua mota & fluctuante, quũ subinfertur, Spũs domini ferebatur super aquas. Qđ exponens glosa, dicit, Sicut dominus est cõditor, sic præerat fluctuanti et confusæ materiæ: non enim Deus mouetur perse nec fertur, sed mouetur scđm suos effectus prout facit effectus mobiles et labiles, iuxta illud Sapiẽtiæ, Omnibus. n. mobilibus mobilior est sapientia. Per cœlũ enim exponebamus cœlum empyriũ: et per terrã, elementũ terræ: per abyssum exponebamus aquam immixtã aeri: & per tenebras illam partẽ ignis quæ non erat ĩmixta aquis, quæ poterat per tenebras figurari: per aquas verò super D quas ferebatur spũs domini, exponebamus ipsum elementũ aquæ sic ĩmixtũ aeri. Vel possumus, si volumus, p aquas sic fluctuantes intelligere oẽs cœlos mobiles, vt hæc quinq;, v3, cœlum, terra, abyssus, tenebræ, & aquæ fluctuantes, referãtur ad hæc. s. ad cœlum empyrium. ad elementũ terræ, ad aquam immixtam aeri, ad ignẽ, & ad oẽs cœlos mobiles, super quos tanq̃ super aquas motas ferebatur Spũs dñi, non scđm se, ad secundum ipsos cœlos, quos fecit mobiles, qui erãt sui effectus. Imaginabimur ergo, q̃ statim q̃ fuit Vniuersum creatum, oẽs cœli mobiles, qui sunt nouẽ, v3, septem cœli septem planetarũ, firmamentum siue octaua sphæra, et vltimũ mobile siue cœlũ crystallinum, incæperunt rotari. & etiam moueri ab oriente in occidens, et ẽt cum eis rotari & moueri cæpit elementũ ignis, & ẽt elementũ aeris sic immixtũ aqua, excepta illa parte aeris, quæ erat inclusa

inte r

Lib. 1. cap. 1.

Tp̃s est numerus motus cœli crystallini.

Cap. 7. d.

inter quæcunq; obstacula. & iste motus erat proprius primi mobilis. Sicut ergo primum mobile motu suo, qui est ab oriẽte in occidens, circũuoluit omnes alios cælos mobiles, et ignem, & magnam partem aeris, excepto aere qui est inter obstacula inclusus: sic & quia tunc à principio incæpit sic circulariter moueri, a principio fuit tẽpus, quia à prĩcipio fuit motus primi mobilis. Cum ergo tẽpus fundetur in primo motu, & non sit primus motus sine tẽpore, ab initio fuit tẽpus, quod nunc est. Tempus itaq; quod est numerus motus primi mobilis, fuit vnum de quatuor coæuis, vt cõmunis Doctorum sententia protestatur.

Cap. XIX.

Quòd conuenientius est tempus quod nũc est, esse illud tempus quod est unum de quatuor coæuis, quàm quodcunq; aliud tempus.



VIA forte dicta præcedentis cap. nõ quietant intellectum, volumus in præsenti cap. remouere nonnulla contraria, & declarare propositũ, videlicet, ꝙ conuenientius est ponere tempus quod nunc est esse vnũ de quatuor coæuis secundũ cõmunem sanctorũ sententiam, quàm quodcunq; aliud tempus. Nam nomina sunt accipienda secundũ cõem vsum loquendi, non secũdũ extensionẽ vocabuli.

Cap. 10. c. Nã vt legitur in Apoc. iurauit Angelus per virtutem in secula, ꝙ nõ erit amplius tempus, cum possimus hoc saluare ad literam, quia in fine mundi cessabit motus primi mobilis, & per consequens cessabit tẽpus quod nunc est, non oportet ad aliud tẽpus recurrere nisi ad tẽpus quod nunc est, vel ad illud quod includitur in tẽpore quod nunc est: nam in tempore quod nũc est, includitur tẽpus merendi & demerendi; cessante igitur illo tempore, quod nunc est, cessabit tẽpus meriti. Sic etiã in proposito, si secundum cõmunem sanctorum sententiam tẽpus est vnum de quatuor coæuis, & possumus hoc saluare de tẽpore quod nunc est, non oportet recurrere ad aliud tempus. Sed secundũ hunc modum dicendi videntur multa incõuenientia sequi. Primo quidem, quia cum omnia essent tũc confusa, nõ videbatur fuisse primum mobile; ergo nec erat motus eius, & per consequens, nec tempus quod nunc est.

Cap. 9. Rursus August. 12. Confess. ait, Ipse doctor Moyses cum commemorat Deum fecisse cælum & terram in principio, tacet de temporibus, silet de diebus, innuens ex hoc ista esse facta ante omnem diem, & ante omne tempus. non ergo tempus quod nunc est, est vnum de quatuor coæuis, sed oportet aliter accipere tempus. Amplius idem ibidem dixit, illa informis materia erat inuisibilis & incomposita, nec ipsa in diebus numerata est, innuens hoc fuisse ante omne tẽpus. si ergo informis materia ponitur vnũ de quatuor coæuis, & ipsa fuit ante omne tẽpus, non erit tempus coæuum aliis, nisi forte æquiuocemus in tẽpore. Insuper idem ibidem dicit, ꝙ vbi nulla species, ibi nec quicquid venit, nec præterit, & vbi non fuit dies, ibi nec vicissitudo temporum. dies ergo & vicissitudo temporum non fuit coæ-

A ua informi materiæ. Sciendum ergo, ꝙ materia dicta informis quæ ponitur vnum de quatuor coæuis (vt patet per habita, & per sanctorũ dicta) non erat sic informis, ꝙ careret omni forma, nec erat sic distincta, nec sic ornata vt nũc est. Nam secundum cõmune dictum, & secundum eos qui negant tempus quod nunc est, esse vnum de quatuor coæuis, ab ipso principio omnia sunt producta sub suis substantialibus formis: erant enim terra et aqua, aer & ignis sub suis substantialibus formis. sed dicuntur hæc fuisse confusa, quia aqua erat tunc sic rara & sic immiscebatur aeri vt totũ aerem redderet confusum, & confundebat aliquid de igne saltem partem illam quæ immiscetur aeri; cõfundebat etiã terram, quia nõ sinebat eam apparere vt ex hoc diceretur terra esse inuisibilis: nam, vt supra patuit, vbi nos habemus, ꝙ terra erat inanis & vacua, alia litera habet, ꝙ erat inui-

B sibilis & incomposita. hoc itaq; modo erant elementa confusa, erant tamen sub suis substantialibus formis: etsi elementa erant sic distincta, multo magis & cœli producti sunt distincti sub suis substantialibus formis, vt sic etiam doctores cõmuniter ponunt. Primum ergo mobile in prima creatione rerum productum fuit sub sua substantiali forma, ita ꝙ in illo instanti suæ productionis moueri cæpit ab oriẽte in occidens, & (vt diximus) incepit voluere & rotare alios cælos sibi inferiores. Potest tamen dici hoc primum mobile fuisse productũ confusum, quia confusus erat motus suus, vt non plene apparere posset cuius esset ille motus: sed quando dixit deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, exponendo de cælo sydereo, incepit tunc cælum sydereum moueri contra motum primi mobilis, & tunc facta fuit distinctio cælorum, vt apparerent alij cœli distincti à primo mobi-

C li, quia inceperant moueri contra motum primi mobilis. Si ergo tempus quod nunc est, esset numerus motus firmamenti, quia ille motus incepit secunda die, bene dictum esset, ꝙ tempus quod nunc est non sit vnum de quatuor coæuis: sed cum sit numerus motus primi mobilis qui fuit ante omnem diem, conuenientius dicitur, ꝙ tempus quod nunc est, est vnũ de quatuor coæuis. Ponere enim alium motum ante motum primi mobilis, oĩno videtur inconueniens: non dicimus quin deus possit hoc facere, sed vbi possumus saluare conuenientiam naturæ sine cõtradictione scripturæ, vt ꝙ primus motus præcedat omnes alias mutationes et motus, oĩno debemus hoc facere. Aduertendum ergo, ꝙ licet lux dicatur facta prima die, quia fuit facta in initio primi diei; facta fuit tamẽ ante omnem diem, quia prius intelligitur fuisse facta, & postea intelligitur fuisse mota, & fecisse vesperam &

D mane, & sic fecisse primum diem: illa enim lux oẽm diem præcessit non solum natura vel origine, sed etiam aliqualiter duratione. sicut instãs dicitur esse ante tẽpus quod sequitur instans, fuit enim facta in instanti, quod instans sequutum est tempus quod vocatum est vespere & mane, & quod fecit diem primum. non enim est vespera nisi per motum a meridie in occidens, nec est mane nisi lux ab occidẽte veniat ad oriens, & currat ad meridiem, & sic faciat mane. Cum ergo moueri ab oriẽte in meridiem, & a meridie in occidens & venire ad oriens, sit motus primus proprius primi mobilis, si lux illa incepit moueri ante omnem diem, consequens est, ꝙ motus primi mobilis fuit ante omnem diem. Dicemus quidem, quod valde parua mora fuit inter productionem cœli & terræ, & productionem lucis. Nam tunc intelligitur producta fuisse lux, & facta separatio lucis à

tenebris, q̄ñ facta fuit diuisio bonorum angelorũ à malis; non quin vere creata fuerit lux corporalis, sed illa lux corporalis significabat lucem spũalem angelicã separatã à tene Cap. 3. *bris, i. à malis angelis. Vnde & Aug. 13. Confess. vult, ꝙ factio lucis fuerit illuminatio spũalis creaturæ: et quia parua fuit morula inter creationẽ angelorum & lapsum, valde parua fuit morula inter creationẽ mundi, & ꝓductionẽ lucis. Negare quidẽ nõ possumus quin fuerit motus primi mobilis, q̄ñ lux illa mouebatur versus occidens, quia motus ille nulli aliorum est proprius, nisi primo mobili: oẽs. n. cæli alij versus oriens mouentur. Dicere autem in illa parua morula nõ fuisse motũ primi mobilis cum esset materia fluctuãs, & Spũs domini ferreretur super aquas, cũ ex hoc sequeretur ꝙ fuissent alij motus ante primum motũ, non videmus. quare nolumus istud inconueniens incurrere, cũ possimus ipsum vitare sine contradictione Scripturæ.* B *Reuertamur ergo ad ꝓpositum, & dicamus, ꝙ oĩa creata sunt simul, sequendo cõem sanctorum sñiam, q̄tum ad substantiales formas: & ꝙ primum mobile ꝓductum scd̃m suam substantialem formam, statim incepit moueri versus occidens, quod sic motum lucem quasi statim postea productã duxit versus occidens, & fecit vesperam, et ab occidẽte duxit ad oriens, et fecit noctẽ, et postea fecit mane, et sic factus est dies vnus, qui habuit primo vesperam, postea noctem, & postea mane. sed de nocte non fit in textu mentio quantũ ad cõpulationem diei, sed dicitur ꝙ factum est vespere & mane dies vnus. Obiectiones autem August. & alia quæ videntur nostræ sñiæ obuiare, in sequenti Capitulo dissoluentur.*

Cap. XX.

C

Quòd non obstante, ꝙ tempus quod nunc est, fuit unum de quatuor coeuis, cœlum tamen & terra ante tempus & ante omnem diem dicuntur esse producta, ut uerba Aug. dicere uidebãtur.

VT VERBA Augustini possimus intelligere, & vt nobis obuiantia possimus soluere, dicemus, ꝙ non eodem mõ habent esse permanentia, & successiua. Nam esse permanentium, est quãtum ad simultatẽ partium: nam si domus est de genere permanentium, non dicitur esse domus nisi sint simul oẽs partes eius, quicquid. n. fiẽdũ restat de his quæ sũt de essentia domus, nondũ dicitur esse domus. D *Sed non est sic de successiuis: q̄ñ. n. totum successiuum productum est, tunc nihil de illo successiuo est, q̄ñ. n. oẽs anni erũt completi, tũc* Cap. 13. *nulli anni erunt. Vnde Aug. 11. Cõfess. Isti, ait, omnes anni nostri erunt, cum oẽs nõ erunt, i. cum nulli erunt. Esse ergo successiuorũ nõ est in simultate partiũ, sed est in ordine partium, vel in initio partiũ, vt q̄ñ est ordo partiũ vel initium partium, tunc dicatur esse successiuũ, vel tunc dicatur esse tp̄s. Ordo quidem oĩum partium tp̄is, & initiũ oĩum partium tp̄is, est Nunc, & vnũ & idẽ Nunc scd̃m rẽ fuit initium oĩum partium tp̄is, & est ordo oĩum partium tp̄is: & de tp̄e, vt etiam cõiter ponitur, non est nisi hmõi Nunc. Si ergo modò dicitur esse tp̄s, hoc idẽ est, quia est Nunc, quod est ordo partium tp̄is: et si in primordio, q̄ñ producta fuerunt cœlum & terra, dicebatur esse productũ tp̄s, et ex*

A *hoc dicebatur coeuum cœlo & terræ, hoc erat quia productum erat Nunc, quod erat initiũ partium tp̄is: & q̄a idem est Nunc scd̃m rem, q̄d nunc fuit in initio, & q̄d nunc est ordo partium tp̄is, ideo põt dici tp̄s, quod modo est, & q̄d fuit vnum de quatuor coeuis: sicut idem est fluuius Romanus, quod nunc est, et quod fuit iam sunt mille anni, licet omnes partes aquæ fluant, & refluant, & successiue labentur. Imaginabimur quidẽ ꝙ sicut idem est Mobile in toto motu, ita idem est Nunc scd̃m Philosophum in toto tp̄e: &* 4. phy. t. 90. & inde. *sicut Mobile fluens causat motum, sic Nunc fluens causat tp̄s. Et inde est, ꝙ Boethius ait, ꝙ Nunc stans facit æternitatem, Nunc fluens facit tp̄s.* In lib. de Tri. cap. 9. *Ipsa. n. substantia primi mobilis vt causat motũ dicitur esse quid mobile, vt causat tp̄s dicitur esse nunc: & quia tp̄s non est nisi prius & posterius* 4. Phy. t. 101 *in motu vt sunt numerata ab aĩa, cõsequens est, ꝙ prius intelligatur primum mobile causare motũ, & deinde causare* B *tp̄s, vt ex hoc tp̄s dicatur posterius motu, & mensura motus, & numerus motus scd̃m prius & posterius. Ip̄m itaq; primum mobile vt causat motũ, dicitur esse quid Mobile: vt causat tp̄s mediante motu, dicitur esse Nunc. Conuenientia ergo erit inter mobile & motũ, & nunc et tp̄s. Nam scd̃m rem idem est tp̄s quod primus motus, & idẽ est nunc quod primum mobile. Ideo dicit Cõmentator in 4. Phy. tolle ani* Cõ. 88. 104. & inde. *mam, scilicet, numerantem, non remanet nisi motus, & res mota: itaq; sine anima numerante est tp̄s materialiter, quia est prius & posterius in motu, cõplementum tñ suum habet tẽpus ab anima numerãte. Idem est ergo realiter, in re extra, tẽpus, quod primus motus: & hoc mõ est idem nunc tẽporis & primum mobile. Itaq; sicut mobile aliquãdo est initium motus absq; eo ꝙ sit continuatiuũ motus, sic Nunc tẽporis aliquãdo fuit initium tẽporis absq; eo quod esset cõ*C *tinuatiuum tẽporis. Ideo modò Nunc est cõtinuatiuum temporis, quia est finis præteriti, & initium futuri: & est ordo temporis, quia est ordo præteriti ad futurum. Sed quando incepit esse tempus, Nunc non erat continuatiuũ temporis actu, quia nihil præcesserat tempore; & non erat ordo præteriti ad futurum, quia nihil erat de tempore præteritum: sed totum erat futurum, erat enim initium tẽporis, vt ex hoc diceretur incipere esse tẽpus, quia quælibet res dicitur incipere in suo initio. Si igitur in prima creatione mũdi incepit Nunc tẽporis, sequitur ꝙ in ipsa prima creatione incepit esse tẽpus non in se, sed in suo initio. Patet ergo, ꝙ tempus fuit coeuum cœlo & terræ, ita ꝙ tunc fuit tẽpus, & nunc est tẽpus: nec tunc fuit de tẽpore nisi Nunc, nec modò est de tẽpore nisi Nunc, aliter tamẽ in ipso primordio se habuit Nunc ad tẽpus, & modò: nam modo Nũc* D *est finis præteriti & initium futuri, sed in ipso primordio Nunc fuit ita initium futuri ꝙ non fuit finis præteriti. Ex hoc ergo clare cognoscitur, quomodo cognoscere possumus ꝙ ante omne tempus fuit cœlum & terra, & ꝙ tempus est coeuum cœlo & terræ, simulq; cum cœlo & terra incœpit esse tempus, & tamen cœlum & terra fuerunt ante omne tempus. Dicebamus quidem, ꝙ tempus incœpit simul cum cœlo & terra, non in se, sed secundum suum initium: ergo si consideramus tempus solum quantum ad suũ initium, incœpit esse simul cum cœlo & terra: sed si consideramus ipsum in se, fuit post cœlum & terram. In primo itaq; primordio Nũc temporis ita fuit initium futuri, vt dicebatur, ꝙ non fuit finis præteriti, quia nihil adhuc fuerat de tp̄e. ergo illud initium, & illud Nunc primordiale fuit*

ante

ante oẽ tẽpus,& tẽpus tunc non erat nec fuerat in se, sed fuerat in suo initio.sed modò licet de tempore non sit nisi Nunc,fuit tñ tẽpus ante istud Nunc. In tẽpore aũt ponimus multa Nunc,& vnum Nunc;multa scd̃m rõnem,vnũ autẽ secundũ rem:sicut in ipso motu ponimus multa mobilia, et vnum mobile,multa scd̃m rõnem,vnum autẽ secundũ rem: sicut si Socrates de theatro vadat ad forum,idem erit scd̃m rem Socrates in theatro,& Socrates in foro,secundũ rõnẽ

4.Phy.t.104 tamen vult Philosophus,ꝙ differat à seipso, vt est in theatro,& vt est in foro. Sic idem est Nunc scd̃m rem qđ fuit à primordio,& qđ incœpit cum cœlo et terra, et qđ fuit solũm initium tp̃is absq; eo ꝙ esset continuatiuũ tp̃is & ꝙ esset ordo præteriti ad futurum,et nunc qđ est cõtinuatiuũ tp̃is & est ordo præteriti ad futuꝝ,quia est finis præteriti & initiũ futuri,sed scd̃m rõnẽ differt hoc Nunc ab illo: imo cum continuè fluat nunc,et cõtinuè fluendo cãusè sit tp̃s, semp̃ erit continue idẽ nũc scd̃m rem,aliud tñ et aliud scd̃m rõnem. Dicemus ergo ꝙ sicut mobile fluẽs causat motum,ita nunc fluens causat tp̃s.et sicut mobile fluens et causans motum semp̃ est aliud et aliud scd̃m rõnem, idẽ autẽ scd̃m rem:sic nunc fluens & causans tp̃s semp̃ est aliud et aliud scd̃m rõnem,idem autẽ scd̃m rem. Aduertendũ autẽ ꝙ licet tanta sit conuenientia inter nunc & mobile,& tp̃s & motum,nunc tamẽ non est idem cũ quolibet mobili, nec tp̃s est idem cum quolibet motu, sed nunc est idẽ solum cũ

S.Tho. vt sup. primo mobili,& tp̃s est idem solum cum primo motu. Dicẽtes verò ꝙ accidit Nunc ꝙ sit idẽ cum primo mobili, et per consequens accidit Tẽpori ꝙ sit idẽ cũ motu eius, quia si fuit alius motus ante motum primi mobilis,de necessitate fuit tẽpus quod fuit numerus prioris et posterioris illius motus,vt patet per iam dicta:nullam aũt videmus rõnẽ et cãm ꝙ oporteat ponere motũ aliquem ante motum primi mobilis.nec vllo modo est scripturæ sacræ contrariũ,imo est cõsonum rationi ꝙ in ipsa prima creatione reꝝ inceperit primũ mobile moueri,ita ꝙ tẽpus,quod est numerus primi motus,nõ in se,sed in sui initio,simul inceperit cum ipsa creatione reꝝ,vt esset coæuum rebus primò creatis,v ʒ, naturæ angelicæ,et cœlo empyrio,& materiæ informi. Nam cùm cœli & elementa secundũ cõem sñiam doctorum fuerint à primordio creata scd̃m suas substantiales formas, licet per processum tp̃is aliquam distinctionem acceperint, & aliquem ornatũ,nullum inconueniens,sed oĩno conueniens est ponere,ꝙ primum mobile in illo primordio ꝓductum scd̃m suam substantialem formam, moueri inceperit secundum suum propriũ motum,cum ex hoc multa incõuenientia vitentur,& multa conuenientia saluentur. Ex his autẽ solui possunt oĩa inconuenientia superius facta. Nam cum dicitur,ꝙ in illo primordio oĩa erant confusa,& ꝙ nõ erat primum mobile,& per consequens nõ erat motus eius,nec tp̃s quod est numerus illius motus,ideo si fuit tẽpus aliqđ coæuũ primæ productioni,oportet accipere tp̃s aliud q̃ tẽpus qđ est numerus motus primi mobilis:patet ꝙ in illo primordio fuit productũ primum mobile & oẽs alij cœli secundũ suas substantiales formas,prout etiã concedunt negantes tp̃s qđ est numerus motus primi mobilis esse vnũ de quatuor coæuis:quare si ĩ illo primordio primũ mobile scd̃m suã substãtialẽ formam productũ fuit,non est incõueniens ꝙ secundũ suum motũ ꝓpriũ ĩ illo primordio ẽt motũ fuerit. Qđ verò ipsi aiũt,ꝙ tp̃s qđ nũc est,est numerus motus firmamẽti,qđ fuit factum secunda die:patet esse falsum,qa firmamẽtũ ẽt

A si accipiatur pro cœlo sydereo nõ est primũ mobile,sed est octaua sphæra in qua est zodiacus,in quo sunt tot stellæ,qđ præsidet ẽt septẽ orbibus septẽ planetaꝝ: primum verò mobile est nona sphæra siue nonũ cœlum, qđ à Theologis vocatur cœlum crystallinũ siue cœlum aqueũ;ab Astronomis verò ignorãtibus naturã illius corporis, vocatum est primũ mobile vel vltimũ mobile:sed qa nõ posuerunt ipsi Astronomi aliud corpus vltra illud primũ siue vltimũ mobile, ideo dixerunt oẽ corpus mobile, et oẽ mobile corpus, vt patet ex 6.Phy.t.32.

cœlo et mundo. Theologi vero præuia reuelatione diuina, et 1.cœli.t.57

dicunt esse decimũ cœlum,v ʒ,cœlum empyrium, siue cœlũ igneũ nõ ab ardore,sed à splẽdore,stabile nõ motũ,qđ à primordio fuit locus Angeloꝝ qa vt credunt sancti,mox creatum,statim Angelis est repletũ,et nunc est locus beatarum Aĩaꝝ. Hoc autẽ cœlum est supra oẽs cœlos corporales simpliciter,et est (vt diximus) decimũ cœlum. Primũ vero siue

B vltimum mobile,est infra istud cœlũ,et est nonũ cœlum,et est sup̃ oẽs cœlos,nõ simpliciter,sed supra omnes cœlos mobiles:nã accipiẽdo cœlos a globo lunari supra, nõ est nisi supra octo cœlos,v ʒ,supra octauã sphærã quod est cœlum sydereũ,et supra septẽ cœlos septẽ planetaꝝ. Quod aũt addebatur de Aug. 12. Cõfess. ꝙ Moyses dei famulus cõmemorans in prĩcipio deũ fecisse cœlũ et terrã, tacet de tp̃ibus,silet de diebus,innuens per hoc,cœlũ et terrã fuisse facta ante oẽm diẽ,et ante oẽ tp̃s:vt patet per iam dicta,cœlũ et terra fuerunt facta ante oẽ tp̃s, & fuerunt facta simul cum tp̃e. Nã tp̃s est vnum de quatuor coæuis,et fuit ꝓductũ simul cũ cœlo et terra,nõ in se,sed in suo initio, qđ præcessit oẽ tp̃s. Nã illud initium et illud nunc ita fuit prĩcipiũ futuri et principiũ oĩs tp̃is,ꝙ nõ fuit finis præteriti nec finis alicuius tp̃is,quia nihil adhuc tunc fuerat de tp̃e:ergo si cõ

C sideremus tp̃s in se,cœlum et terra fuerunt ante oẽ tp̃s & ante oẽs dies;sed si cõsideremus tp̃s in sui initio,cœlum & terra sunt coæua tẽpori. Quod vero addebatur ꝙ informitas materiæ nõ est numerata in tp̃e:et ꝙ ex hoc præcessit oẽm diem et oẽ tẽpus.dicemus ꝙ sicut cœlum et terra præcesserunt oẽ tẽpus et sunt coæua tẽpori,sic illa informis materia quæ noĩe terræ põt nũcupari præcessit oẽ tẽpus,et est coæua tẽpori, qa præcessit tp̃s in se,et est coæua tẽpori q̃tũ ad suũ initiũ,in illo.n.primordio nihil adhuc fuerat de tp̃e,sed esse incœpit initiũ tp̃is. Quod ẽt addebatur qa scd̃m eũdem Aug. vbi nulla spẽs,nullus est ibi ordo,nec venit quicq̃,nec præterit,nec est ibi dies nec vicissitudo tp̃is:oportet ad illud rñderi nõ per cõtra,sed per opinionẽ ꝓpriã Aug. Volũt.n.

August. ꝙ informitas materiæ præcesserit suã formationẽ 12. Confess.

D nõ tp̃e sed origine et natura,quia semper informe secundũ cap.29.

ipsum natura et origine præcedit formatũ: et sicut materia ĩformis natura et origine præcessit suã formationẽ,ita multo magis natura & origine præcessit oẽ tẽpus. Nã secundũ ipsum cœli et elemẽta ab initio fuerũt formata,et distincta. Sed dr̃ fuisse producta ĩformia, qa natura et origine præcesserunt suã formationẽ:et quia sub ista informi materia cõtinetur ipsum primũ mobile in cuius motu fundatur tp̃s, scd̃m hãc opinionẽ primũ mobile vt pertinet ad informem materiã præcessit suã formationẽ natura & origine; & ipsa formatio primi mobilis natura & origine præcessit suũ motũ cum sit accidens,et substãtia natura et origine sit prior accidente:& multo magis præcessit tẽpus, cũ motus ille natura et origine sit prior tẽpore et sit cã tẽporis: per hæc autem sunt omnia declarata & argumenta soluta.

Cap. XXI.

Quòd mundus factus est et incœpit ante omne tempus & cum tempore, sed non incœpit in tempore: incœpit quidem ante omnem diem, sed nō incœpit in die nec cum die.



Cap. 9. VONIAM August. de inceptione mundi & de factione cæli & terræ, ac etiā de factione siue de productione illius materiæ informis, videtur diuersimode loqui: quia aliqñ (vt patet ex. 12. Cōfess.) ista ostendit esse facta & producta ante tpa, quia quū de pductione istorū loqtur Moyses, tacet de tpibus, silet de diebus, innuens ista
Cap. 6. esse producta ante oē tps & ante oēm diē. Sed in. xi. de Ciuitate dei vult φ mundus sit factus cum tpe sed nō in tpe. Ait. n. Proculdubio nō est mundus factus in tpe, sed cū tpe. Quod. n. fit in tpe, & post aliqđ fit, et ante aliqđ tps, post id qđ præteritū est, ante id qđ futurū est. Nullū autē ante mundū posset esse præteritū, quia nulla erat creatura, cuius mutabilibus motibus ageretur (et subdit) Cū tpe factus est mundus, si in eius cōdōne factus est mutabilis motus, sicut videtur se habere ēt ordo ille primorū sex vel septē dierū, in quibus mane & vespera noiantur, donec oia quæ his diebus Deus fecit, sexto perficiantur die, septimoq; in magno mysterio dei vacatio cōmendetur. Verū quia Augustinus semp dubie loquitur in hac materia, licet ad vnā partē semp videatur declinare magis φ ad aliā, ideo idē ibidem subdit. Qui dies cuiusmodi sint, aut perdifficile nobis, aut ēt impossibile est cogitare. Sed licet August. in hac materia nihil pertinaciter asserat, dat tñ nobis materiā cogitandi, & innuit mundū fuisse factū & incepisse ante oē tps & cum tpe sed nō in tpe: innuit etiā φ in ipsa cōdōne mundi factus est motus mutabilis. cū quo factū est tps, cum quo tpe incœpit mundus: innuit insuper φ sic fuit factus iste motus mutabilis, sicut videtur se hēre ordo ille primorū sex vel septem dierū, in quibus mane & vespera noiantur, donec oia sunt facta. Scđm vero cōem sanctorū sñiam non reuocantiū in dubium φ ad literā fuerunt hmōi sex dies, per quos lux illa pducta pgens à meridie in occidens faciebat vesperā, veniens aūt ad oriens & rediens ad meridiē faciebat mane; et sic erat dies vnus vbi erat cōpleta circulatio incipiēs à meridie vel ab oriente, vbi creditur facta illa lux, & rediens illuc facit vesperam & mane: ergo dicere possumus φ mundus factus statim fecit motū ab oriente in occidens, sicut quem motū illa lux pducta statim incepit moueri et facere vesperā & mane; quo posito verificatur dictū Augustini φ mundus fuit factus ante tps & cum tpe, sed non
Tex. 115. in tpe. Distinguit aūt Philosophus in. 4. Phy. φ quatuor modis dicitur aliqd esse in tpe. Primo quidē modo dicitur aliquid esse in tpe, quia est cum tpe, vel ēt qñ est tps. Sed iste modus multum videtur improprius, qđ patet quadrupliciter, primo prout tps cōparatur ad motū, scđo prout cōparatur ad locū, tertio prout cōparatur ad spūalia, et quarto pro-

A vt cōparatur ad corporalia. Prima via sic patet: nā sicut aliqua sunt in tpe & dñr esse tpalia, sic aliqua sunt in motu & dñr esse mobilia, & cum motus de se sit quidā actus quia est actus mobilis, ita mobilia pprie sunt in motu qñ actu mouentur: si ergo hoc esset, esse in tpe, esse qñ est tps, hoc esset esse in motu, esse quādo est motus. Quo posito, vno quocunq; moto oia mouerentur, vt mota materia moueretur terra, & mouerentur oia. Nam quodcūq; sit illud qđ modò possumus affirmare φ motus est, & oia alia entia sunt, qñ est ille motus: sed quia (vt dictū est) hoc dicebatur esse in motu, esse, qñ est motus, vno moto oia entia essent in motu, & oia mouerētur qđ esset absurdū: quare si nō est eē in motu, esse qñ est motus, non erit esse in tpe, esse quādo est tps, sed hoc erit esse. in tpe, contineri à tpe. Scđa via ad hoc idē patet put tps cōparatur ad locū: nā si hoc esset esse in tpe, esse
B qñ est tps, hoc esset esse in loco, esse qñ est locus: & qa granum milii pōt esse alicuius locus, quia aliquid posset esse in grano milij. hac itaq; hypothesi stante, esset in grano milii oē illud quod est qñ est granum milii: ideo arguit philosophus in. 4. phy. φ cœlū esset in grano milij. quare sicut non Tex. 116.
est esse in loco, esse qñ est locus, quia totum cœlum esset in grano milij, quia est qñ est granum milij; sed esse in loco est contineri à loco. sic nō est esse in tpe, esse quādo est tps, sed esse in tpe, est contineri à tpe. Tertia via ad hoc idē sumitur put tps comparatur ad spūalia: si. n. hoc esset esse in tpe, esse quādo est tps, ipsæ intelligentiæ, et ēt ipse deus esset in tpe. quia esset quādo est tps, cum tamē scđm veritatem Deus non sit in tpe, sed sit supra tps, quia non continetur à tpe. sed magis continet tps: non. n. opus habet Deus vt ab aliquo contineatur, cum ipse continet oia. Vnde August. 1.
C Confess. circa principium loquēs Deo de hoc, dicit, An ne Cap. 3.
hēs opus, vt à quoq; cōtinearis, qui contines oia? Quarta via ad hoc idē sumitur prout tps cōparatur ad corporalia. nam si hoc esset esse in tpe, esse qñ est tps, hoc esset esse in rebus corporalibus, esse qñ sunt corporalia, & quia qđlibet corpus est, quādo est aliud corpus, qđlibet corpus esset in quolibet corpore vt vinum in vase, & vas in vino, cum vas sit, quando est vinum, & continens esset in contento, et ecōuerso, & oia in oibus; quæ sunt impossibilia: sicut ergo non est esse in re corporali, esse, quando est res corporalis, sed esse in aliquo corpore, est contineri ab alio corpore: sic nō est eē in tpe, esse quādo est tps, sed est cōtineri à tpe. Prætermisso igitur primo modo essendi in tpe, cum nō dicatur aliquid esse in tpe, quia est quādo est tps, ponit philosophus in 4. Phy. tres modos alios essendi in tpe. Nam longū & bre- à texi. 117.
D ue, & multū & paucum sunt in tpe: & præteritū & futu- vsq; ad. t. 129
rum, & ēt ipsum Nunc sunt in tpe: & tertio ipsa tpalia dicūtur esse in tpe. qui tres modi essendi in tpe sic accipiuntur. Nam aliquid pōt dici esse in tpe, quia est passio tpis siue proprietas tpis: nam semper passio dicitur esse in eo cuius est passio: ergo passiones & proprietates tpis sunt in tpe: & scđm hunc modū, longum & breue, multum et paucum sunt in tpe, quia sunt passiones tpis: sicut. n. linea dicitur longa et breuis, qa longū et breue sunt passiones lineæ, & sicut numerus et q̃titas discreta dicitur multa & pauca, sic oia hæc dicuntur de tpe, quia tps dicitur longum & breue, & dicitur multū et paucū. Scđo modo dicitur aliqd esse in tpe, quia est aliquid tpis, vtpote quia est pars tpis: & scđm hoc Præteritū & Futurum sunt in tpe, quia sunt partes tpis: scđm hoc ēt, potest dici aliquid in tpe, quia est

continuatiuum

continuatiuũ tẽporis, & sic Nunc dicitur esse in tempore, quia cõtinuat tp̃s: est.n. nũc in tp̃e, quia est inter tp̃s et tp̃s est.n. inter præteritũ et futuꝝ. Nã sicut dicitur aliqd esse in aqua, qa est inter aquã et aquã, et ex vtraq; parte hẽt aquã: sic est Nũc in tp̃e, quia est inter tp̃s et tp̃s, et ex vtraq; parte habet tp̃s: ante.n. & post, habet tp̃s, ante qdẽ hẽt præteritũ, & post hẽt futurũ. est.n. finis præteriti, et initiũ futuri. Aduertendũ tñ ꝙ in sequẽdo viã Philosophi, nunq̃ totũ tp̃s erit præteritũ, & nunq̃ totũ fuit futuꝝ, ita ꝙ nunq̃

4. Phy. t. 89. & inde.

est, vel erit, vel fuit totũ præteritũ, vel totũ futuꝝ; sẽ d'm ergo viam illã præteritũ et futuꝝ nunq̃ sunt totũ tp̃s, sed semper sunt partes tp̃is, ita ꝙ præteritũ et futurum nõ pñt esse in tp̃e tanq̃ totum in totũ, sed tanq̃ partes in toto: sed sc̃d'm fidem et veritatẽ in ipsa creatione mũdi tp̃s erat totũ futurum, ita ꝙ tunc futuꝝ non erat pars tp̃is sed totũ tp̃s, et in fine mundi cessante motu primi mobilis, tp̃s erit totũ præteritũ, ita ꝙ tunc præteritũ erit totum tp̃s non pars tp̃is. Sic ẽt dicere possumus de ipso Nũc, ꝙ sc̃d'm philosophũ semp nunc est in tp̃e, & est inter tp̃s et tp̃s: et sc̃d'm ipsum nũq̃

4. Phy. t. 104 & inde.

est dare Nunc, qđ sit ante oẽ tp̃s, nec quod sit post oẽ tp̃s: habet.n. tp̃s se nõ sicut linea recta, sed sicut circulus. Nam in linea recta est dare punctũ in capite lineæ, et in fine lineæ, & in medio lineæ: sed in circulo nõ est dare aliquem punctũ qui sit in principio circuli vel in fine circuli, sed q-libet punctus in eo est cõtinuatiuus partiũ circuli, quia est finis vnius eius partis & initiũ alterius, ita ꝙ nullus est punctus in circulo qui nõ sit inter lineã et lineã: sic (vt videtur) cum tp̃s non assimiletur lineæ rectæ sed lineæ circulari, vera est opinio philosophi, ꝙ nullũ est Nunc, qđ non sit inter tp̃s & tp̃s: et hoc modo sc̃d'm imaginationẽ philosophi nõ est vera sñia Fidei, ꝙ s. sit dare Nunc ante oẽ tp̃s, vel sit dare nunc post oẽ tp̃s. Dicendũ ergo ꝙ hæc imaginatio Philosophi nõ concludit, quia tp̃s se habet tanq̃ linea circularis vel sicut circulus in fieri, non in facto esse: imaginabimur ergo ꝙ Nũc fluens facit tempus, sicut si punctus fluens faceret lineam. posito ergo quod punctus moueretur circulariter et faceret circulum, et circulus ille esset in fieri, esset dare punctum vbi incepit fieri circulus anteq̃ nihil esset de circulo, & esset dare punctũ postq̃ nihil esset de circulo. Sic imaginabimur in ꝓposito, ꝙ nunc tp̃is in ipsa creatione mundi incœpit fluere & facere tp̃s, & desinet fluere et facere tp̃s. Quãdo ergo illud nũc qđ facit tp̃s incœpit fluere et facere tp̃s, totũ tẽpus erat futuꝝ, et erat ante omne tp̃s: quãdo autẽ desinet fluere et quãdo cessabit primum mobile moueri, totũ tp̃s erit præteritũ et erit post oẽ tp̃s. Sic ergo fuit in ipso primordio tp̃is, et sic erit in fine tp̃is mo-dò. tñ q̃diu durat tp̃s, præteritum et futuꝝ sunt partes temporis, et Nũc semp est cõtinuatiuũ tp̃is, quia est finis præteriti, et initiũ futuri. Reuertamur itaq; ad ꝓpositũ, et dicamus, ꝙ cùm diceremus ꝙ quatuor modis dicitur aliquid esse in tp̃e, quoꝝ vnus est oĩno amotus, quia non est esse in tp̃e, esse quãdo est tẽpus: restat ꝙ tribus modis dicatur aliquid esse in tp̃e, vt superius tangebatur. Vnus tñ istoꝝ modorũ diuiditur: nam esse in tp̃e qa est aliqd tp̃is, põt est duplex, quia vel est aliquid tẽporis tanq̃ pars, vt præteritum et futuꝝ sunt in tp̃e: vel est aliquid in tẽpore, quia est initium tẽporis, vel finis tẽporis, vel continuatiuũ tp̃is vt Nũc. Ergo quicquid est in tẽpore, vel est pars tp̃is, vel initiũ temporis, vel passio tẽporis, vel est mẽsuratũ et numeratum a tẽpore. Ex his aũt patere põt, qđ supra dicebatur, v 3, ꝙ mũdus nõ

A fuit factus in tẽpore, nec incepit in tẽpore, nec sc̃d'm totum suum esse vel sc̃d'm totã suã durationem est in tẽpore. quia vel hoc esset tanq̃ pars tẽporis, sicut præteritũ et futurum: vel tanq̃ initium tẽporis, sicut Nunc: vel tanq̃ passio tp̃is, sicut longum et breue, multũ et paucũ. vel tanq̃ contentũ à tp̃e: constat aũt ꝙ mundus nõ est pars tẽporis, non.n. diuiditur tp̃s in mundo: nec ẽt se habet mundus sc̃d'm ꝙ hmõi tanq̃ continuatiuũ eius: et dato ꝙ idẽ sit sc̃d'm rem Nunc cum ipso mundo vel cum primo mobili qđ est in mundo, non tñ sub illa rõne est continuatiuũ tẽporis, sed sub hac rõne (vt est Nũc) dicitur esse cõtinuatiuum eius: nec etiã mundus est passio tẽporis, vt hoc modo dicatur esse in tp̃e vel fieri in tp̃e, sicut accidentia fiunt in proprio subiecto. Relinquitur igitur ꝙ si mundus est factus in tp̃e, vel si factio mundi dicitur fuisse in tẽpore hoc sit rõne cõtinentiæ, quia. s. conti-

B neatur in tẽpore, fuisset ergo primo tp̃s q̃ mũdus fuisset factus: itaq; mundus nõ fuit factus in tp̃e, quia tp̃s nõ præcessit mundum; fuit tñ factus cum tẽpore et ante tp̃s, quia fuit factus in illo initio tẽporis, siue in ipso Nunc, qđ inchoauit tp̃s. quod sc̃d'm se est ante oẽ tẽpus, quia semp initium est ante illud cuius est initium. sed tñ hmõi nunc & hmõi initium tp̃is vt est cõiunctũ tp̃i, est simul cũ tẽpore: sc̃d'm quẽ modũ loquitur philosophus in. 4. Phi. ꝙ non est tempus sine nunc, nec nunc sine tẽpore. Mũdus ergo factus in nunc temporis quod fuit primũ initium tẽporis, dicitur fuisse factus ante tẽpus & cum tẽpore, sed non in tẽpore, prout in Titulo huius capituli dicebatur, et prout est per habita manifestum. Oĩbus ergo prætactis modis non habet dici mũdus factus in tẽpore, quia nõ continetur à tẽpore: nec sunt in mundo alii modi tacti superius, ꝑ quos dicatur mũdus factus in

Tex. 123. & inde.

C tẽpore: põt tamẽ sc̃d'm aliquẽ istoꝝ modoꝝ mundus dici factus cum tẽpore, vt põt per habita esse notũ. Præter tamen oẽs præfatos modos põt dici aliquid esse in tẽpore, non ꝙ contineatur à tp̃e, sed quia patitur à tẽpore. i. patitur à motu primi mobilis, cuius ꝓpria passio est tp̃s. Imaginabimur enim ꝙ in illo instanti in quo fuerunt facta cœlũ & terra, & incœpit primũ mobile rotari, incœpit Spũs dñi ferri super aquas, nõ quia ferreretur in se, sed quia hẽbat efficatiã super re labili et mobili. quæ ferebatur ẽt super primũ mobile, erat.n. ille motus primi mobilis, licet nõ appareret, quia nondũ erat factũ & distinctũ firmamentũ. i. octaua sphæra, quæ cum alijs sphæris cœlestibus sc̃d'a die incœpit contra moueri: et quia in illo instanti in quo factus est mũdus, incœpit motus primi mobilis cuius passio est tp̃s, in illo eodem instanti in quo factus est mundus incœpit passio mundi à tẽpore vel à motu in quo fundatur tp̃s, non ꝙ passio sit

Modus hic extrahi potest ab Arist. 4. Phy. tx. 117.

D in instanti, quia actio & passio fundãtur in motu, qui in instanti esse non potest: sicut ergo aliquid dicitur incipere in instanti quãuis in illo instanti nihil sit de tempore, sic actio & passio & motus possint dici incipere in instanti, non obstante ꝙ in instanti nihil sit de motu. Ex hoc ergo potest patere dictum Augustini in de Ciuitate dei dicentis quòd mundus non est factus in tẽpore: quod verum est quantũ ad continentiam, quia tẽpus non præcessit factionem mundi: factus est tamen in tempore quantũ ad actionẽ vel passionẽ, quia statim in ipsa factione mundi incœpit mundus pati à motu in quo habet esse tẽpus: & qa pati à tempore est ꝓpriè esse in tempore, quãtum ad passionem poterit dici mũdus factus in tempore. Ex hoc autem potest patere veritas Capituli, ꝙ mundus non incœpit in tẽpore quantum ad cõ

Gilb. in cap. de Actione. 6. Phy. tex. 21. et. 24.

tinentiam, licet possit dici incepisse in tẽpore quantum ad actionem et passionem, φ verò mundus nõ inceperit nec cũ die nec in die, patet, quia tempus incœpit ante omnem diẽ, vt in sequenti Capitulo poterit declarari.

Cap. XXII.

Quòd diuersimodè loquitur scriptura sacra de creatione mundi, quæ fuit ante omnem diem: & de alijs operibus sex dierum.

QVIA modò scriptura sacra diuersimodè loquitur de creatione mundi, q fuit ante oẽm diem; ideo diuersitatẽ istam in pñti capitulo volumus enarrare. B Sed anteq̃ hoc enarremus, volumus declarare, q̃ (sequendo cõem sanctorũ sniam) nõ est simile de tẽpore et de die: q̃ licet mundus fuerit factus cũ tẽpore & ante oẽ tempus, nõ tñ fuit factus cũ die, sed ante oẽm diẽ. In illo qdẽ instanti in quo fuit factus mundus, fuit factũ primum mobile cũ mundo, qd statim incœpit volui et incœpit rotare alios cœlos: et tunc statim incœpit tẽpus, vt dicatur mũdus creatus in principio. i. ĩ principio tpis, prout scd'm vnũ modum exponendi exponit August. super Gen. circa princ. Nam scd'm eundẽ Aug. nõ est recurrendũ ad miraculũ, q̃ possumus aliquid naturaliter saluare. C Vnde ait. 2. super Gen. circa principiũ. quẽadmodũ Deus instituerit naturas rerũ, ita secundũ scripturas eius nos cõuenit quærere, nõ qd in eis vel ex eis ad miraculum potentiæ suæ velit operari. In scripturis. n. sacris non debemus quærere opera diuina scd'm miraculũ, vbi possumus ea aliter quærere. Si ergo, qñ incœpit tps nõ statim incœpisset primus motus, fuisset aliqd tẽpus ante oẽm motum primũ, et per cõsequens fuisset aliqs motus ante primũ motum, et in exponendo scripturas sacras oporteret recurrere ad miraculũ vbi possumus pcedere scd'm naturas rerũ. Propter qd statim incœpit tẽpus, et statim incœpit motus primi mobilis, q̃ fuit factus mũdus: nõ tñ statim incœpit dies, sed fuit valde parua morula inter inceptionẽ tpis et factionem diei, siue factionẽ lucis, vbi fuit lux diuisa à tenebris; sicut fuit valde parua morula inter creatione angelorũ quæ fuit in initio mũdi, et eorũ lapsum et cõuersionẽ. D Loquebatur. n. Moyses populo rudi et grosso, ideo nihil in principio Gen. loquebatur de spũalibus angelis: sed per ipsam lucẽ corporalẽ diuisam à tenebris, dabatur intelligi diuisio bonorũ angelorũ à malis. Cõcludamus igitur, et dicamus, φ si elementa in ipso initio mundi fuerunt pducta distincta scd'm substantiã siue scd'm suas substantiales formas, licet in se habuerint aliquã cõfusionẽ multo magis ipsi cœli fuerũt pducti distincti scd'm suas substãtiales formas licet in se habuerint aliquã cõfusionẽ, vt in prosequendo patebit, rõne cuius firmamentũ seu cœlũ sydereum scd'a die dicitur factũ. Primum itaq; mobile, i. cœlũ crystallinum in ipso initio mundi productũ distinctũ scd'm suã substantialẽ formã, statim incœpit hẽre suũ motũ: de quo põt exponi qd dicitur in Genesi ẽ; ante oẽm diem, φ spũs dñi ferebatur sup aquas: q̃a ipsæ

Cap. 1.

Etiã quia nõdũ erat capax & dignus põ ad hoc mysteriũ capescendũ. Et hic est mos diuinæ sapientiæ, nõ oĩa statim reuelare, sed ea dũtaxat quæ p temporũ varietate et progressu vi det esse necessarie, vt quæ uis ætas suis gaudeat reuelationibus.

A aquæ. i. ipsi cœli mobiles ferebantur, et mouebantur à spiritu dni: de quibus aquis verificatur qd dictũ est secũda die, fiat firmamentum in medio aquarũ. i. in medio cœlorum, sicut cœlum sydereum est factum inter primum mobile & alios cœlos planetarũ: et diuidat aquas ab aquis. i. diuidat primũ mobile ab alijs cœlis planetarũ, qui oẽs cœli (quia in ipso initio inceperunt labi et moueri) vocati sunt aquæ, & dictus est spũs dñi ferri super eis. Cum ipso ergo mũdo incœpit primus motus et incœpit tps, et ex hoc dictũ est tẽpus vnum de quatuor coæuis. Sed tunc statim incœpit dies, q̃ facta est lux, quæ motu primi mobilis incœpit rotari versus occidens, & venire ad oriens, et facere vesperam et mane: Et quia factionẽ lucis siue factionem diei præcessit factio mundi, mundus nõ dicitur esse factus cum die, sed ante oẽm diẽ: nisi forte vellemus exponere, mundũ esse factũ cũ die. i. B parum ante diẽ, quia modica fuit morula inter creationem mundi & factionẽ lucis, cũ qua incœpit dies; sicut modica fuit morula inter creationẽ Angeli, et cõuersionẽ eius, quæ noĩe lucis datur intelligi. Vel possumus dicere mundũ factũ esse cum die, vt illa modica morula quæ præcessit lucem, cõputetur cũ prima die. His itaq; prælibatis, volumus narrare, qño diuersimode loqtur scriptura sacra, quum describit creationẽ rerũ, quæ fuit ante oẽm diẽ: et quũ loqtur de operibus sex dierũ. Possumus. n. dicere φ triplex diuersitas est quãtũ ad triã: v3, quãtũ ad ipsam operationẽ, quãtũ ad verum enumerationẽ, & quãtũ ad Trinitatis insinuationẽ quorũ primũ intendimus in hoc capitulo declarare. Propter qd sciendũ φ in principio Geneseos aliter describitur ipsa primordialis productio rerũ, et aliter describuntur opera sex dierũ. Nam primordialis productio rerũ describitur per simplicẽ emanationẽ à Primo, ideo dicitur In principio C creauit Deus cœlũ et terrã. Creatio quidẽ nõ est motus, nec mutatio propriè loquendo: motus. n. nõ est, quia oĩs motus fit in tpe, creatio verò fit in Instanti: mutatio aũt nõ est, quia nõ est terminus motus, creationẽ aũt nullus põt præcedere motus, quia nulla est præiacens materia cuius variatio sit motus, ad quẽ motum sequatur creatio: sed (vt cõiter ponitur) Creatio est simplex emanatio rerũ à Primo. Primordialis itaq; creatio rerũ describitur per creationẽ seu per simplicẽ emanationẽ, quũ dicitur In principio creauit Deus cœlum et terrã. Inter quos cœlũ et terrã ẽt in ipso primordio erant abyssus et tenebræ: et erant aquæ super quas ferebatur Spũs dñi. i. erant aquæ quæ ferebantur et mouebãtur à Spũ dni. Opera tñ sex dierũ nõ describũtur per creationẽ, sed per factionẽ, quũ dixit Deus, fiat lux, et facta est lux: qd factũ fuit prima die: et quũ dixit Deus, fiat firmamẽtũ D in medio aquarũ, et quũ dixit, fecit Deus firmamẽtum, & quũ dixit factũ est ita, factum fuit scd'a die: et sic de alijs diebus. Nã in oĩbus operibus sex dierũ vel est, FIAT, vel factũ est ita, vel FECIT DEVS, vel sunt ibi oĩa ista: et si in operibus sex dierum sit mentio de creatione, iuxta illud Creauit Deus Cete grandia, ibi (creauit) exponẽdũ est pro (fecit): nam quũ dicitur, Creauitq; deus Cete grandia, & oẽm aĩam viuẽtẽ atq; motabilẽ, postea subditur, quã pduxerant aquæ in spẽs suas; nõ est igitur per creationem, q̃a nec aquæ, nec alicui creaturæ cõcessũ est φ possit aliqd creare. Dicamus itaq; φ prĩa pductio rerũ fuit per creationẽ, q̃a non erat materia præiacẽs de qua possent res fieri, sed solũ poterant creari: sed opera sex dierũ fuerunt p factionem, quia oĩa illa opera fuerunt facta ex aliqua materia, nã post

Verbũ (creauit) ad ea etiã aptatur, quæ nõ ex nihilo à deo facta sunt.

primã

primã creationẽ rerũ nihil post: a scd'm se totũ fuit creatũ. Dicimus (scd'm se totũ) ꝑꝑ hoĩem, in cuius ꝓductiõe semper est aliqua creatio q̃tum ad aĩam rõnalẽ. Itaq; primus hõ & alij hoĩes secundũ se totos nõ subiacent creationi, sed secundũ corpus fiunt ex materia præiacente, vt Adam fuit formatus de limo terræ, & Eua de costa viri, et oẽs alij homines tam mares q̃ fœminæ generantur ex menstruis, non ergo scd'm se totum, sed solũm q̃tum ad aĩam, hõ accipit eẽ per creationẽ. Si ergo volumus referre res ad suũ primordiale principium, sic oẽs res dicuntur esse creatæ qa si fiũt ex materia præiacente, illa materia quãtũ ad suum primordium hẽt esse per creationẽ: sed si volumus eas referre ad suum materiale principiũ proximũ et ĩmediatũ, sic res in ipsa ꝓductione primordiali ante oẽm diẽ acceperunt esse ꝑ creationẽ, sed postea in operibus sex dierum acceperũt eẽ per factionẽ: ideo dicitur ꝙ in principio creauit Deus cœlũ et terrã, postea dicitur, ꝙ primo die fecit lucẽ, scd'o firmamentũ, & sic de singulis. Si aũt dicitur ꝙ qnta die creauit Deus Cete grandia, ibi (creauit) accipitur pro (fecit) vt superius dicebatur. quia ex aquis tanquam ex materia præiacente fuerunt facta.

Cap. XXIII.

Quòd non solùm quãtũ ad operationẽ, sed ẽt quãtum ad rerũ enumerationẽ, et trinitatis insinuationẽ, diuersimode loquitur scriptura sacra de pria productione rerũ, et de operibus sex dierũ.



PATET quidẽ ex capitulo præcedẽti ꝙ q̃tum ad ipsam operationẽ aliter loquitur scriptura sacra de pria ꝓductiõe rerũ, et de operibus sex dierũ, quia illam primã productionẽ et illã primã operationẽ vocat scriptura sacra creationẽ, quũ dicitur, In pricipio creauit Deus cœlũ & terrã: operationes aũt alias sex dieꝶ vocat factiones. et si aliqñ in operibus sex dierũ dicat scriptura sacra ꝙ Deus creauit, exponẽdũ est (creauit) idest (fecit) vt antea dicebatur. Vel possumus dicere ꝙ licet oĩa oꝑa sex dieꝶ fuerint factiones, & nullum tale opus fuerit creatio nisi forte q̃tum ad aĩam rõnalẽ, nõ tñ vacat a mysterio ꝙ in operibus sex dierũ aliqñ sacra scriptura dicat, creauit: quia, si referrentur res ad suũ primordiale principiũ, ẽt ipsæ res factæ dicerẽtur creatæ, quia si sunt factæ de aliquo, et illud aliquid de aliquo scd'm scripturã sacram et scd'm veritatẽ nõ est abire in infinitũ, sed illud ex quo factæ sunt res, v3, materia rerũ primo producta, fuit creata ex nihilo. Aduertendũ aũt, ꝙ diximus oĩa opera sex dierũ fuisse factiones, et nõ fuisse ibi creationẽ, nisi forte quantũ ad aĩam rõnalẽ, ꝙ ideo addidimus ibi (forte), qa verba Au-

Lib.3 ca. 22. gust. super Gen. vĩr sonare, vel saltẽ videtur sub dubio relinquere, Vtrũ aĩa rõnalis primi hoĩs fuerit producta ante corpus in ipsa prima creatione rerũ, vt in operibus sex dierũ nihil sit creatũ, sed aĩa prius creata, postea sexta die corpori humano sit infusa: licet rõnabilius sit dicere de illa aĩa sicut de cæteris aĩabus, ꝙ creãdo fuerit infusa, et infundẽdo creata. quia qđ põt sine miraculo saluari, nõ oportet ꝙ ad

2.de Gen. ad lit.cap.1. miraculũ recurratur, vt supra ꝓbauimus per August. His itaq; visis, volumus ostẽdere ꝙ q̃tũ ad rerũ enumerationẽ,

A et q̃tũ ad Trinitatis insinuationẽ, diuersimode loqtur Scriptura sacra de prima ꝓductiõe rerũ, et de oꝑibus sex dierum. nã in prima productione rerũ aliter enumerat res, et aliter insinuat Trinitatẽ, q̃ in operibus sex dierũ. Propter primũ, sciendũ ꝙ in pria ꝓductione rerũ magis cõfusè enumerat res, et magis cõfuse noĩat eas: nã non noĩat distinctè nisi cœlũ & terrã, et tñ in hac distincta noĩatione sunt variæ expositiones Sanctoꝝ. Nã scd'm vnum modũ exponendi, per cœlũ intelligitur cœlum empyriũ: & per terrã elementũ terræ. Sunt tñ aliqui, qui per terrã volunt intelligere totã corporalẽ materiã: et per cœlũ angelicam et spũalem creaturã, iuxta illud August. super Gen. circa principium, Cap. 1.
An cœlũ intelligendũ est creatura spũalis, terra vero corporalis materies? et. 12. Cõfess. ait ꝙ scd'm vnũ modũ ex- Cap.17.
ponendi, In principio fecit cœlũ et terrã. i. intellectualẽ atq;

B sensibilem, vel corporalẽ atq; spũalem creaturã. Scd'm ergo primã expositionẽ accipiendo pro cœlo cœlũ empyriũ, & pro terra elementũ terræ, scriptura sacra in prima ꝓductione distinctè noĩauit extrema, quia cœlum & terrã: sed confusè noĩauit media, quia inter cœlũ empyriũ quod est vnũ extremũ oĩno superius, et terrã qđ est extremũ oĩno inferius, sunt media, aqua. s. aer, ignis, et oẽs cœli mobiles, quæ oĩa sub modo cõfuso scriptura sacra tribus vocabulis noĩauit, v3, per abyssum, et tenebras, et aquas, super quas ferebatur Spũs dñi: vt per abyssum intelligantur duo elemẽta s. aer et aqua simul mixta, quæ sic se habentia faciebant quandam abyssum et quandã confusionẽ: per tenebras intelligatur elementũ ignis qđ ante creationẽ lucis nõ lucebat, quia ignis in sphæra ꝓpria nõ lucet: erat ergo tenebrosus, & erat super faciẽ abyssi; & hmõi tenebræ & hmõi ele-

C mentũ ignis sic tenebrosum, erat super aerẽ ĩmixtũ aqua, quæ duo elementa aer & aqua tunc vocabãtur vel vocari poterant abyssus. Per aquas verò latas, & motas à spiritu dñi, possunt intelligi oẽs cœli mobiles. Nã spiritus dñi, scd'm vnum modũ exponendi, dicebatur ferri super aquas, nõ secundũ se, sed quia faciebat ipsas aquas et ipsos cœlos mobiles ferri & moueri. Nã ab ipso principio cœpit ipsum primum mobile moueri, et circũferre oẽs alios cœlos mobiles, vt super oẽs illas aquas et super oẽs illos cœlos diceretur ferri Spũs domini, quia virtute illius spiritus et virtute diuina oẽs illæ aquæ. s. oẽs illi cœli mouebantur, sicq; sub mõ confuso aquã & aerẽ per abyssum, ignem per tenebras, et per aquas oẽs cœlos mobiles noĩauit. quæ oĩa sunt inter cœlum empyriũ, et elemẽtũ terræ. Sed licet scriptura sacra quodãmodo confuse enumeret et enarret res productas, saltẽ res

D medias, quæ sunt inter cœlum empyriũ, et elementũ terræ, oꝑa tamẽ sex dieꝶ magis manifeste enumerat, quia in prima die fecit lucẽ, in scd'a fecit firmamentũ qđ vocauit cœlum, et in tertia cõgregauit aquas et distinxit elementa: in quarta fecit luminaria cœli, Solem, et Lunam, et Stellas, & hmõi. Habito q̃uo scriptura sacra diuersimode loquitur de prima ꝓductione rerũ, et de operibus sex dieꝶ quantũ ad ipsam operationẽ. quia operationẽ primã vocat creationẽ, quia de nihilo; oꝑationes alias sex dieꝶ vocat factiones, qa de aliquo: & ostenso q̃uo etiã diuersimode loquitur q̃tum ad ipsam rerũ enumerationẽ, quia magis confuse enumerat & enarrat res in ipsa prima ꝓductione, & postea magis clare loquitur in operibus sex dierum. Volumus ostendere ꝙ etiã diuersimode loquitur in insinuatione Trinitatis, quia aliter insinuatur & significatur Trinitas in prima

A pductione rerũ, & in operibus sex dierũ. Vtrobiq; quidem significatur tota trinitas, et vtrũq; est tota trinitas operata, primũ, v3, pductionẽ rerũ, et opera sex dierũ. Nã in prima pductione rerũ significatur Trinitas per Deũ, et per principiũ, et per spũm domini q ferebatur sup aquas. Nã quũ dicitur, Deus in principio creauit cœlũ et terrã (& postea subditur) spũs domini ferebatur sup aquas, in eo, ꝙ dicitur, Deus, intelligitur Pater: in eo ꝙ dicitur, In principio, significatur Filius: in eo ꝙ subditur, Spũs domini ferebatur sup aquas, datur intelligi Spũs sanctus, vt vult Aug. 1. super Gen. Deus ergo pater in principio. i. in suo filio creauit cœlum & terrã, & in spiritu sancto ferebatur super aquas, qa in spiritu sancto cõplacebat sibi in re pducta. Nã sicut mens artificis fertur sup opus, qñ est sibi cura de opere, & cõplacet sibi in opere. sic spũs sanctus ferebatur sup aquas, quia tota Trinitas et appropriate Spũs sanctus hẽbant curã de re pducta. sic ergo insinuatur Trinitas in prĩa pductione rerũ. Sed in opibus sex dierũ insinuatur Trinitas p Deũ dicentẽ, et per videre ꝙ esset bonũ: sic. n. loquitur scriptura de opere primæ diei, dixit Deus, fiat lux, et facta est lux, & vidit Deus lucẽ ꝙ esset bona. Et sic de opere tertiæ diei, Dixit verò Deus cõgregentur aquæ, factũq; est ita. Et sic de opere quartæ diei, Dixit aũt Deus, fiant luminaria, et factũ est ita, et vidit Deus qđ esset bonum. In eo ꝙ dicitur, Deus, intelligitur Pater: in eo ꝙ dicitur, Dixit. i. verbũ genuit, intelligitur Filius: in eo ꝙ subditur, Et vidit Deus ꝙ esset bonũ. i. cõplacuit sibi in re producta, intelligitur Spũs sanctus. In opere. n. cuiuslibet diei hñr hæc tria, Deus, Dixit, & Vidit ꝙ esset bonũ (excepto opere scđæ diei, vbi nõ dicitur, vidit Deus ꝙ esset bonũ) per quæ tria significatur tota Trinitas, pater, verbũ, et spũs sanctus. Quare aũt aliqñ prætermittitur, Vidit Deus ꝙ esset bonũ. i. cõplacuit sibi in re pducta, per qđ significatur spũs sanctus? Dici põt ꝙ qñ in opere cuiuslibet diei fit mentio de Patre, qui dixit, & de filio siue de verbo, qđ dicendo genuit, quia dicere non potest esse sine verbo, quia hoc est dicere, verbũ producere vel Verbum formare, et fit mẽtio de spũ sancto, in quo vidit ꝙ esset bonũ, & in quo sibi cõplacuit: vt ostẽdatur ꝙ tota Trinitas operata est nõ solum primã productionẽ rerũ, sed etiã oĩa opera sex dierum, quia indiuisa sunt opera trinitatis vt sancti tradunt, qm̃ est indiuisa substantia: aliqñ tñ in opere alicuius diei prætermittitur, Vidit Deus qđ esset bonũ, in quo significatur spũs sanctus, vt instruamur, & doceamur, ꝙ noĩato patre & filio, etiã non noĩato spũ sancto, intelligitur ibi spũs sanctus, tanq̃ nexus in ijs quæ nectit: & tanquã amor in re amata. Est. n. spũs amor nectens patrem & filium, & est amor in quo pater diligit filiũ & econuerso: est enim quidã naturalis amor patris ad filium, & filij ad patrẽ. Etsi contingat patrem nõ diligere filium vel econuerso, hoc est ex malitia patris vel ex malitia filij. Vbi autem nulla põt esse malitia, non põt intelligi pater & filius, nisi intelligatur amor vnius ad alterũ. Cùm ergo noĩatur pater & filius, et cùm noĩatur vterq;, intelligitur spũs sanctus, qui est amor vtriusq;. His itaq; declaratis, meritò forte aliquis dubitaret, quare in prima pductione rerũ sic loquatur scriptura sacra in quadã vniuersalitate et cõfusione, ꝙ Deus creauit cœlũ & terrã, et qđ erant tunc abyssus & tenebræ. In operibus aũt sex dierũ dixit Deus, fiat lux, et facta est lux, & sic de operibus alijs. Quare ergo in ipso primordio non dicitur, Dixit Deus, fiat cœlum, et factũ est cœlũ: vel fiat abyssus & facta est abyssus, & sic de alijs? Quod August. super Gen. circa principiũ dupliciter soluit: primo ex cõfusione ad distinctionẽ: scđo ex informitate ad formositatem. Vt sit prima solutio, ꝙ sicut fuerunt res prius cõfusæ et postea distinctæ, et per partes explicatæ, qualitercũq; sit istud prius siue origine siue tpe: sic scriptura sacra prius in quadã vniuersalitate & confusione loquitur de prĩa productione rerum quæ fuit ante oẽm diem, & postea distinctè & per partes explicat operationes sex dierũ. Hoc est ergo quod August. ibidem ait, Cur ita dictum est, In principio creauit Deus cœlum & terrã: & non dictũ est, In principio dixit Deus, Fiat cœlum et terra, et facta sunt cœlum et terra: sicut de luce enarratur, Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux? Vtrum prius vniuersaliter nomine cœli & terræ cõprehendendũ erat & cõmendandum qđ

B fecit Deus: & deinde per partes exequendum quõ fecerit, cũ per singula dicitur, Dixit Deus, fiat, idest, qa per Verbũ suum fecit quicquid fecit? Secunda via ad idem sumitur ex informitate ad formositatẽ: nam cum Verbũ illud sit semp formatum & formosum, & imperfectio & informitas (secundũ ꝙ hmõi) non imitentur Verbum illud, qñ dicebatur de ipsa informitate, quòd fuit primitus ante oẽm diem, non erat dicendũ, dixit Deus fiat. i. Verbum genuit nec per qđ fecit, sed postea in enumeratione dierũ qñ dicebatur de distinctione & ornatu rerũ in quibus consistit eorum formositas, tunc dicendum erat, Dixit, Deus fiat, idest, verbum genuit, & per quod fecit: quia res iam formatæ & formosæ imitãtur Verbũ illud, qđ nunq̃ potest esse informe. Hoc est ergo qđ August. in eodẽ loco ait. Cũ primum fiebat informitas materiæ siue spiritalis siue corporalis, non erat di-

C cendũ, dixit Deus, fiat. quia formã Verbi semper patri cohærentis, quo sempiternè dixit Deus oĩa, nõ imitatur imperfectio, cum dissimilis sit ab eo qđ summe ac primitus est.

Cap.1.

Alia personarũ insinuatio.

Quidã ab Hebræis edocti dicunt, cũ huius cœli vtilitas nõ dũ esset manifesta donec aquæ separarẽtur à terra, idcirco Moysen distulisse in tertiũ diẽ qñ facta est hmõi separatio. Mihi pbatur obstituisse Moysen ne diceret ꝙ esset bonũ, qm̃ firmamentum adhuc imperfectũ erat, cũ nõ hẽret suũ stellarũ ornatũ, in quo sũma illius pulchritudo cõsistit, suã deinde pfectionem quarto die adeptum est.

Li. 1. de Gen. ad lit. cap. 3

Cap. XXIIII.

Quòd Plato posuit quatuor modos essendi rerum: sed dimittendo uiam Platonis, possumus ostendere ꝙ res habent octo modos essendi.



ECVNDVM Platonis opinionem res istæ sensibiles et corporales habent quadruplicẽ modum essendi, v3, ideale, intellectuale, rõnale, & sensibile. Volunt quidem ꝙ istarũ rerũ sensibilium essent ideæ separatæ, vt

D puta lapis & planta hẽbant ideas separatas, quia secundũ ipsum est dare ideã lapidis, et ideã plantæ. Et ab illis ideis voluit ꝙ fierent species in mentibus angelorũ, in animabus nostris, et in materia sensibili; quia ab idea lapidis causabatur species lapidis in mẽte angelica, in aĩa nostra, et in materia sensibili: sed hmõi species recipiebantur in mente angelica magis vniuersaliter, in aĩa nostra minus vniuersaliter, in materia sensibili oĩno particulariter. ergo lapis habet quadruplex esse, vnum ideale prout est dare ideam lapidis, aliud intellectuale put ab illa idea causatur spẽs lapidis in mente angelica, tertium rõnale prout ab illa eadem

idea

A idea causatur huiusmodi species in anima nostra, at quar
tum omnino sensibile & particulare prout ab illa eadem
idea causatur forma lapidis in hac materia particulari et
sensibili. Et ideo fuit Platonis opinio in narrando rerum
principia, q unitas esset ex parte formæ, & pluralitas ex
parte materiæ. quia erat una idea, quæ suam similitudinẽ
imprimebat in pluribus rebus, utpotè in mentibus angelo-
rum, in animabus nostris, & in materia sensibili: ideo ex
parte formæ posuit unitatem, ex parte materiæ pluralita-
tem, quam diuisit secundum magnum et paruũ: quia mens
angelica recipiebat similitudinem ideæ lapidis vel cuius-
dam alterius ideæ secundum magnũ, quia recipiebat eam
valde uniuersaliter: anima autem nostra respectu intelligẽ
tiæ recipiebat secũdũ paruum, quia recipiebat minus uni-
uersaliter, sed respectu materiæ sensibilis recipiebat ani-
B ma nostra huiusmodi similitudinem secundum magnum.
sed materia sensibilis recipiebat eam omnino secundum
paruum, quia recipiebat eam omnino contractè & parti-
cularitet, quæ omnia locũ habent in primo Phy. ubi hæc
Platonis opinio recitatur. Sed hæc opinio stare non põt,
primo quia ponebat istas ideas separatas: tamen Aug. lib.
Octuagintatrium quæstionũ nititur ipsum excusare, dicẽs
q posuit eas in mente diuina. Sed hoc non est ex doctrina
Platonica. Nam sequentes Platonem, has ideas oĩno ponũt
separatas, & vocant eas Deos, vt patet ex lib. Procli. Hoc
etiam idem quædam glosa super Gen. innuit, dicens q Pla-
to posuit tria rerum principia, Deum, Exemplar, & Ma-
teriam: innuens fuisse Platonis opinionẽ, ideas fuisse quæ-
dam exemplaria, ad quæ aspiciebat Deus cùm volebat ali
quid agere: sed ponere tales ideas separatas, est inconue-
C niens, vt patet per Philosophum in pluribus suis libris. Rur
sus posuit ideas illas esse quiditates rerum sensibilium, asse
rens q de illis esset scientia, quem deridendo philosophus
in Posterioribus ait, Gaudeant enim species, mõstra enim
sunt, & si sunt, nihil ad rationem. Dicuntur enim aliqui
gaudere qui stant ociosi & nihil faciunt, ideo derisoriè di-
xit Philosophus, Gaudeant species, idest, gaudeant ideæ et
quiescant, monstra enim sunt. i. contra naturã sunt, et nihil
sunt, & si sunt, nihil ad rationem. i. nihil ad scientiam, qa
nihil conferunt ad nostrum scire, habent enim hæc sensibi
lia suas causas & sua principia per quæ sciuntur; pp̃ter
quod nõ indigemus ideis Platonicis ad sciendũ, quiescant
ergo ideæ et gaudeant, et non inquietentur a nobis pp̃ scie-
re nostrũ. Quod vero Plato posuit q ab ideis deriuabãtur
species in mentibus angelorum, si dixisset hoc de ideis in
D mente diuina, bene dixisset. sed quia dixit hoc de ideis se-
paratis, non bene dixit, quia nec est dare tales ideas. Quod
etiã dixit de animabus nostris q ab illis ideis deriuabãtur
spẽs in animas nostras, de quibuscũq; ideis loquatur, patet
esse falsum, quia tunc nostrũ discere esset reminisci: si. n.
anima nostra in sui primordio haberet species sic impres
sas, non disceret aliquid de nouo, quia nullas nouas species
acquireret, sed solum reminisceretur, quod Philosophus in
probando in tertio de Anima ponit q intellectus noster in
sui primordio est sicut tabula rasa, in qua nihil est scriptũ.
Quod aũt ulterius dixit de materia sensibili, patet qd' est
dare particularia agentia, à quibus introducuntur particu
lares formæ in materia sensibili, vt non oporteat ponere
ideas: sufficit quidem ponere ideas in mente diuina: à qui-
bus facta est prima productio rerum, et subiecta sunt passi

Nihil einsmodi apud Plat legitur, sed hoc ei attribuit Arist.

T.55. et. 80.

Plato in Timæo circa medium, probat breuiter ideas esse.

1. Lib. post. t.35.7. meta. 33.10. meta. tex. vlti.

Tex. 14.

A ua actiuis, vt naturaliter fiant effectus sensibiles quos vi-
demus. His itaq; prælibatis, dicamus q licet de modis es-
sendi rerum non sit tenenda Platonis opinio, gratias refer
re tamen debemus Platoni, quia dedit nobis materiã cogi-
tandi & inuestigandi modos essendi rerum, secũdũ quem
modum loquitur Philosophus in. 2. Metaphy. q hẽre gra- Tex.2.
tias debemus his qui sunt discordes ab opinionibus nostris,
excitauerunt. n. intellectum nostrum. Possumus ergo dice-
re q (quantũ ad præsens spectat) octo sunt modi essendi re- Octo gradus
rum: habẽt enim res esse in deo: in mente angelica: in se- essendi rer.
ipsis: in rationibus obediẽtialibus: in rationibus seminali-
bus: in elemẽtis: in suis principijs: & in sua duratione. Res
enim in deo sunt æternaliter, in mente angelica intellectua
liter, in seipsis essentialiter, in rationibus obedientialibus
materialiter, in rationibus seminalibus primordialiter, in
B elementis causaliter, in suis principijs terminatiue, in sua
duratione perpetualiter. In deo quidem sunt æternaliter,
quia quæ videmus per tempora explicari, fiunt ab æterno I.
in mente diuina, & rõnes eorũ ab æterno fuerunt in deo.
Et quia hæ rationes appropriatè dñr esse in filio, Deus
pater dicitur omnia facere per filium, et filius dicitur esse
ars patris, plena omnium istarum rationum. Hoc est ergo
quod August. dixit. 6. de Trin. quòd filius est ars quæ- Cap. 6.
dam omnipotentis atque sapientis Dei, plena omnium rõ-
num viuentium incommutabilium. Rationes enim sunt in
Deo rerum viuentium & non viuentium, & sunt ibi ra-
tiones rerum mutabilium & variabilium. rationes tamen
rerum non viuentium, vt sunt in Deo, sunt viuentes. Ideo
dicitur Ioan. 1. Quod factum est, in ipso vita erat. Omne
enim quod factum est, & omnia ista quæ facta sunt, & et
C quæ non viuunt, ab æterno erant vita in Deo, et viuebant
in ipso: nam quicquid est in Deo, Deus est. Si ergo Deus
est viuus & est ipsa vita, ea quæ sunt in ipso (vt sunt hu-
iusmodi) viuunt & sunt ipsa vita: sic etiam rationes rerũ
commutabilium sunt in deo incommutabiliter, quia apud
ipsum non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio, Iac. 1.
ideo rationes illas quibus ars diuina dicitur esse plena, vo-
cat Aug. viuentes & incõmutabiles. Secundo dicuntur res II.
esse in mẽte angelica intellectualiter: si enim Plato posuis
set illas ideas & illas rõnes in mente diuina, & dixisset
quòd ab eisdem ideis & ab eisdem rationibus in mente di
uina fluxerunt species in mentes angelicas intellectualis
ter, & in materiam exteriorem sensibiliter, bene dixisset:
sed in hoc errauit q non posuit illas in mente diuina, sed
per se separatas. Habent itaq; res esse non solum in Deo
D æternaliter, sed etiam in mente angelica intellectualiter:
quia ab illis rationibus æternis fluxerunt species intelle-
ctuales rerũ in mentes angelicas: et ex hoc omnis intelligẽ
tia in libro de Causis dicta est plena formis, quia quot po- Prop. 4.
tuit recipere de formis & spẽbus intelligibilibus ab ideis
& rationibus in mente diuina, tot recepit: & quia omne
quod recipitur in aliquo, recipitur secũdum modum rei re
cipientis, quia mentes angelicæ sunt intellectuales, res hñt
ibi esse intellectualiter. Tertio res hñt esse in seipsis essen III.
tialiter, quia (vt probatur in. 7. Met.) vnũquodq; est id, qd' Tex. 21.
est per essentiã suam: & quia res in seipsis sunt id quod
sunt, dicuntur in seipsis esse essentialiter. Quarto res sunt IIII.
in rõnibus obedientialibus materialiter: dicũtur enim ra-
tiones obedientiales ad differentiã rõnum seminaliũ. Illæ
quidẽ dñr rõnes seminales, quas Deus inseruit materiæ pa

vt subijcitur agentibus naturalibus, de quibus loquitur Au A
Cap. 9. gust. in multis locis. Nã tertio de Trinitate ait, ꝙ sicut ma
tres grauidæ sunt fœtibus, sic iste mundus causis nascẽtiũ.
Et idem in eodẽ libro vult, ꝙ quicquid fecerunt illi mali
angeli tpe Pharaonis, fecerunt per adhibita semina cõiun
gendo actiua passiuis. Ad differentiã ergo rõnum harum
seminalium per quas fiunt res naturaliter, dicũtur esse in
materia rõnes obediẽtiales per quas fiunt supnaturaliter.
Ideo diximus ꝙ in rõnibus obedientialibus sunt res mate
rialiter, quia ex quo ipsa materia est pducta à deo, op3 ꝙ
ipsa materia sit ad obedientiã dei, vt fiat de ea quod vult
Deus, & scd'm hoc dicuntur in materia esse rõnes obediẽ
tiales. Constat aũt ꝙ materia non est pducta à naturali
bus agentibus, ideo nõ est ad obedientiam eoꝝ, nisi quate
nus ordinauit Deus. et nisi quatenus voluit Deus inserere
materiæ rõnes seminales, vt scd'm eas agerent agentia na B
turalia: aliqua tñ reseruauit sibi posse facere de materia
quæ non pñt naturalia agentia, & illa dñr fieri scd'm ra
tiones obedientiales. Scd'm itaq; tales rõnes dicerentur res
esse materialiter, quia ipsa materia sic subiecta Deo est,
V. vt fiãt de ea res quas Deus vult. Quinto res sunt in rõni
bus seminalibus primordialiter, vel (vt clarius loquamur)
naturaliter. nam (vt diximus) ea dicuntur fieri scd'm rõ
nes seminales quæ fiunt naturaliter, vel quæ fiunt à natu
ralibus agentibus: tñ possunt dici scd'm rõnes seminales
res esse primordialiter. quia prius sunt scd'm rõnes semi
VI. nales q̃ scd'm seipsa. Sexto dicuntur esse res in elementis
causaliter, vt distinguamus inter rõnes seminales, & elemẽ
ta: vt rõnes seminales magis sonent in quandã aptitudinem
passiuã, prout sunt in materia quædã aptitudines p quas
1.70.75.79. pñt fieri tales effectus: vt sicut Philosophus in pri̊o Phy. C
posuit tria reꝝ principia, materiam, formã, & priuatio
nẽ, reprehendendo Platonẽ, quia priuationẽ despexit, no
lens ipsam ponere principiũ: sic nos dicamus tria esse prin
cipia, materiam, formã, et rõnẽ seminalẽ. Aduertendũ aũt
ꝙ cum priuatio de se sit non ens, si aũt dicit aptitudinem,
hoc videtur esse per quandã implicationẽ & cõcomitan
tiam: illud.n. est priuatum quod nõ est, est tñ aptum natum
esse. Ratio enĩ seminalis magis dixit ipsam aptitudinẽ ad
rem fiendã. et ideo magis videtur esse ponendã rõnem se
minalẽ principiũ, q̃ priuationẽ, q̃uis vna videatur inten
tio vtriusq; dicentis. Sed diceret aliquis ꝙ semen sonat in
actionẽ, ideo in generatiõe aĩalium qđ dat masculus dici
tur semen, qđ dat fœmina dicitur menstruum: semen ergo
qđ se tenet ex parte masculi in actionẽ sonat. rõnem itaq;
seminalẽ possumus hoc modo referre ad actionẽ. quia ex D
ponemus ꝙ in materia est rõ seminalis. i. est ratio per quã
subijcitur actioni. quare si Aug. videtur distinguere inter
res, esse scd'm causas, et scd'm rõnes seminales, vt patet ex
Cap. 10. 6. super Gen. possumus per quãdam adaptationẽ dicere ꝙ
in elementis & in agentibus secundis sunt res causaliter
per eoꝝ virtutẽ actiuã, sed in rõnibus seminalibus sũt na
VII. turaliter per quandã aptitudinẽ passiuã. Septimo res sunt
in suis principijs terminatiue. nã principia reꝝ sunt quasi
quidam termini et quidã fines, cuiusmodi sunt genus &
differentia, vel materia et forma, intra quos clauditur res
quasi inter quosdã terminos, quos nõ pñt excedere. Octa
VIII. uo res sunt in sua duratione perpetualiter: nã vidit Deus
cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. et quia talia sũt,
non est bonum ꝙ pereant, sed qđ durent & maneant, &

A perpetuẽtur, q̃diu perpetuabitur motus primi mobilis. Sed
hæc duratio perpetua, aliqua respicit scd'm idẽtitatem nu
meralem, aliqua scd'm idẽtitatem specificam; vt quæ non
possunt perpetuari eadem numero, perpetuantur eadẽ spe
cie, vt vult August. primo super Gen. & Philosophus. 2. de Cap. 8.
Generatione. Tex. vltimo.

Cap. XXV.

Quòd omnes istos octo modos essendi rerum tangit August. & omnes possunt accipi ex scriptura sacra in prima rerum productione, & in earum distinctione.



B AVGVSTINVS secũdo de
Gen. ad literã tres modos distin Cap. 8.
guit essendi rerum: quia res scd'm
ipsum fuerunt prius in Verbo, po
stea fuerunt in cognitione ange
lica, vltimo in genere proprio. Di
cit aũt ꝙ conditio cœli prius erat
in verbo Dei secundum sapientiam genitam, deinde facta
est in creatura spirituali, hoc est in cognitione angelorum
secundum creatam in illis sapientiam. deinde cœlum fa
ctum est vt esset etiã ipsa cœli creatura in genere pprio.
In. 5. verò libro distinguit aliter triplex esse rerũ, volens Ca. 3. & vlti.
ꝙ res habeant esse in rationibus æternis, in rationibus se
minalibus, & in seipsis: ita ꝙ in prima distinctione nõ fe
cit mẽtionem de rationibus seminalibus, nec hic de cogni
C tione angelica. In. 6. verò vult ꝙ aliter res sunt in verbo Cap. 10.
Dei, vbi res non sunt factæ sed æternæ, aliter in elementis
mundi vbi sunt iam futuræ, aliter in rebus secundum cau
sas, sicut Adam formatus est de limo terræ, aliter in semi
nibus. vbi videtur distinguere quadruplex esse rerum, quia
sunt in Verbo æternaliter, sunt in elemẽtis prout sunt res
futuræ, causaliter sunt in ipsis rebus secũdum causas, pro
ut Adam formatus est secundũ rationes obedientiales, &
sunt in seminibus secundũ rationes seminales. Iam ergo ta
cti sunt sex modi essendi rerũ, quia sunt in Deo æternali
ter, in cognitione angelica sunt intellectualiter, in seipsis
essentialiter, in elementis causaliter, in causis diuinis sunt
secundũ rationes obedientiales, in seminibus secundum ra
tiones seminales. Superaddit aũt August. duos alios modos
quomodo sunt res in sua duratione perpetualiter: dicit. n.
D primo super Gen. quòd duo sunt propter quæ Deus amat Cap. 8.
creaturam vt sit & vt maneat (& subdit) quòd quædam
manent supergressa oẽm volubilitatem temporalem, idest,
quedam sunt incorporalia & manent eadẽ numero, quæ
dam verò secundum sui temporis modos per decessionem
& successionẽ, quia vnum decedit & aliud succedit, et ita
manent & perpetuantur eadẽ specie: oĩa ergo in sua dura
tione perpetuantur vel eadẽ numero vel eadẽ specie, ita
quod sunt res in sua duratione perpetualiter, sunt etiã in
suo genere terminatione, ita ꝙ non excedunt terminos sui
generis. Vñ Aug. ait, Cũ audimus, sic factũ est, vel (vt hẽt 2. de Gen. ad
nostra litera) et factũ est ita, itelligimus factã creaturã nõ lit. c. 8.
excessisse terminos sui generis. oẽs ergo illos octo modos
(vt patet per habita) innuit August. Rursus oẽs illi octo mo
di essendi possunt haberi ex scriptura sacra, q̃tum ad pri
mam

A mam rerũ productionem, & quantum ad earum distinctionẽ. Res.n. primò fuerunt productæ, & postea per tres dies fuerunt distinctæ quia in prima die fuit distincta lux à tenebris; in s'da fuit distinctum firmamentũ ab alijs cælis: in tertia fuerunt distincta elementa, quia fuerunt cõgregatæ aquæ in locũ vnum, & apparuit arida. In prima ergo productione rerũ possunt haberi duo modi essendi, put res habent esse in Deo æternaliter, & in ipsa materia informi obedientialiter. Nã cùm dicitur, in principio.i.in filio, tangitur esse rerum q̃ habent in Verbo æternaliter: cùm vero additur, creauit deus cælũ et terrã, tangitur esse rerũ.i. totam materiam illam, in qua res habent esse materialiter, & per consequens secundũ rõnes obedientiales. Producta enim fuit primò tota materia rerũ, ex qua factæ sunt res, non scd'm rationes seminales, sed secundũ rõnes obedientiales: ex illa enim materia facta fuerunt sydera, facta fuerunt animalia prima & perfecta, quæ quia non potuerũt B fieri secundũ rationes seminales, fuerunt factæ secundum

Cap. 1. rationes obedientiales. Nam August. plane dicit. 6. super Gen. circa principium, ꝙ sydera non fuerunt facta secundum rõnes seminales, fuerunt ergo facta secundum rationes obedientiales. Sic animalia perfecta, quæ non fiunt nisi à sibi simili, vt æquus non fit nisi ab equo, & homo ab homine, ista (dico) fuerunt primo producta, et nõ habuerunt aliquod præcedens simile, nec potuerunt fieri secundũ rationes seminales, sed obedientiales. producta ergo materia, omnia fuerunt producta materialiter non scd'm rationes seminales, sed obedientiales. In principio ergo & in filio omnia erant æternaliter, & in ipso creata sunt: cælum vero & terra, et omnia corporalia sunt producta in ipso primordio materialiter scd'm rationes obedientiales, quia producta materia sic fuit ad obedientiam Dei, vt omnia fierẽt C ex ea quæ vellet Deus. Et sicut in prima rerum productione tangitur duplex modus essendi rerum: sic in operatione primæ diei vbi distincta est lux à tenebris, tanguntur tres alij modi, videlicet, put res habent esse in seipsis essentialiter, in cognitione vero angelica intellectualiter, in sua autẽ duratione, perpetualiter. Sic enim dicitur ibi, dixitq; Deus, Fiat lux: & facta est lux: & vidit Deus lucem ꝙ esset bona. & factum est vespere et mane dies vnus. Tanguntur enim hic quatuor modi essendi, sed vnus illorũ iam est habitus: cùm enim dicitur, Fiat lux, exponendum est ꝙ per Verbum in quo facta est lux eternaliter, et in quo erat vt fieret, facta est lux in proprio genere essentialiter: & vidit Deus lucem q̃ esset bona.i. approbauit rem productã, vel complacuit sibi in ea, & placuit sibi ꝙ maneret. Vnde

Cap. 1. D Aug. 2. super Gen. Porrò quum audimus, & vidit Deus quod bonum est, intelligamus benignitatem eius placuisse q̃ factum est, vt pro modo sui generis maneret. Vidit ergo Deus ꝙ esset bonum, vt maneret perpetualiter vel in se, vel in eo ꝙ factum est de eo. Et factum est vespere & mane dies vnus, quantum ad cognitionẽ angelicam, scd'm vnum modum exponendi. in qua sunt res intellectualiter, quæ cognitio diuiditur per cognitionem vespertinam, & matutinam. Tacti ergo sunt quinq; modi essendi rerum, quia cũ dicitur, creauit Deus cælũ et terrã, itelliguntur esse factæ omnes res materialiter, secundum rationes obedientiales. In ipso aũt principio & in eo quod Deus dixit, fiat, exprimitur Dei filius & Dei verbum, in quo sunt res æternaliter. Et cum dicitur, facta est lux, exprimitur eius esse in

A seipsa essentialiter. Et quia vidit Deus lucem ꝙ esset bona, exprimitur esse in sua duratione perpetualiter, hoc enim modo vidit ꝙ esset bona, quia complacuit sibi, & voluit q̃ maneret & duraret. Et q̃ (secundũ vnum modũ expondi) factum est in cognitione angelica vespere et mane dies vnus, dat intelligi esse rerum, q̃ hñt in angelo intellectualiter. In opere aũt secundæ diei superadditur vnus modus essendi, put res habent esse in suo genere terminatiuè. Nã cùm dicitur, Dixit Deus, Fiat firmamentũ (idest, verbum genuit, in quo erat vt fieret), tangitur modus essendi quem habent res in verbo, de quo iam est tactũ. Et cùm subditur, Et fecit Deus firmamentũ (v3, in seipso) tangitur alius modus essendi quẽ habent res in seipsis, de quo ẽt iam est dictum. Sed cùm subditur, Et factum est ita, tangitur modus essendi, quẽ hñt res terminatiuè: vnde exponendũ est (et fa-

B ctum est ita).i. nec plus nec minus factũ est, nisi sicut Deus dixit, & sicut Deus ordinauit, vt res nec plus nec minus fierent, sed in suis terminis remanerent. Vnde August. 2. super Gen. ait, Cùm ergo audimus, Et factum est ita, intelligamus factam creaturã nõ excessisse præscriptos in verbo Dei terminos generis sui. In opere aũt tertiæ diei superadduntur duo alij modi essendi, vt sint in vniuerso octo modi. Nam in tertia die distincta sunt elementa, in q̃bus res habent esse causaliter, cùm dixit Deus, Cõgregentur aquæ in locũ vnum, & appareat arida. Nã August. ait. 2. super Gen. ꝙ cum dixit deus, congregentur aquæ, in locum vnum & appareat arida, tunc hæc duo elementa, aqua & terra, acceperunt species suas: sic ẽt possamus dicere ꝙ tũc etiã aer & ignis acceperunt spẽs suas, quia tunc aqua inficiebat totũ aerẽ, et inficiebat forte partẽ illam ignis quæ non

C est pura sed est imixta aeri: ergo in ipsa distinctiõe elemẽtorũ datur intelligi esse rerũ q̃ hñt in elemẽtis causaliter. Cũ aũt eadẽ tertia die dixit Deus, Germinet terra herbã virentẽ et facientẽ semen, datur intelligi esse rerũ q̃ hñt seminaliter vel scd'm rõnes seminales, quia tunc in illo verbo, Deus inseruit materiæ rõnes seminales cõiungẽdo actiua passiuis, vt fierent ex materia scd'm rõnes ibi inditas, et scd'm leges à deo datas sibi. Et sic narrati sunt oẽs octo modi essendi rerũ, quos Aug. in diuersis locis tangit, & ex scriptura sacra (vt patet p habita) haberi põt. Sed diceret aliquis ꝙ in assignãdo istos modos essendi, fecimus mentionẽ de vespere et mane, exponẽdo de vespertina et matutina cognitione angeli, q̃ fuit descẽdere ad opinionẽ Aug. & fuit diuersificare stylũ nostrũ scd'm quem sequuti sumus cõem opinionẽ Sanctorũ: ideo nullã faciendo mẽtionẽ

Li. 4. de Gen. ad lit. cap. 23. & inde. D de vespere & mane, volumus recolligere oẽs illos octo modos essendi. Nã prætermissis duobus modis essendi, qui põt accipi ex prima pductione rerũ, cùm dicitur, In pricipio i. in filio, in quo sunt oĩa æternaliter, creauit Deus cælũ & terrã.i. vniuersam rerũ materiã, vbi creata fuerunt oĩa materialiter scd'm rõnes obedientiales: et prætermissis duobus alijs modis, qui põt accipi ex opere tertiæ diei, quia cùm ibi dicitur, Cõgregentur aquæ in locũ vnũ, datur intelligi distinctio elementorũ, et potissimè datur ibi intelligi purificatio aeris et ignis quæ sunt elemẽta actiua, in q̃bus elemẽtis sunt res cãliter scd'm virtutes actiuas: et cùm ibidẽ subditur, Germinet terra herbã virentẽ, inseruit Deus in materia rõnes seminales, vt essent res in ea scd'm quasdã aptitudines passiuas. Præter hos quatuor modos eẽndi, designantur et in opibus primæ et secũdæ diei quatuor alij essendi

Res sũt ĩ igne & aere causaliter secũdũ virtutes actiuas.

modi, non descendendo nec ad vespere nec ad mane. Nam de luce, quæ pertinet ad primam diem, dicuntur tria, v 3, ꝙ dixit Deus, Fiat. & facta est. & vidit ꝙ esset bonum. De firmamento aũt, qđ pertinet ad secundã diem, superadditur vnum, v 4, Et factũ est ita, & dimittitur aliud, videlicet, Vidit Deus ꝙ esset bonũ: dicitur n. ibi Fiat firmamentum, sicut dicebatur, Fiat lux; & subditur, & fecit Deus firmamentũ, sicut & dicebatur, Et facta est lux: et super additur ibi, Et factum est ita. In primis ergo duobus diebus quatuor possumus notare, v 3, quòd dixit Deus, Fiat; & facta est siue fecit: & ꝙ factũ est ita: & ꝙ vidit Deus ꝙ esset bonũ. Dixit ergo Deus, Fiat, i. habeat esse in mente angelica. facta est siue fecit, prout habuit esse in natura propria. factum est ita, nec plus nec minus, prout habuit esse terminatum sec͠dm terminos generis proprii: et vidit Deus ꝙ esset bonum, i. complacuit sibi in re producta, & ex hoc voluit ꝙ haberet esse perpetuũ, vel in idẽtitate numerali, vel in sua specie. qñ. n. artifex cõplacet sibi i opere, vult ꝙ stet opus, qñ displicet sibi, destruit opus, quãuis placere & displicere sint accipienda in deo secundũ effectum, non secundũ varietatem affectus. Sed aduertendum ꝙ fiat, fecit, factum est ita, & vidit Deus ꝙ esset bonũ, non solum dicuntur de luce vel de firmamento. sed repetuntur in operibus aliorum dierum, & dicuntur de aliis rebus: nam & rebus aliis competunt isti varii modi essendi.

Cap. XXVI.

Quòd secundum opinionem August. omnes isti sex dies referendi sunt ad cognitionem angelicam, cum secundum ipsas res non fuerit nisi una dies multotiens repetita.

QVONIAM videtur Aug. in operibus sex dierum dissentire a cõi sanctorũ s̃nia, ideo bene se habet opinionẽ eius cũ diligẽtia pertractare. Sciendum ergo ꝙ secundũ ipsum oẽs isti sex dies si fuerũt alii & alii dies, hoc fuit sec͠dm cognitionẽ angelicam; in ipsa tñ re non fuit nisi vna dies multotiens repetita. Ad quod ponendũ (vt patet ex diuersis

Lib.4.p̄sertim locis super Gen.) rõne quadruplici mouetur, vt prima ratio sumatur ex parte infideliũ, contra quos Moyses loquebatur: secunda sumatur ex parte fidelium, quibus loquebatur: tertia sumatur ex parte ipsius Moysis, qui loquebatur: quarta ex parte ipsius scripturæ sacræ vel ẽt ex parte ipsorum verborũ, quæ Moyses scripsit & quæ loqueba-

I. tur. Prima via sic patet: quia valde cauendũ est sic exponere scripturã sacram, ne deridendi occasio infidelibus tribuatur. Si ergo sic fecit Deus per interualla tẽporum, et in vna die fecit lucem, & in alia firmamentũ, & sic de reliquis, qđ potuit totum simul facere, videtur ꝙ detur infidelibus occasio deridendi. Rursus qñ fecit lucem, constat ꝙ in instanti fecit, quid ergo fecit tota illa die, & quid expectauit? maxime de ipsis syderibus, & de ipsis cœlis, ꝙ sic

Cap. 19 per interualla sint facta, videtur ridiculũ. Ideo Aug. ait. 1. super Gen. turpe autẽ est nimis, et perniciosum, ac maxime

A cauendũ, vt christianũ de his rebus quasi sec͠dm christianas literas loquentẽ, ita delirare, vt quilibet infidelis audiat, & dicat ꝙ toto cœlo conspiciens errare, risum tenere vix possit. Et subdit, ꝙ non tam molestũ est ꝙ errans homo derideretur, sed ꝙ Doctores nostri tanꝗ indocti reprehendendi reprehendãtur. Sec͠da via ad hoc idẽ sumitur ex parte fidelium, qbus loquebatur: Moyses. n. loquebatur populo rudi & tardo, et ideo distinxit per interualla tẽporũ quæ fuerunt simul facta. q̃ñ ergo dicitur, Dixit Deus, Fiat lux, & postea dixit, Fiat firmamentũ, & sic de alys, totũ fuit simul factũ. sed sic distincte fuit pronunciatũ, vt tardus & rudis populus hoc melius caperet, vt patet ex eodẽ. 1. super Gen. Tertia via ad hoc sumitur ex p̃te ipsius Moysis, qui loquebatur: nã multa p̃nt simul fieri quæ non p̃nt simul dici, nã simul fit materia cũ forma, non tñ simul dicitur, quoniam sunt duo verba, oportet ꝙ prius proferatur vnum ꝗ aliud: dato tñ ꝙ posset simul dici & fieri, posset tamen quis per interualla narrare, qđ nõ fuit per interualla factũ. Ideo August. ait ꝙ quũ dicimus materiã & formã, simul dicuntur in quadã breuitate t̃pis, sed cũ sint duo verba oportet ꝙ vnũ ante alterũ p̃feratur. Et idem in eodẽ primo dixit (loquendo de factionibus istorũ sex dierũ) ꝙ potuit diuidere scriptura loquẽdi t̃pibus, qđ Deus faciendi t̃pibus nõ diuisit. quarta rõ sumitur ex parte ipsius scripturæ sacræ, et ex parte ipsorũ verborũ, quæ Moyses scripsit et quæ loquutus est. Nã postꝗ Moyses diuisit oẽs dies, et dixit quòd tali die factũ fuit hoc, et tali hoc, dixit ꝙ istæ sunt generationes cœli et terræ, qñ creatæ sunt in die quo fecit Deus cœlum & terrã, et oẽ virgultũ agri, vel (vt habet alia litera) & oẽ viride agri. Cõstat autẽ quòd cœlũ et terra fuerunt facta p̃ria die vel ante oẽm diẽ, virgultũ aũt agri factũ fuit die tertia, qñ dixit Deus, Germinet terra herbã virentem. (& subditur ibidẽ) & factũ est vespere & mane dies tertius: ergo, vt videtur, manifeste colligitur, quòd iste tertius dies fuit idem cũ prima die. pari rõne oẽs huiõi dies fuerũt idẽ qđ primus dies; ita quòd in re ipsa nõ fuit nisi vna dies multotiens repetita, vt plane dixit Aug. 5. super Gen. Et alibi scriptura sacra dixit quòd qui viuit in æternũ creauit oĩa simul. verũ quia maior est huius scripturæ authoritas ꝗ oĩs humani ingenii perspicacitas, vt dicitur. 2. sup Gen. ideo conatus est Aug. istum numerũ senariũ ad aliqd adaptare, ne videretur omnino deserere scripturã sacram. Et exinde in multis locis super Gen. & ad Orosium, & 11. de Ciuitate Dei, oẽs istos dies adaptat ad cognitionẽ angelicam. Habuit quidem ipse angelus in ipso primordio oẽs species rerum sibi concreatas, sed licet oẽs species rerũ fuerint factæ simul in mente angeli, nõn tñ sec͠dm oẽs illas species actu et distincte simul intellexit, sed intellexit vnũ post aliud. Et vt saluemus mentẽ Aug. dicamus, quòd angelus primò intellexit seipsum, & intellexit lucẽ factã, et in ista intellectione fuit vespere et mane: vt dicatur vespere, qñ intellexit se in proprio gñe et in seipso; dicatur mane, qñ hoc retulit in laudẽ creatoris. Dixit ergo Deus, Fiat lux. i. fiat creatura sp̃ualis cõuersa ad Deum, et sic ex hoc lux; quæ nõ cõuersa, erat tenebra; & in hoc fit vespere et mane. i. sp̃ualis creatura cognoscat sic seipsam cognitione vespertina in suo gñe, et matutina, referẽdo se in laudẽ creatoris, & fit hoc vespere & mane dies vnus. Sec͠dò cognouit Angelus per species sibi impressas ipsum firmamentũ, & cogitauit de ipsis cœlis, quo erãt diuisi, & quo erãt facti,

Margin notes (right column): II. (beside "reprehendãtur. Sec͠da via"); Cap. 15. (beside "rudis populus … 1. super"); III. (beside "Gen. Tertia via"); B (beside "quum sint duo verba"); IIII. (beside "quarta rõ sumitur"); Gen. 2. (beside "nes cœli et terræ"); C (beside "facta p̃ria die"); Eccl. 18. (beside "alibi scriptura sacra"); Cap. 19. (beside "Gen. ideo conatus"); Cap. 9. (beside "11. de Ciuitate Dei"); D (beside "fuerint factæ simul").

& quo

A *& quõ firmamentum qđ est cœlum sydereum, erat inter aquas superiores & inferiores.i.inter cœlum crystallinũ & cœlos planetarum: & in ista cognitione fuit vespere, cognoscendo hæc in ꝓprio genere: & fuit ẽt mane, referẽdo eo in laudẽ creatoris, & hoc vespere et mane factus est Dies secũdus, & iste dies secundus successit diei primo, qa remittitur cognitio angeli respectu sui cùm incœpit cogitare de alijs: quia et si nunq̃ cadit angelus a cogitatione sui ipsius quin semꝑ actu cogitet de seipso, cũ non ita intẽse nec ita directe cogitat de seipso, q̃ cogitat de alijs, sicut facit cũ conuertit se super seipsum. Tertio angelus cogitauit de elementis, q̃n sunt cõgregatæ aquæ in locum vnũ, quõ apparuit arida diuisa ab alijs elemẽtis, & quõ arida idest terra germinat herbã vireutẽ, et facientẽ semen, & lignum pomiferũ faciens fructũ: & in hac cogitatione fuit vespere & mane.i.fuit cognitio vespertina & matutina,* B *& factus fuit dies tertius, & iste dies tertius successit diei secundo, quia q̃n incœpit cogitare de istis, desijt cogitare de cœlis. Hi itaq; tres dies secundũ cogitationẽ angelicam appositi fuerunt ad cognoscendũ distinctiones rerum, quia primo cognouit & cogitauit de distinctione angelorũ, v 3, de distinctione lucis à tenebris, bonorum a malis: sc̃da die cogitauit de diuisione aquarum.i.cœlorũ. tertia vero, de distinctione elementorũ. Quarto angelus cogitauit de luminaribus cœli, quõ diuidunt diem ac noctẽ, quõ sunt in signa, tp̄a, dies, & annos, quõ sunt ibi duo luminaria magna, luminare maius.i.sol qui præest diei, & luminare minus.i. luna quæ præest nocti, & quõ sunt ibi stellæ: et in hoc fuit cognitio vespertina & matutina, et sic factus est sc̃d̃m cognitionẽ angelicam dies quartus, & iste dies quartus suc*C*cessit tertio, quia q̃n incepit se cõuertere et cogitare de luminaribus quæ sunt ornamenta cœlorũ, desijt cogitare de cõgregatione aquarũ, & de distinctione elementorũ. Quinto postquã iam cogitauerat angelus distinctiones rerum et ornamento cœlorũ, incœpit cogitare quõ aquæ producunt reptilia animæ viuentis, & quõ ꝓducuntur volatilia suꝑ terram sub firmamento cœli.i.in aere, & quõ in aqua sũt cete grandia, et variæ species piscium, et cogitabat q̃n in aere est nẽ volatile sc̃d̃m genus suum, quia sunt ibi variæ species auium, sunt.n. aues ornamẽtum aeris sicut pisces ornamentum aquæ: & in hac cogitatione de ornatu aeris et aquæ fuit vespere & mane, & sic sc̃d̃m cognitionẽ angelicam factus est dies quintus. Aduertendũ tñ sc̃d̃m Augu. tertio suꝑ Gen. ꝙ ꝑꝑ humiditatẽ aeris aues dr̃ esse factæ de aqua, vt ibi aer humidus et vaporosus sumatur ꝑ aquã: pisces ergo fuerunt facti de aqua, quia verè eorũ locus est* D *aqua. aues ẽt fuerũt factæ de aqua, quia fuerunt factæ de aere humido & vaporoso, vt videtur sentire Aug. Aduertendũ etiã ꝙ iste quintus dies successit quarto, quia q̃n angelus incœpit cogitare de auibus & piscibus quæ sunt ornamenta aeris et aquæ, desijt cogitare de luminaribus quæ sunt ornamẽta cœlorũ. Sexto & vltimo cogitauit angelus de aĩalibus, q̃n produxit terra aĩam viuentẽ, et reptilia, et bestias sc̃d̃m species suas, & q̃n homo factus est ad imaginem et similitudine dei, quæ omnia reptilia, bestiæ, et hõ sunt ornamenta terræ. et in hac cogitatione fuit cognitio vespertina et matutina, quia cognoscendo hoc in proprio genere, qđ pertinebat ad cognitionẽ vespertinã, referebat eã ad laudẽ creatoris, qđ pertinebat ad matutinã; et sic sc̃d̃m cognitionẽ angelicã factũ est vespere & mane dies sextus*

A sapientibus quoq; aer, in quo volitãt aues, aqueus dicitur, ꝓꝑ humorẽ, quo cum aq̃s participat.

A *qui successit diei quinto, quia q̃n incepit cogitare ornamẽta terræ desijt cogitare ornamẽto aeris et aquæ. Tres itaq; dies secundũ cognitionẽ angelicam fuerunt appositi ad cogitãdum ornatus rerum, sicut tres dies fuerunt appositi ad cogitandas distinctiones rerum. ita ꝙ quarto die cogitauit angelus de ornatu cœlorũ, quinto de ornatu aeris et aquæ, et sexto de ornatu terræ: et quia non erant vlterius noua cogitanda, ideo sc̃d̃m cognitionẽ angelicam perfecti sunt cœli et terra, et alia elementa, et oĩs ornatus eorũ. Quare si isti dies referantur ad cognitionẽ angelicam, sunt alii & alij, & vnus succedit alij: sed si referantur ad factiones rerum, est vnus et idem sexies vel septies repetitus: quia eodẽ die quo fecit lucem, fecit & alia, secundum Augustini sententiam, quam nõ pertinaciter asserit, sed multum declinat ad ipsam.*

B

Cap. XXVII.

Quomodo differt opinio Augustini, à communi sanctorum sententia quantum ad dies productionum, & quantum ad res productas.



DICEBATVR supra tres dies fuisse appositos ad rerũ productionẽ, et tres ad earum ornatum: tñ licet aliqui illorum sex dierum possint dici dies productionũ, et aliqui dies ornatuũ. omnes tñ possunt dici dies ꝓductionũ: quia in eo ornatu fuerunt C *aliqua ꝓducta, vt in ornatu cœlorũ fuerũt ꝓducta luminaria, ĩ ornatu aeris et aquæ, fuerũt ꝓductæ aues et pisces. in ornatu aũt terræ, fuerunt producta reptilia, bestiæ, & hõ. Videndũ est ergo primo, quõ isti cões dies productionũ differant sc̃d̃m opinionem August & sc̃d̃m alios sanctos. Nã licet sc̃d̃m August referendi sint isti dies ad cognitionem angelicam, sc̃d̃m aũt alios sanctos ad res productas, prout verba Geneseos sonare videtur. adhuc tñ potest esse dubiũ, quõ referendi sint isti dies ad cognitionem angelicã. Certum est.n. quòd qualescũq; formas impressit Deus in materia, ꝙ illarum species impressit in mente angelica: sed non in tanto numero sunt huiõi formæ & spẽs in mente ange*D*lica, in quanto sunt in materia, quia per vnã spẽm potest angelus multa cognoscere. Referendo ergo hos dies ad cognitionem angelicam, dicunt aliqui eos accipiẽdos esse secundũ ordinem rerũ cognitarum, non sc̃d̃m cognitionũ successiones. Sed ista positio non videtur posse stare, quia sic accipiendi sunt isti dies, sc̃d̃m August. referendo eos ad cognitionẽ angelicam, prout sc̃d̃m alios sanctos sunt accipiẽdi, referendo eos ad productionẽ rerum sed illi dies, quantum ad productiones rerũ, non solùm accipiuntur secundũ ordinem rerum ꝓductarum, sed etiã secundũ successionẽ productionum, quia primo fuit facta productio lucis, et postea subsequenter fuit facta productio firmamenti: ergo a simili si referentur ad cognitionem angelicam, accipiendi sunt secundũ successionẽ cognitionũ. Rursus si solum acciperentur hi dies sc̃d̃m ordinẽ rerũ cognitarum vel produ-*

ctarum,non essent nisi vnus dies multipliciter repetitus.
Nã & si omnia essent simul producta,adhuc esset ibi or-
do rerũ productarũ,quia quædã res essent digniores alijs.
Dicamus ergo,q si volumus incedere secundũ opinionem
August.aliqñ exponemus,Factus est dies secundus.i.factus
est idem dies secundò repetitus : aliqñ autem exponemus,
Factus est dies scđus.i. factus est dies alius secundo succe
dens:fuerunt.n.hmõi res, scđm August.simul productæ in
materia,& simul impressæ in mente angelica,sed nõ fue-
runt oẽs simul ab angelo cogitatæ. Si ergo referamus hos
dies ad res productas,dicemus q prima die facta est lux:
secunda die.i.eadẽ die secundò repetita factum est firma-
mentum.& tertia die.i.eadẽ die tertiò repetita congrega-
tæ sunt aquæ,& apparuit arida:& sic de alijs diebus.
Eodem ẽt modo exponemus hos dies , si referantur ad res
in mente angeli impressas. Nam scđm August. & secũdũ
B alios sanctos,& ẽt secundũ oẽs Philosophos,in mente an-
gelica oĩa fuerunt simul impressa:& ideo intelligentia di
citur plena formis,quia oĩs intelligentia nõ recipit succes-
Ezech. 28. Tu plenus sapientia & perfectus decore. siue formas & species sicut recipit mens nostra,sed statim
oẽs formæ rerum & species fuerunt sibi impressæ,& sta
tim fuit plena formis & speciebus:ergo si ad hmõi impres
sionẽ volumus referre dictos dies,dicemus q prima die fa-
cta est lux.i.impressa est in mente angeli species lucis:&
secũda die.i.eadem die secundò repetita, factũ est firma-
mentũ.i.impressa est in mente angeli spẽs firmamẽti:et sic
de alijs diebus.Quantũ ergo ad hanc impressionẽ,nulla est
ibi successio, nec pñt ibi esse plures dies:sed si est ibi plu-
ralitas,erit dies pluries repetitus. Nec videmus qualiter
oporteat Aug.ad saluandũ dies confugere ad cognitionem
angelicam,si volumus eos exponere scđm ordinem rerum
C cognitarũ,& factionem scđm successionẽ cognitionũ: cũ
& in ipsis rebus(dato q sint simul productæ)possit salua-
ri ordo rerũ productarũ,& scđm hunc ordinẽ possint sal-
uari hi dies, non q̃tũ ad successionẽ scđm diuersitatẽ,sed
q̃tum ad repetitionem scđm identitatem. Aduertendũ ergo
Cap. 8. q (vt August ait. 11.de Trinit.)non põt acies animi simul
oĩa,quæ memoria tenet,vno aspectu intueri, sed alternat
vicissim,cedendo ac etiã succedendo cogitationes. Sunt er-
go in memoria angeli species in quadam cognitione quasi
habituali vel potentiali,postea in intelligentia angeli siue
actu hmõi species non simul sed successiue, put actualiter
cogitat nunc de hoc,nunc de illo:itaq a specie in memoria
gignitur spẽs in intelligentia sicut proles a parente. quare
si cognitio angelica debeat dici dies, non referetur ad spẽm
in memoria in se,quia in memoria sunt spẽs quasi in ab-
D scondito,vt August.ait;dies aũt sonat quid clarũ, & quid
apertũ:referretur ergo dies ad species vt sunt in claro &
in aperto & in intelligentia:& si referretur ad species in
memoria,hoc nõ erit scđm se,quia illo modo non hñt rõnẽ
diei,sed poterunt ad eas referri prout factæ in actu, & gi
gnunt species in intelligentia,vbi sunt quasi in die. Secũdũ
hoc itaq; scđa die factũ est firmamentũ,quia scđa cogita-
tio angeli potuit esse de firmamẽto, quæ scđa cogitatio põt
vocari scđa dies:& sic de diebus alijs.Ergo differt senten
tia Augu. a cõi opinione Sanctoꝝ,quia scđm alios sanctos
etiam quantũ ad res productas fuerunt alij & alij dies:sed
secundũ Aug quantũ ad res productas fuit vna dies,et ea-
dem dies totiens repetita;sed quantũ ad cognitionẽ angeli-
cam potuerunt esse alij & alij dies prout scđm aliam &

A aliam cognitionẽ seu cogitationẽ angelus potuit alia et alia
cognoscere seu cogitare.Viso quõ differt opinio Augu. ab
opinione aliorũ sanctoꝝ,quia secundũ Aug.non sunt alij
& alij dies productionũ in re extra, sed possunt esse alij
et alij in cognitione angelica,prout.s.nunc gignitur & p-
ducitur in cognitione angelica actualis cogitatio de hac re,
& postea gignitur alia actualis cogitatio de alia re.sic er-
go loquendũ est de diebus productionum . Sed quantum ad
ipsas res productas(loquendo de istis inferioribus) non vi-
detur differre opinio August.qui ponit oĩa fuisse producta
simul,ab opinione aliorum sanctorum.Nam & alij sancti
dicunt elementa fuisse producta simul distincta secundum
formas substantiales,sed non fuisse ornata:quia terra non
erat ornata arboribus,qđ fuit factũ tertia die:nec aer aui-
bus,nec aquæ piscibus,quod fuit factũ quinta die:nec terra
B aĩalibus terrestribus,quod fuit factum sexta die. Aug. etiã
voluit,q plantæ,aues,pisces,& aĩalia terrestria,fuerunt fa
cta simul cum elementis, quantũ ad rõnes seminales ,vel
quantũ ad rationes obedientiales,non aũt in se,immo p suc
cessionem tẽporum fuerũt postea per se producta. Dicitur,
.n.cõmuniter q quantum ad res productas,in quatuor dif-
fert opinio Aug.ab opinione aliorum sanctorũ: quia secun
dũ alios sanctos fuit dare tẽpus,in quo nõ erat lux, in quo
non erat firmamentũ,in quo non erant luminaria cœli,in
quo non erat terra discooperta aquis:quæ non oportet po-
nere(vt dicunt)secundã expositionẽ Aug. Aduertendũ er-
go q tota intentio August.videtur esse q nõ exponatur sic
scriptura sacra,q detur occasio infidelibus deridendi eã:
ideo quæ videmus fieri per processum tẽporis,fuerunt fa-
cta per processum tpis : & si fuerunt facta simul,hoc fuit
C secundũ rationes seminales vel obedientiales : & quia in
istis inferioribus videmus has mutationes fieri processu tẽ
poris,quia quotidie generantur aues,pisces,arbores,bestiæ,
& homines,ideo processu tpis fuerunt talia facta : sed in
cœlestibus nõ videmus tales mutatiões,ideo oĩa illa fuerũt
simul facta:quarto ergo die facta fuerunt luminaria cœli,
idest,prima die quartò repetita fuerunt illa producta : sed
in prima die,nec in initio tpis nõ fuerunt productæ arbo-
res vel animalia secundũ se:Ideo dixit Aug.6.super Gen. Cap. 1.
q sydera non fuerunt prius facta secundũ rõnes semina-
les,sed secundũ se:animalia aũt et plantæ scđm ipsum nõ
fuerunt in principio facta secundũ se. Redeamus itaq; ad
propositũ,& dicamus,q q̃tum ad cœlestia , ẽt quantũ ad
res productas,differt opinio Aug. ab opinione aliorũ san-
ctorum.& possumus multo plures differentias assignare q̃
D sint assignatæ. Nam scđm alios sanctos fuit dare tps, in
quo nõ erat lux,& in quo nõ erat firmamenti motus , vel
in quo non apparebat firmamentũ distinctũ : nam sequen
do cõiter sanctos,& intelligendo per firmamentũ cœlum,
iuxta illud Vocauit firmamẽtũ cœlum, possumus dicere q
firmamentũ factũ erat q̃tum ad formã substantialem : sed
dicitur factũ secunda die,quia secunda die incepit moueri
cõtra motũ primi mobilis vt extunc appareret oĩno distin-
ctum ab eo. Sic ẽt secundum alios sanctos,fuit dare tps,in
quo nõ erant luminaria cœli,in quo nõ erat Sol,nec Luna,
nec Stellæ,& per consequens,non erant motus planetaꝝ,
scđm quẽ motũ vadunt planetæ ab occidẽte in oriens , &
non erant motus epicycloꝝ,scđm quẽ sunt planetæ retro-
gradi et directi.sed tunc oĩa ista facta sunt,qñ ,dixit Deus
quarta die,Fiant luminaria in firmamẽto cœli, & sint in
signa,

signa,tp̄a,dies,& annos.quantū ergo ad ista que in cœ-
lestibus ponimus facta successiue,scd̄m August fuerūt fa-
cta simul:oēs,n.illi motus, v3, primi mobilis, firmamenti
siue cœli syderei,deferentiū,& epicyclorū, fuerunt scd̄m
Aug.simul,sed fuit ibi successio,vt ponunt alij sancti. Nā
& si à prīcipio incepit motus primi mobilis,tā postea se-
cunda die,qñ fuit factum firmamētū incepit motus firma-
menti,postea quarta die, quando factæ sunt stellæ, &
planetæ incepit motus deferentiū & epicyclorū, qui sunt
motus planetarū.De eo vèro qđ dicunt alij ꝙ August.po
suit à principio terrā discoopertā aquis,& ꝙ in hoc dif-
fert ab alijs sanctis:dicemus ꝙ non op3, saluādo opinionē
August.ponere terram á principio discoopertā aquis. Nā
quicquid fit processu tp̄is,scd̄m August.non fuit a princi
pio,sed processu quidē tp̄is videmus ꝙ aquæ nebulosæ va
poraliter īmiscent se aeri, et aliqñ videmus adeò intensas
nebulas ꝙ vix homo possit videre sociū suum, vt & terra
quasi reddatur inuisibilis:quare si processu tp̄is hoc vide-
mus,cōsequens est ꝙ à principio ponere aquā nebulosè fuis
se īmixtam aeri,non repugnat opinioni August.Vñ idem
Cap.ij. 2.super Gen.ait,His postea verbis,cùm dicitur, Congre-
gentur aquæ, & appareat arida,acceperunt hæc duo ele
menta,terra & aqua, spēs proprias. Terra ergo tunc ne-
bulosè cooperta aquis non hēbat spēm propriā,quia nō po
terat in specie propria apparere:aqua ēt non erat in spe-
cie ꝓpria,quia non erat cōdensata & cōgregata,sed erat
quasi nebulosa.Cōcludamus itaq; & dicamus ꝙ quātum
ad enumerationē dierū,et q̄tū ad corpora supercœlestia,
vbi nullam alterationē videmus fieri,cum scd̄m sapientes
8.Phy.37.2. Philosophos cœlū sit corpus primū alterans, et ex hoc sit
de Cælo.42, alterans inalterabile,sicut primū mouens est mouens im-
mobile,magna differentia est inter Aug. & alios sanctos:
sed q̄tum ad hæc inferiora,& q̄tum ad res productas in
his inferioribus,cum ista fiant processu tp̄is, quia quasi
quotidie videmus aquas nebulosè īmisceri aeri,& gene-
rari animalia,quasi non est differentia inter Aug.et alios
sanctos: quia sicut scd̄m alios sanctos hæc facta fuerunt
ꝓcessu tp̄is,sic scd̄m August.& facta sunt processu tēpo
ris,licet Augu.non ponat hæc facta per distinctionē die-
rum,sicut ponunt sancti.A principio itaq; scd̄m August.
corpora supercœlestia oīa fuerunt facta, sicut nunc sunt:
sed elementa habuerunt aliquā admixtionē adinuicē, &
nondū erant arbores,nec aīalia, nisi in rōnibus seminali-
bus,vel obediētialibus.postea ꝓcessu tp̄is fuerunt cōgrega
tæ aquæ, exortæ plantæ,& producta animalia.

Cap. XXVIII.

Quomodo soluuntur obiectiones factæ contra com munia dicta sanctorū,et quod cōmunis sancto- rū sentētia est magis cōsona scripturæ sacræ.



NITITVR quidem Aug. proba-
re oīa fuisse facta simul,& potissime
supercœlestia corpora,ne detur Infi
delibus occasio deridendi scripturā
sacram:ideo in hoc capitulo hāc obie
ctionem & alias intendimus soluere.
1.cor.5. Nam nihil ad nos de his qui foris sunt:quicquid.n.diceres

A mus deriderent nos infideles,iuxta illud Apostoli ad Cor. 1.cor.1.
Nos prædicamus Christū crucifixum Iudæis quidē scan
dalum,Gentibus aūt stultitiam. Deo aūt,qui est caput Ec-
clesiæ et totius scripturæ sacræ,de quo in capite libri scri
ptum est,cùm dicitur,In principio.i. in filio creauit Deus
cœlum & terrā,Gentes stultitiam arbitrantur & derisio
nem faciunt:multo magis hoc agunt de ipsa scriptura sa-
cra.Sed licet gentibus & ijs qui foris sunt,sit hoc stultitia:
his tñ qui salui fiunt,est salus,virtus,& gloria. In hoc er
go perditur sapientia sapientum, & prudentia prudentū
reprobatur.iuxta illud primæ ad Cor.Perdā sapientiā sa 1.cor.1.c.
pientū,& prudentiā prudentū reprobabo.Non op3 quidē
totū deferre supercœlestibus corporibus,vt dicamus ꝙ om
nino distincta & ornata sint perfecta ꝓducta sint: nō.n.
plus debemus deferre corporibus supercœlestibus q̄ ange
B lis:sed angeli à principio nō fuerunt oīno distincti,nec fue
runt oīno perfecti,ergo multominus supercœlestia corpo-
ra.Fuit aūt aliqua perfectio & aliqua beatitudo in ange-
lis,quia fuerunt creati in quadā luce naturali:ideo Esaias
sub similitudine regis Babilonis dicit de diabolo,Qm̄o ceci Cap. 14.
disti de cœlo Lucifer,qui mane oriebaris? Sic etiā fuerunt
creati angeli in quadā beatitudine innocētiæ, vel(vt multi
dicunt) in quadā beatitudine gratiæ:ideo diabolus dictus
est plenus sapiētia, perfectus decore,et in delicijs Paradisi
fuisse,scd̄m quem modū in persona regis Tyri,Ezech.28
dicitur de diabolo, Tu signaculū similitudinis, plenus sa-
pientia, & perfectus decore,& in delicijs Paradisi Dei
fuisti.Habuerunt ergo aliquā beatitudinē oēs angeli à pri
cipio,et habuerunt aliquā perfectionē prout requirebat tē
pus illud:sed non fuerunt oīno perfecti, nec habuerūt bea
C titudinē gloriæ,à qua nullus cadit. Et ideo sicut primus hō
habuit quādam beatitudinē in statu innocentiæ,à qua ceci
dit per peccatū;sic & diabolus habuit quandā beatitudi-
nē,à qua cecidit per superbiā,vt vult Aug.11.de Ciuita. Ca.11.et.13.
Dei.Redeamus ergo ad ꝓpositū,& dicamus aliq̄ simili-
tudinē fuisse de cœlis et angelis.et si nō deridebimur ponē
do hoc de angelis, nullus debet nos deridere ponēdo hoc de
cœlis.Primo quidē habuerunt cœli aliquē decorē & ali-
quā ꝑfectionē ab ipso principio, quia fuerunt creati scd̄m
substantiales formas: & cōstituebant q̄lā quintā essentiā
vt non essent corruptibiles sicut sunt quatuor elemēta, sed
nō fuerunt creati cœli oīno perfecti: sic & angeli habue-
runt quandā perfectionē à principio, sed nō fuerunt oīno
perfecti.Scd̄ò,sicut in angelis per motū liberi arbitrij fa-
cta est distinctio inter eos,quia per cōuersionē quæ est mo
D tus liberi arbitrij,hi facti sunt beati,& per auersionē alij
facti sunt miseri:sic per motus corporales facta est distin
ctio inter cœlos,qñ incepit firmamentū moueri cōtra mo-
tū primi mobilis. Tertio, sicut angeli primo fuerūt creati,
& postea sunt illuminati,& ꝑ lucē gloriæ decorati:sic et
cœli primo fuerunt creati,et postea per Solē et Lunam &
Stellas velut per quasdā luces,fuerunt ornati, et decorati:
vel ēt per lucē creatā prima die aliquē ornatū acceperūt,
licet non tantū q̄tū postea habuerunt. Et sic solutū est in-
cōueniens primū,quia si nō deridemus ponēdo hoc de an-
gelis ꝙ in ipso principio nō fuerunt oīno perfecti & deco
rati sicut nunc sunt,nō debemus derideri ponēdo hoc de
cœlis Non aūt ista dicimus vt īprobemus opinionē Augu.
quæ est valde subtilis & solēnis,quia nec ipse eā pertina-
citer asserit: sed vt sustineamus opinionē sanctorū quæ ma

A gis cõcordat Textui scripturæ sacræ, prout litera sonat, ꝙ per sex dies cœli & elementa fuerunt distincta & ornata. Qđ aũt addebatur secũdò, ꝙ si Deus fecit lucẽ prima die, ꝙ fecit eam in instanti: qđ ergo fecit per totam illam diẽ, & qđ expectabat? Dicemus ꝙ nõ expectabat aliquid quo indigeret, nec fecit hoc rõne indigentiæ, sed secundũ ordinẽ suæ sapiẽtiæ. Gentiles.n. nimis dederunt creaturæ: posuerunt.n. æternitatẽ mundi, dicentes sic fuisse ab æterno oĩa distincta & facta, sicut modò sunt. Et quia hoc non posuerunt sedm diuinum beneplacitum sed ex necessitate, ideo sequitur sedm eos ꝙ productio causatorũ à deo sit quasi sicut productio vmbræ à corpore, vel vestigij à pede: quia si ab æterno fuisset corpus in lumine, ab æterno fecisset vmbram, quam esse causatã à corpore nemo dubitaret. & si ab æterno fuisset pes in puluere, ab æterno fuisset vestigium, qđ factũ à pede nulli esset dubium, vt ẽt August. fatetur. Sed si sic esset, non ageret deus ex libero arbitrio, sed ex necessitate naturæ, quod est sũmè inconueniens ponere.

A deo tanq̃ efficiẽte oĩa pendere vt p ipm & sint & viuãt, in .5. cæli t. 100 et. 12. Met t. 38. expresse Aristo. tradit. Sed per pulchre Auctor libelli de mũdo, vbi recitantur hæc verba, vetus fama est, vniuersa à Deo et p Deũ esse constituta (et rursus) deus sine dubio seruator oĩum est, & parens eorum, quæ in mundo conficiuntur.

B Ideo ad tollẽdam Gentiliũ superbiam, & ne nimis demus creaturæ, multum cõmendatur diuina sapientia, si non solum ab æterno, sed nec etiã in principio tpis non fuerunt omnia distincta & ornata, sicut & modò sunt. quod vero addebatur tertio, ꝙ ridiculũ est dicere de ipsis cœlis, ꝙ sic successiue sint distincti & ornati. Dicemus ꝙ nihil sunt cœli in conspectu Dei: quia tanq̃ momentũ stateræ, sic est ante eum orbis terrarũ, & tanq̃ gutta roris antelucani, q descendit in terrã. Vt ergo ostendatur, quia in cœlis sit rõ obedientialis vt fiat de eis qđ vult Deus, cõmendatur diuina sapientia si nõ à principio sed per interualla tẽporũ, fuerunt cœli distincti, & ornati. Qđ vero addebatur quarto, ꝙ loquebatur Moysi populo & grosso, ideo distinxit C per interualla temporum, vt populus rudis & grossus hoc melius caperet. Dici posset ꝙ sufficit distinguere per verba doctrinæ ad hoc ꝙ rudes intelligant, absq; eo ꝙ fiat distinctio per interualla temporũ: res.n. sicut se habet ad esse ita se habet ad veritatẽ, & ad cognosci, quia dispõ vniuscuiusq; rei in entitate, est sua dispõ in veritate, vt põt hẽri 2. Met. Sufficit ergo per verba doctrinæ sacræ narrare de rebus sicut fuerunt factæ, ad hoc ꝙ hẽamus cognitionẽ de factione ipsarũ: sicut ergo fuerunt facti simul, sic debent dici facti simul, et si aliter, et aliter. Qđ vero addebatur quinto ex parte ipsius Moysis, quia quæ nõ põt simul dici, põt etiã simul fieri. Dici posset ꝙ quæ non põt in eodẽ instanti dici, põt ad idem instans referri: nullus.n. posset simul dicere cœlum & terram, abyssum & tenebras, & ferri spũm dñi super aquas, sed quãuis scriptura prius nominet cœlum, postea D terram, & sic de alijs, tñ omnia ista refert ad vnũ et idem instans, cùm ait, In principio.i. in initio tpis, sedm vnũ modum exponendi, fecit Deus cœlũ et terrã: et terra erat inanis et vacua, et tenebræ erant sup faciẽ abyssi, & spũs domini ferebatur sup aquas, oĩa.n. ista non potuerunt simul dici nec simul scribi, potuerunt tñ per scripturam sacrã ad idem instans referri: sic ẽt oĩa opera sex dierũ si fuissent in eodẽ instanti facta, potuissent ad idem instans referri. Qđ aũt addebatur sexto de scriptura sacra, dicẽte, istæ sunt gñationes cœli et terræ, q creatæ sũt in die quo fecit Deus cœlũ & terram, & oẽ virgultum agri, ergo in eodẽ primo die quo fecit Deus cœlum & terram, fecit virgultum agri, qđ factum est tertia die; itaq; tertia dies fuit eadẽ cum prima die, & per cõsequens oẽs

Sap. ij.

Tex. 4.

A dies sex fuerunt idẽ qđ primus dies, et nõ fuerunt nisi vnus dies septies repetitus. Dici põt ꝙ ipsa scriptura soluit seipsam: sic.n. iacet textus, Istæ sunt generationes cœli et terræ q̃ creatæ sunt in die quo fecit Deus cœlum & terrã, & omne virgultum agri anteq̃ oriretur in terra. Sed qa facere virgultum agri anteq̃ oriatur in terra, hoc est facere virgultũ agri nõ in se, quia q̃n fit virgultum agri sedm se, oportet ꝙ fiat in terra & qđ oriatur in terra. sed est facere ipsum vel sedm suas rõnes primordiales, siue secũdũ suas rõnes seminales aut obediẽtiales, quia virgultũ et oĩa quæ videmus facta, prius fuerunt facta in hmõi rationibus & in suis causis q̃ in se. Erit ergo sensus ꝙ in primo eodem die quo fuerunt facta cœlum & terra, fuit factũ virgultum in suis causis anteq̃ oriretur in terra sedm se. Hoc ergo modo soluitur auctoritas Ecclesiastici dicẽtis ꝙ qui B viuit in æternũ creauit oĩa simul: quia (vt Gregorius ait) rerum substãtia siue rerum materia est simul creata, sed non est simul per species formata. Materialiter quidẽ fuit virgultũ simul creatũ in terra anteq̃ oriretur de terra, et postea per successionẽ tpis fuit formatũ de terra & ortũ de terra. Vnde et Aug. virgultũ, plantas, & alia nõ ponit primo producta ab initio tpis nisi sedm rationes seminales vel obedientiales, sed postea per tpa sunt pducta. Possumus aũt & aliter soluere qđ dictum est, vt cùm dicitur. Et oẽ virgultum agri, rõne illius repetatur ibi (in die) vt sit sensus, Istæ sunt gñationes cœli & terræ, q̃n creatæ sunt, in die quo fecit Deus cœlũ et terrã. et, supple, in die, quo fecit Deus oẽ virgultum agri. In die ergo fecit Deus cœlũ et terrã, & in die fecit virgultũ agri. sed ex vi textus nõ oportet dicere tertiũ diem esse eundem cũ primo. Aduertẽ C dũ ergo ꝙ exponendo de virgulto agri in se, possumus exponere ꝙ Deus produxit virgultũ agri anteq̃ oriretur in terra.i. anteq̃ oriretur virtute terræ: quia pductio prima vegetabilium & sensibilium fuit facta virtute diuina, magis q̃ virtute elementorũ, vt in sexta parte huius operis poterit declarari. Aduertendũ etiam ꝙ possumus aliter soluere, qui viuit in æternũ creauit omnia simul: quia q̃tam ad creationẽ quæ est facere de nihilo aliqd, post primã creationem rerum nihil fuit postea de nihilo pductũ, nisi sicut quotidie producitur, vz, quãtum ad aĩas rõnales, quæ quotidie creando infunduntur, et infundendo creantur. Nõ improbauimus quidem (vt diximus) opinionẽ Aug. sed voluimus viam volẽtibus tenere opinionẽ sanctorũ aperire, ideo studuimus soluere obiecta posita contra opinionem prædictam. Et in D hoc terminatur prima pars huius libri de operibus sex dierum.

Ge. cap. 2.

Eccl. 18.

6. sup Ge. c. 1

Eccl. 18.

FINIS.

D. AEGIDII ROMANI, ORDINIS Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, De Mundo sex diebus condito, Secũda Pars: vbi de vnoquoque opere sex dierum sigillatim agitur.

CAPVT PRIMVM.

In quo agitur, vtrum lux illa primò edita, fuerit lux corporalis uel spiritualis.

EXPEDITA prima parte huius operis, in qua agitur de operibus sex dierum in generali: volumus aggredi secundam partem, & agere de opere cuiuslibet diei in speciali. Et quia prima die facta est lux, ideo à luce incipientes ostendemus, An lux facta prima die, fuerit cor-
Lib. 1. de Genes. ad lit. cap. 3. poralis, vel spiritualis? Augustinus enim sup Gen. videtur declinare ad hanc partem quòd fuerit spiritualis. Dicit. n. quòd ipsa prima creatura, videlicet, natura angelica primo appellata est cœlum, cum dictum est, In principio fecit Deus cœlum & terram: postea vocata est lux, cum
C dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux, eam enim reuocante ad se creatore, conuersio eius facta atque illuminata intelligitur. Natura ergo angelica primo fuit creata, quæ nomine cœli nunc significatur: postea cõuersa ad creatorem & illuminata, nomine lucis est significata. Vnde idẽ Au-
Cap. 9. gustinus super Gen. dicit quod lux, quæ prius dicta est, ut fiat, & facta est, etiam primatum creaturæ tenere intelligenda est (& subdit) ipsa est intellectualis vita: quæ nisi ad creatorem illuminãda conuerteretur, fluitaret informiter. Cum autem conuersa & illuminata est, factum est quod in verbo dei dictum est, Fiat lux. Sed licet (ut verba Aug. sonare videntur) per lucem possimus intelligere conuersionem siue illuminationem angelorũ, sicut per cœlum intelligimus eius creationem nihilominus tamen sicut cœlum quod prius factum est, fuit quoddam corpus, quia fuit cœlum empyrium,
D per illud tamen significantur angeli, quia mox creatũ, sanctis angelis est repletum: sic dicere possumus quod lux illa primo facta, fuit lux corporalis, tamen significabat conuersionem naturæ angelicæ, quod satis probabiliter creditur. Et hoc satis planè dicit Hugo lib. 1. parte prima, quod cũ lux illa corporalis fuit facta, fuerunt et boni angeli ad deũ conuersi, & mali à deo auersi: & cum corporaliter fuit lux separata à tenebris, dicitur quòd boni angeli fuerunt diuisi à malis. Videndum est ergo, an corporalis, an spũalis fuerit illa lux? Posset autem triplex ratio adduci quòd lux illa fuerit spiritualis, vt sit prĩa ratio ex parte prioritatis,
I. secunda ex parte vniuersi, tertia ex parte firmamenti. Pri-
Cap. 17. ma via sic patet: nam vt dicit Augustinus. 1. super Gen. ad literam, cum dixit deus, Fiat lux, non illa vera coæterna patri intelligenda est, per quam facta sunt omnia, & quæ illu-
A minat omnem hominem: sed illa de qua dici potest, Prior omnium creata est sapientia. si ergo prior omnium creata est Eccle. 1.
sapientia, idest, natura angelica, siue vita spiritualis, vt insinuit Augustinus, & vt habetur Ecclesiast. 1. videtur non solum ex authoritate August. sed ex authoritate scripturæ sacræ, quod rõne prioritatis habeatur quod productio spũalis substantiæ pertineat ad primam diem: nam si prior omnium creata est sapiẽtia, ipsa est illa lux quæ est facta primo die.
Secunda via ad hoc idem sumitur ex parte Vniuersi: nam II.
in illis sex diebus (vt aliqui aiunt) enarrantur vniuersa producta: quòd ergo in ista narratione prætermittatur quod est nobilius in vniuerso, conditio s. naturæ angelicæ, vel eius illuminatio, vt videtur est inconueniens: lucem ergo primo factam nõ referremus ad naturam corporalem, sed ad spiritualem. Tertia via sumi potest ex parte ipsius firma- III.
B menti: nam si illa lux fuisset corporalis, ibi fuisset facta vbi sunt facta luminaria cœlestia: sed omnia huiusmodi luminaria facta sunt in firmamento cœli, vt patet ex textu Geneseos: ergo lux illa fuisset facta in firmamẽto cœli: quod non videtur posse stare, cum firmamentum dicatur factum secunda die, & illa lux fuerit facta prima die: illud enim in quo fit aliud, saltem origine præcedit illud quod fit in ipso: Firmamentum ergo non fuisset factum secunda die, imo saltem origine fuisset factum ante primam diem: & quia sine implicatione inconuenientis lux primo facta (vt patet per hanc rationem) non potest intelligi de luce corporali, oportet quòd intelligatur de luce spirituali. Sed omnes hæ rationes non concludunt: tamen antequàm soluamus eas, adducemus tres rões quòd lux primo facta fuerit corporalis. Fuit enim illa lux quoddam corpus lucidum, vt vide-
C Magister in. 2. senten. dum ait, quòd valde probabile est corpus lucidum fuisse velut lucida nubes. Sumatur ergo pri- Dist. 13.
ma ratio ex parte tenebrarum, quod est oppositum lucis: secunda ex parte dierũ, qui sunt effectus lucis: tertio ex parte aliorum luminarium, quæ sunt de genere lucis. Prima I.
via sic patet: nam (vt dicitur Gen.) tenebræ erant super faciem abyssi: si ergo abyssus nominat illam informem materiam quæ erat corporalis, oportet quod & tenebræ corporales essent, & lux illa primo facta quæ à tenebris est diuisa pari ratione corporalis erat: ita quòd si consideramus tenebras quæ sunt oppositum lucis primo factæ, cum opposita sint nata fieri circa idem, quia tenebræ illæ fiebant circa corpus, quia circa abyssum: & erant corporales, lux illa corporalis fuit. Secunda via potest accipi ex parte dierũ,
qui sunt effectus lucis: nam appellauit Deus lucem diem, & II.
tenebras noctem: lucem enim appellauit diem, quia causat
D diem. Itaque cum illi dies fuerint corporales secundum communem Sãctorum sententiam, oportet quòd lux illa corporalis fuerit. Immò cum facto Sole fecerit quartũ diem corporalem, cum omnes illi dies fuerint eiusdem rationis, oportet primos tres dies, quos fecerat dicta lux, corporales esse.
Tertia via potest sumi ex parte ipsorum luminariorũ, quæ III.
sunt de gñe lucis: non videtur enim aliud intelligendũ cum dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux: quod factum est primo die, quàm cum dixit, Fiant luminaria in firmamẽto cœli: sed illa luminaria fuerunt corporalia, quia fuerunt Sol, Luna, & Stellæ, vt patet ex textu: ergo & lux illa corporalis fuit. His itaque prælibatis, cum ostensum sit lucem illam fuisse spiritualem, & probatum sit fuisse corporalem, dici forte posset, argumenta hinc inde procedere secundũ varias

opiniones:vt probantia lucem illam fuisse spiritualem,pro=
cedunt secundum opinionem Augustini: quæ autem probat
eam corporalem,procedunt secundum opinionem aliorum
Sanctorum. Nos autem dicere possumus ad literam fuisse
productam quandam lucem corporalem,vt dicunt commu=
niter Sancti, quæ figurabat et significabat quandam lucem
spiritualem:in quo potest verificari opinio Augustini. Cum
ergo quæritur,qualis fuerit illa lux,quæ producta fuit pri
ma die? Dicendum est quòd fuit lux corporalis,sed signi=
ficabat lucem spiritualem. Ex hoc autem possunt solui argu
I. menta vtriusq; partis. Nam cum dicitur quòd prior omnium
creata est sapientia: dicemus quòd sapientia angelica,siue na=
tura angelica producta fuit ante factionem lucis, & fuit
producta prior omnium non tempore,sed dignitate: tempo=
re quidem siue duratione fuit coæua cælo empyrio, sed di=
gnitate erat longe prior eo. Et sicut quantum ad creationem
fuit coæua cælo empyrio, sed dignitate lõge prior:sic quan=
tum ad conuersionem & illuminationem potest dici coæua
luci prima die factæ,sed dignitate lõge erat prior ea. quare,
vt supra tangebatur,sicut cælũ primò productũ fuit corpo
rale,& significabat cælum spirituale,idest,angelos:sic lux
primò facta,fuit corporalis, & significabat angelos primò
factos,& ad Deum conuersos,qui sunt lux spiritualis. An=
geli ergo illuminati, per ea quæ sunt in textu pertinent ad
primum diem secundum sensum mysticũ,quia figurati sunt
per lucem factam prima die:sed corpus illud lucidum factũ
primò pertinet ad primum diem secundum literam,quia ad
literam fuit facta quædam lux,idest,quoddam corpus luci=
II. dum prima die. Quod autem secundo addebatur,quòd tam
nobile quid, sicut est natura angelica, in narrando partes
Vniuersi non debuit prætermitti. Dici potest quòd natura
angelica non fuit prætermissa,cùm Moyses narrauit partes
vniuersi,nec quantum ad suam creationem; nec quantũ ad
suam illuminationem: sed de eius creatione et illuminatio=
ne non agitur aperte & literaliter,sed sub velamine & fi=
guratione, quia sub productione cæli empyrij intelligitur an=
gelorum creatio,sub factione lucis intelligitur eorum illumi
natio. Causa autem, quare sub velamine & figuratione lo=
cutus est Moyses de Creatione et illuminatione angelorum,
non literaliter & aperte,duplex assignatur: vna ex parte
intellectus Iudæorum,alia ex parte affectus eorum. Habe=
bant quidem Iudæi intellectũ rudem,cum non possent tran
scendere corporalia,ideo sub figura corporalium loqueba=
tur eis Moyses de conditionibus spiritualium:fuissent forte
Iudæi propter ruditatẽ intellectus magis ducti in errorem
quàm in veritatem,si apertè fuissent eis proposita spiritua=
lia. Secunda causa ad hoc idem sumitur ex parte malitiæ
affectus: habebant quidem Iudæi ita malum affectum &
ita malam voluntatem ad sequendam idolatriam,quòd si fuis=
sent eis proposita manifeste spiritualia, credidissent in eis
aliquid numinis et adorassent ea: nam cũ nõ essent eis pro=
posita nisi corporalia,etiam ipsa corporalia adorabant, vt pa
tet Exodi.32.quia adorauerunt Vitulum aureum, dicẽtes,
Hi sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti.
III. Quod autem addebatur tertiò de firmamento quod fuit fa=
ctum secunda die:dici potest quòd secundum substantiales
formas omnes cæli fuerunt facti ante omnem diem, quia et in
ipso principio temporis etiam elementa fuerunt facta se=
cundum substantiales formas. Sed exponendo firmamẽtum
pro cælo sydereo,dicitur firmamentum factum secũda die:
A quia in principio non creditur fuisse motus nisi ab oriente
in occidens,ita vt omnes cæli mouerentur vno motu,videli
cet primi mobilis, qui durationem incepit simul cum initio
temporis.sed postea secunda die fuit factum firmamentum,
non quantum ad substantialem formam sed quantum ad di
stinctionem,vt quia forte secunda die incepit moueri cõtra
motum primi mobilis, vt ex hoc appareret omnino distin=
ctum ab ipso. Quare si cæli omnes producti fuerunt secun=
dum substantiales formas ab ipso primordio,potuit lux illa
primo die produci in illo cælo, in quo producẽda erat. Eo=
dem etiam modo ad argumenta illa probantia quòd lux illa
erat corporalis,dici potest quòd hoc nõ excludit quin signi=
ficare posset lucem spiritualem,immo quantum ad angelos
semper in figura aliquarum rerum corporalium loquuntur
Prophetæ. Sicut Isaias in figura Regis Babilonis loquitur Cap.14.
B de diabolo,cum dicit,quomodo cecidisti? Et in figura Regis
Tyri de eodem loquitur Ezech. cum dicit, Tu signaculum Cap.28.
similitudinis. Sic sub figura lucis loquitur Moyses de ange=
lis,cum dicit,Fiat lux:vt sit sensus,fiat lux corporalis, et fa
cta est lux corporalis significans & figurans lucẽ spũalẽ.

CAPVT II.

Vbi agitur quòd multi sunt modi dicendi, in qua
parte cæli lux illa, ad primum diem pertinens,
sit producta.


SOLENT multi dubitare in
qua parte cæli illa lux fuerit pro=
C ducta. Magister quidem senten= 2.Sẽ.dist.13.
tiarum distinguens multipliciter
diem,quia dies vel potest dici lux I.
illa quæ causabat diem, vel aer
illuminatus secundum quem cau
sabatur dies,vel spacium.xxiiij.horarum, iuxta quantitatẽ
temporis secundum quam extenditur dies. Hanc ergo mate
riam sic pertractans Magister, innuit quõ dies illa prima
habuit vesperã et mane, volẽs quòd in oriẽte fuerit producta lux.
Sed dr illa dies prima nõ habuisse mane,sed habuisse vesperã
propter duo. Primo quidem, quia mane dicitur finis præcedẽtis
diei et initiũ sequẽtis: primã autem diem nulla dies præcesserat,
cuius finis posset dici mane. Secunda ratio ad hoc idem est,
quia secundum ipsum,mane dicitur,quum est aurora,quan
do.s.nec sunt omnino tenebræ,nec est plena lux. tale autem
D non fuit in prima die,sed luce facta fuit plena dies super
terram ab oriente. Itaq; sequendo Magistrum incohauit pri
ma dies,et in oriẽte fuit facta illa lux:sed in illa parte oriẽ=
tis,cùm iam non fuisset aurora,erat plena dies super terrã
ita vt dies illa non haberet mane cum non haberet aurorã:
haberet tamen vesperam,quia circũducta pergens ad occi
dens fecit vesperam.ac per eius occasum circumiens emis=
phærium inferius,fecit noctem, & veniens ad oriens fe=
cit auroram siue fecit mane: rediens autem ad illum pun=
ctum vbi incepit,prima & plena fuit dies completa,habens
vesperam,noctem,& auroram siue mane: & fuit dies illa
xxiiij.horarum,sicut sunt alij dies. Est autem alius modus II.
dicendi,quòd lux illa fuit facta in crepusculo,quia christus
tunc dicitur resurrexisse,& quia tali hora creditur futura
resurrectio. Luce itaq; illa redeunte ad illum punctũ, erit
completa

completa circulatio, et tūc cessabit motus cœli, ita ꝙ vbi fuit
facta lux illa, ibi stabit. Hi ergo duo modi (de luce facta in
oriente) differunt, quia vnus dicit lucem factam plena die,
III. alius in crepusculo. Alij quidem dicunt, ꝙ in meridie, i. in
circulo meridiano terræ habitabilis, vel illius partis terræ
vbi producendus erat homo, fuit facta illa lux: & quia cum
Sol, vel quodcunq; corpus luminosum attingit meridianum
circulum statim incipit declinare versus occidentem, & ex
hoc statim dici potest ꝙ incipit facere vesperam, ideo dici-
tur illa dies incepisse a vespera, vt post habuit vesperam, et
postea habuit mane, & sic vespere & mane factus est dies
vnus. Secundum hanc quidem expositionem potest esse du-
plex modus dicendi, videlicet, ꝙ dies illa etiam secundū mo
tum illius lucis, habuit. xxiiij. horas: vt dicamus ꝙ mundus
In Ariete. fuit productus in Martio, quum est æquinoctium in vniuer-
sa terra. Circulus ergo ille, secundum quem accipitur dies
& nox, diuiditur in duas medietates, vel in duas partes in
emisphærium superius quod est arcus diei, & in emisphæ-
rium inferius quod est arcus noctis. Insuper arcus diei, siue
ne emisphærium superius diuiditur per circulum meridia-
num. Dicebatur autem illa lux in illis primis tribus diebus;
vt dicitur modo Sol omni die respectū alicuius partis terræ,
attingere circulum meridianum, quādo est meridies in illa
parte terræ. Ergo circulus meridianus diuidit diē in duas
partes: quarum vna est ab oriente vsq; ad circulū meridia-
num: alia est à circulo meridiano vsque ad occidens. Et
si dies artificialis diuiditur in mane & vesperam, potest
dici mane ab oriente vsq; ad circulum meridianum, & ve-
spera á meridiei circulo vsque ad occidens. Ponendo er-
go lucem illam factam in circulo meridiei, erit vnus modus
dicendi, vt supra aliqualiter tangebatur, ꝙ lux illa in meri-
die facta mota ad occidens fecit vesperam, peragens autem
circulum noctis, & veniens ad oriens fecit noctem, rediens
vero ad circulū meridianū fecit mane: et sic vespere, nocte,
et mane, factus est vnus dies naturalis, habens. xxiiij. horas:
Vel (quod idem est) dicere possumus, ꝙ si illa lux facta
fuerit in meridiano circulo, primo fecit vesperam, postea fe-
cit noctem, & vltimo rediens ad meridianum circulum fe-
cit mane, ita quód nox illa fuit inter vesperam & mane: et
quia nominatis extremis datur intelligi medium, nominatis
vespere & mane datur intelligi nox illa quam fecit post ve-
speram, antequam faceret mane: & si in vespere & mane
includitur nox & datur intelligi nox, possumus dicere ꝙ
vespere et mane factus est vnus dies naturalis, hūs. xxiiij:
horas. Est autem secundum hunc modum exponendi alius
dicendi modus: dicunt enim quidā quód factio mundi præ-
cessit factionem lucis per sex horas, ita quód primum mobi
le reuoluens omnes alios cælos iam peruenerat ab oriente
vsq; ad circulum meridianum, ibiq; facta fuit lux, quæ ten
dens ad occidens fecit vesperam; currens autem per ar-
cum noctis, & veniens ad oriens fecit mane, & factum
est vespere & mane dies vnus. xxiiij. horarum, videlicet, cō
tinens sex horas transactas ante factionem lucis et sex ho-
ras quas fecit illa lux faciendo. s vespere, & duodecim ho-
ras quas fecit faciendo noctem, qua expleta fecit mane; et
fuit vespere & mane dies vnus naturalis. xxiiij. horarum.
Differt autem hic modus dicendi á primo: quia licet se-
cundum vtrunq; modum lux sit facta in circulo meridiano
tamen secundum primum modum non fuit completa dies
nisi quando lux peruenit ad circulum meridianum: sed se-
cundum hunc modum alium fuit completa dies, quando lux

A peruenit ad oriens continens. xxiiij horas: de quibus de-
cem & octo fecerat illa lux, & sex erant transactæ ante
factionem lucis. Sed iste modus dicendi non videtur con-
gruus: quia quód factio mundi præcesserit factionem lu-
cis per sex horas, non videtur conueniens. Credimus qui-
dem valde fuisse paruam morulam inter factionem mundi,
& factionem lucis: nam cum factione siue cum creatione
mundi fuit creata natura angelica, quam dicimus esse vnum
de quatuor coæuis, nam Materia informis, Tempus, Cœlum
empyrium, natura Angelica (vt supra diximus) ponūtur
quatuor coæua: & sicut in creatione mundi fuit creata na
tura angelica, sic secundum Hugonem libro primo, parte Cap. 1.1.
prima, simul cum illuminatione quando facta fuit lux et di
uisa á tenebris, fuit illuminata natura angelica, & credi-
tur diuisos esse bonos angelos á malis, & bonos quidem per
B mansisse, malos autem cecidisse. Inter creationē ergo mun
di, & factionem lucis non creditur plus fuisse de mora, quā
inter creationem diaboli & eius casum, vel inter creationē
bonorum angelorum & eorum illuminationem: sed tam mo
dica fuit morula inter creationem et eius casum vt dicatur
diabolus mendax á principio, & dicatur in veritate non Ioan. 8.
stetisse. In veritate quidem fuit, quia vt dicitur Ezech.
28. in delicijs Paradisi fuit; nam diabolus in veritate inno
centiæ & in delicijs innocentiæ fuit: sed ita fuit modica
morula inter illa, vt dicatur in veritate nō stetisse Propter
hoc autem est alius dicendi modus de factione lucis in me-
ridie, videlicet, quód primū mobile incepit moueri etiā ante
factionem lucis, & motum fuit per tantam morulam quan-
ta fuit inter creationem mundi & factionem lucis: & perà
ueniens illa materia, de qua fuit facta lux ad circulum me-
ridianum, facta fuit inde lux, quæ statim incipiēs ire ad oc
C casum, incepit facere vesperam, & postea noctem, & po-
stea mane, et rediens ad eundem circulum fecit perfectum
diem. Hi itaq; tres modi de luce in meridie quantum ad
factionem lucis non differunt, sed differunt quātum ad ma
teriam: omnes enim dicunt lucem factam in meridie. Sed
primus modus nihil dicit de materia lucis per quantum tem-
pus præcesserit factionem lucis. Secundus autem dicit ma-
teriam lucis fuisse factam in oriente. Tertius autem dicit
materiam illam fuisse factam parum ante meridiem. Pro-
pter quod hi tres modi sunt quasi duo modi, quia cum pri-
mus modus nihil tangat de materia lucis secundum quam
differunt hi modi dicendi, non proprie ponit in numerum
cum alijs, sed pōt ad opinionem vtrorunq; illorū adaptari.

D
CAPVT III.

Cum multi modi dicendi de productione lucis sint
tacti, quis illorum est probabilior.


VAMVIS modi dicen
di tacti in præcedenti capi
tulo de productione lucis
videantur esse quinq;, tamē
non sunt nisi quatuor: sunt
enim duo modi dicēdi de lu
ce illa producta ī meridie,
et duo de ea producta in o-
riente. Propter duos mo-
dos de meridie, sciendum, quód non est differentia inter

illos duos modos quantum ad productionem lucis, sed quantum ad productionẽ materiæ lucis: credibile.n.est quòd materia illa de qua facta fuit lux esset spissior, quàm aliæ partes illius cæli in quo est facta, quia (vt vult Philosophus in
2.Cæli t.48. & .55. de Cœlo & mundo) stella est pars spissior sui orbis. Nam & ipsa elementa maiorem & minorem similitudinem habebant etiam in ipsa prima productione rerum, secũdum quod requirebat natura eorum: quia vbi erat terra, erat spissior materia, quàm vbi erat aqua immixta aeri: & vbi erat aer & aqua sic mixta, erat spissior materia, quàm vbi erat elementum ignis. Et si ab ipso primordio in ipsis elemẽtis erat ista distinctio secũdum maiorem & minorem spissitudinem prout requirebat natura eorum, multo magis sic erat in ipsis cœlis: nam distinctiones & perfectiones positæ in elementis, multo magis debent poni in cœlis, quia (secundum
1.lib.cap.1. & .3. Augu. super Gen.) digniora debent esse prius distincta & ornata. quòd enim inferiora habeant aliquam distinctionẽ ex sui natura prius quàm superiora, videtur inconueniens. Ergo vbi debebant fieri stellæ, erant spissiores partes orbis, quàm alibi: & materia illa vnde fuit facta illa lux, erat spissior, quàm aliæ partes illius orbis: nõ tamen habebat tantũ spissitudinem quòd luceret, sed quando dixit Deus, Fiat lux, tũc accepit spissitudinem, & pulchritudinem lucis. Dicẽtes itaq; lucem illam factam esse in meridie, quantum ad materiam de qua facta est illa lux, sunt bipartiti: quia aliqui dicunt materiam illam fuisse factam in oriente, & cucurrisse sex horas ante aduentum eius ad meridiem, & in aduentu eius ad meridiem materia illa facta fuit lux. Alij verò dicunt, et probabilius quãtum ad hanc partem, quòd materia illa fuit producta prope circulum meridianum, ita quòd modica fuit morula inter productionem illius materiæ, & ante aduentum eius ad circulum meridianum, qua attingente ibidẽ fuit facta lux. Ergo quantum ad factionem lucis non differunt hæ duæ opiniones, quia quælibet dicit lucem factam in meridie: sed quantum ad productionem materiæ de qua fuit facta lux, differunt: quia vna illarum dicit materiam illam fuisse productam in principio oriẽtis, distans per sex horas à circulo meridiano: alia verò dicit fuisse productam circa finem partis orientalis prope circulum meridianum, distans per paruam morulam ab illo circulo. Et sicut sunt duo modi dicendi de luce producta in meridie, sic sunt duo modi dicẽdi de ea producta in oriẽte: sed hi duo modi de oriente differunt non solum quantum ad productionem materiæ lucis, sed etiam quantum ad productionem ipsius lucis. Nam quidam dicunt lucem illam fuisse productam in crepusculo, quãdo adhuc non est plena lux, & nõ est super horizonte, nec po-
In.2.dist.13. test videri aspectibus hominum. Alij vero, vt Magister sententiarum & sui sequaces, volunt lucem illam productam fuisse in oriente; sed producta fuit cum facit plenum diem in parte habitabili, & in parte illa vbi producendus erat homo, & cum producta fuit, iam erat super horizonte. His itaq; prælibatis, hoc ordine in hoc cap. procedemus. quia primo comparabimus adinuicem duas opiniones de productione lucis in meridie. & ostendemus quæ illarum sit potior: posteà comparabimus duas alias opiniones de productione lucis in oriente, et manifestabimus quæ illarum sit melior: tertio comparabimus potiorem opinionem de productione lucis in meridie ad potiorem opinionem de productione lucis in oriente, & declarabimus quæ illarum sit probabilior. Propter primum est sciendum, quòd opinio de productione

A lucis in meridie asserens materiam vnde facta est lux, esse productam prope circulum meridianũ, ita quòd parua fuit morula inter productionem illius materiæ & aduentũ eius ad circulum meridianum vbi asserit factam lucem, est longe probabilior quàm alia opinio asserens materiam illam productam esse in principio oriẽtis, et cucurrisse sex horas vsq; ad circulum meridianum. Nam, vt supra tetigimus & etiam
Aug. vult in.11. de Ciuitate Dei, natura angelica significata est per cœlum & per lucem, aliter tamen et aliter; quia Cap. 9.
per cœlum significata est quantum ad sui productionẽ, quia in illo principio in quo creauit Deus cœlum empyrium & terrã, etiam producta fuit natura angelica, quia (secundum Strabum & vt supra diximus) istud cœlum statim factum, mox sanctis angelis est repletum, sed per lucem significata est natura angelica quantum ad sui conuersionem, vel quãtum ad sui illuminationem. sicut per tenebras significata est
B illa natura quantum ad eius auersionem & quãtum ad casum. Sicut ergo nõ sex horæ, sed valde parua morula fuit inter creationem naturæ angelicæ quantum ad malos, & eius casum: vel sicut modica fuit morula inter creationem illius naturæ quantum ad bonos, & eius illuminationem: sic modica creditur fuisse morula inter productionẽ illius materiæ vnde fuit facta lux, & factionem lucis. Declarato primo quæ opinio sit potior de factione lucis in meridie, volumus declarare secundũ quæ.s. sit potior de factione lucis in
Dæmonis expulsio fuit illa prima die qua creatus est mũdus, iuxta B. August.

oriente. Credimus quidem opinionem Magistri sententiarum ponẽtis lucem illam esse factã, cùm iam est plena dies, & quando lux est super horizonte, esse potiorem opinione illa dicente lucem illam fuisse factam in crepusculo quãdo adhuc non est clara dies: Habet enim opinio Magistri Bedam pro se qui vult, vt dies illa à luce inceperit, et in mane
C sequentis diei tenderit, vt opera Dei à luce inchoare & in luce completa esse significaretur. Quare si lux illa fuit facta in crepusculo ante claritatem, non incepit dies illa à luce, sed incepit à semiluce, vel (vt magis proprie loquamur) non incepit à luce, sed incepit inter tenebras et lucem. Rursus dies illa prima hoc posito prius habuisset mane quàm vesperam, cuius contrariũ habetur in textu; si enim lux illa fuit facta in crepusculo, fecit auroram, sed aurora nõ potest esse nisi sit mane, vel nisi statim post se sit mane; incepisset itaq; dies illa à mane, quod non consonat sacræ scripturæ. Viso quæ sit potior opinio de ponẽtibus lucem creatam in meridie, & ostenso quæ sit potior de ponentibus eam creatam in oriente: volumus potiorem opinionem de meridie comparare ad potiorem opinionem de oriente. Propter quod sciendum hanc diuersitatem quòd quidam dicant lucem creatam
E in meridie, quidam in oriente, ex scriptura sacra sumpsisse originem, secundum quam prima dies non incepit à mane: à mane ergo secundum quod mane potest sumi dupliciter, sic enim sumpsit originem hæc duplex opinio. Potest enim accipi mane vt dicit medietatem arcus diei ab oriente vsq; in meridiem. & tũc accipietur vespera pro alia medietate, videlicet, à meridie vsq; in occidente: & hunc modum loquendi seruãt aliquæ gentes, vt quousq; sit altus Sol, dicũt, Adhuc est mane: sic ergo accipiendo mane non fuit lux illa producta in oriente, quia sic primus dies incepisset à mane, & habuisset prius mane quàm vesperam. Alio modo potest accipi mane pro aurora, vt Magister tangit, quãdo ad- 2.Sẽ.dist.13.
huc non est plena lux: & sic (sequendo opinionem Magistri) dies illa non habuit mane, & nõ incepit à mane, quia

non

non habuit auroram, nec incepit ab aurora; habuit tã nẽ vesperam, quia iuit ad occidẽs: ergo decursus illius lucis vsq; ad occidens, quod faciendo fecit vespera cum nocte sequente & cum aurora sequenti, dici quae poterat dici mane. factus est dies vnus. Quae autem istarum opinionũ sit potior, vel magistri ponentis lucem creatam in oriente, vel dicentium ipsam creatam in meridie, dici potest quòd (quantum ad superficiem) scripturae sacrae aliqualiter opinio de meridie videtur concordare: sed simpliciter loquendo, probabilior est opinio Magistri, cum dicatur in Habacuch ꝙ Sol & Luna steterunt in habitaculis suis. creditur autem communiter ꝙ cessante motu primi mobilis, Sol & Luna stabunt in habitaculis suis, idest, in locis illis vbi fuerunt creati, et communiter ponitur quòd Sol stabit in oriente, et Luna in occidente: & quia lux illa vel est semper coniuncta Soli, vel ex ea factus est Sol, vt de hoc infra specialem capitulum faciemus, ideo creditur ꝙ lux illa creata fuerit in oriente in plena luce, vt primo faceret vesperam quàm mane: quia in sui primordio (vt diximus) non fecit auroram nec crepusculum quod pôt dici mane. Nã sicut vnus singularis hõ habet suas aetates, sic totus mundus habet suas aetates, et à Christo Saluatore mũdi, vsq; in finẽ mundi, est vltima aetas, iuxta illud Apost. Nos sumus ĩ quos fines seculorum deuenerũt. Verum est aũt quòd vltima aetas hoĩs quae potest incipere à sexagesimo anno vltra, aliquando plus durat quàm quaelibet alia aetas, cum non possimus scire diem, neq; horam, neq; annum, neq; tempus, quando finietur mundus, dicente Christo, Non est vestrum scire tempora vel momenta, quae pater in sua posuit potestate. Voluerunt tamen quidam (& in hac parte sentientes non recte) quòd licet non possit sciri dies vel hora vel annus, potest tamen sciri tempus, vt forte potest sciri centenarius annorum, vel forte millenarius: quae omnia tanquàm non consona fidei sunt abijcienda, quia secundum August. valde periculosum est sacram paginam exponere de eo quod aliquo tempore est futurum. & idem August. 18. de Ciuitate dei vult, quòd nec dies, nec hora, nec annus, nec tempus sciri potest, quando illa fuerint. Vnde ait non vtiq; illi de hora, vel die, vel anno, sed de tempore interrogauerũt, quando istud acceperunt responsum (& subdit) frustra igitur annos qui remanent huic seculo computare ac diffinire conantur, cum hoc scire non esse vestrum ex ore Veritatis audiamus. Reuertamur itaq; ad propositum & dicamus ꝙ sicut seculum potest dici habere suas aetates, sic vnus singularis homo: et licet non possimus scire tempus quo seculum vel vnus singularis homo finietur, de fine tamẽ seculi est aliter loquendum quàm de fine vnius singularis hominis: quia vnus singularis homo aliquando non dimidiat dies suos, aliquis enim dum est puer, vel dum adhuc oritur, succiditur & moritur: sed totus mundus quando finietur, perfectus erit: itaq; circulationes mundi erunt perfectae. Lux ergo illa perfectam circulationẽ faciet, & redibit ad punctum illum vbi fuit creata: & quia Luna fuit creata plena creditur creata fuisse in occidente, & lux illa in oriente; & quia post finem mundi non amplius mouebuntur, stabunt in habitaculis suis, Luna, scilicet, in occidente, lux verò illa in oriente.

Cap. 3.
1. Cor. 10.
Matth. 13.
Psal. 54.

CAPVT IIII.

Quomodo lux illa faciebat diem, & noctem.



POSTQVAM narrauimus varias opiniones & modos dicẽdi de luce illa in qua parte caeli sit condita, et ostendimus quis illorum sit potior, volumus declarare quomodo faciebat diem & noctem. Propter quod sciendum quòd Graeci de hoc aliter senserunt, quàm Latini. Nam Graeci volunt quòd refuso & contracto lumine illa lux fecerit tres primos dies, postea quarta die factus fuit Sol, & facta fuit Luna. et quia Sol factus fuit in potestate diei qui est ab oriente in occidens, ideo Sol fuit factus in oriente: Luna vero quae facta fuit in potestate noctis quae incipit ab occidente & redit in oriens, facta fuit in occidente. Haec autem Graecorum opinio quantum ad hãc partem ꝙ Sol fuerit factus in oriente et Luna in occidente, concordat cum opinione nostra capitulo praecedenti tradita: sed quantum ad partem illam, ꝙ lux illa refusa & contracto lumine fecerit illos tres dies, non concordamus cum illis. quòd vero haec sit Graecorum opinio quam tetigimus, patet per Damascenum libro quinto, vbi ait, quod tribus quidem diebus refuso et contracto lumine, diuino praecepto dies & nox fiebant. Ipse etiã idem Damascenus eodẽ lib. et capitulo De Sole facto in potestate diei, dicit ipsum Solem productum in oriente. & De luna producta in potestate noctis, dicit eam productam in occidente. Sed licet sentiant Graeci illos tres dies factos effusione & contractione luminis, Latini tamen sentiunt ꝑ motum & per circuitum illius lucis. Vnde Beda exponẽs illud, Factum est vespere & mane, ait quòd accedente paulatim luce post spacium diurnae longitudinis & subeunte partes inferiores, factum est vespere, sicut nunc vsitato circuitu Solis fieri solet (& subdit) quòd factum est etiam mane eadem luce super terram redeunte, et alium diem inchoante, & sic dies expletus est vnus xxiiij. horarum. Augustinus autem vtrunq; modum tangit, videlicet, quòd lux illa trium istorum dierum fecit diem & noctem. Vnde ait quarto super Gen. quòd lux illa quae dies appellata est, vel circuitu suo (quod diximus sentire Latinos) vel contractione & emissione (quod diximus sentire Graecos) vices nocturnas diurnasq; peregit. His itaq; praelibatis volumus declarare opinionem Latinorum esse potiorem: quod sex vijs ostendere possumus, vt prima via sumatur ex parte miraculi: secunda, ex parte primi mobilis: tertia, ex parte temporis: quarta ex parte lucis & tenebrarum: quinta, ex parte vespere & mane: sexta ex parte dierum. Prima via sic patet. nam (vt vult Augustinus super Gen.) quemadmodum instituit Deus naturas rerum, secundũ scripturas eius nos conuenit quaerere; non ꝙ in eis vel ex eis ad miraculum potentiae suae velit operari: posset enim (ut subdit) oleum esse sub aqua, si Deus vellet, licet hoc naturae olei non competat. Ad ipsas ergo naturas rerum debemus recurrere in expositione sacrae scripturae, & non ad miraculum, vbi possumus eam sine miraculo exponere. Sed intelligendo opinionem Latinorum, quòd lux illa suo circuitu fecerit vespere et mane, nullum ponimus ibi miraculum, cum et nunc Sol solito cursu suo sic vesperam faciat et mane. sentiendo autem cũ Graecis, quòd non per circu-

Cap. 7.
Cap. 11.
L.
Cap. 1.

tum sed per contractionē et emissionem luminis fecerit lux A
illa diem & noctem, oportet ꝑ miraculum hoc ponere. Ideo
Cap. 7. Damascenus ait, diuino præcepto hoc fuisse factum. Videbat
enim quod naturaliter fieri non poterat, nam naturalia
agūt ex necessitate naturæ non ex electione voluntatis: non
est enim ex potestate ignis retrahere suum calorem, sed ex
necessitate naturæ præsente calefactibili calefacit. Sic non
erat in potestate illius lucis retrahere suum lumen, sed ex
necessitate naturæ fundebat suū lumen. Secunda via ad hoc
II. idem est ex parte primi mobilis: oportebat quidē secundum
naturam (nisi velimus confugere ad miraculū) ꝙ primus
modus præcederet omnes alios motus, & quia ab ipso primordio
semper erat aliqua varietas in materia producta,
quia ab ipso primordio spiritus domini poterat deferri super
aquas, quia fecerat aquas, idest, materiam corporalem
labilem & mobilem, vt dicatur Deus ferri non secundū se, B
sed secundum suos effectus: itaq; vt seruetur naturalis ordo,
dicemus primum motum præcessisse omnes alios motus.
Erat ergo iam primus motus qui est ab oriente vbi illa lux
fuit facta, in occidens: & quia ille motus trahit secum omnes
alias sphæras, statim illa lux cœpit rotari versus occidens;
quod faciendo fecit vesperam & postea mane. Non
ergo oportet recurrere ad contractionem & emissionem lu-
III. minis, cum sine hoc possimus saluare dies & noctes. Tertia
via ad hoc idem patet ex parte temporis: nam tempus (vt supra
diximus) ponitur vnum de quatuor coæuis, ergo in ipso
primordio & ante productionem lucis, incepit esse tempus,
& si fuit tempus de necessitate fuit motus, & si fuit motus
(loquendo de ordine naturali) fuit primus motus. Vnde
Cap. 5. de August. 5. super Gen. ait quód si nullus esset motus, nullum
esset tempus. Sic etiam possumus dicere naturaliter, vt C
4. Phy. 133. Philosophi ꝓbant, si non esset primus motus, nullus esset motus.
Quare si non debemus confugere ad miraculum vbi
possumus aliter saluare scripturam sacrā, dicere possumus
quod fuit primus motus, qui cum sit ab oriente in occidens,
statim illa lux producta incepit ire versus occidens, & redire
in oriens, suoq; circuitu fecit diem & noctem, vesperam
IIII. & mane. Quarta via sic patet ex parte lucis & tenebrarum:
sicut enim scriptum est. Fiat lux, & facta est lux, et
vidit Deus lucem quód esset bona, & diuisit lucem a tenebris;
non enim dicitur aliquid diuisum quando est totum
tale: si enim lux illa contraxisset radios suos, & non illuminasset,
totum fuisset tenebra & nihil fuisset de luce, non
ergo fuisset diuisio inter tenebras et lucem, & ipsum Vniuersum
nō fuisset diuisum q. s. vna eius pars esset lucida et
altera tenebrosa, sed totum fuisset tenebrosum. Cum enim E
illa lux circuiret terram vel circuiret ista elementa, semper
vna pars illuminabatur quæ obijciebatur luci, & alia obstruebatur
quæ occultabatur à luce, vt sic semper per lucē
illam esset diuisio lucis á tenebra. Facit autem ad hoc idem
quod dicitur in Textu, quia vidit Deus lucem quód esset bona:
cum ergo illud videre quód esset bonum, secundū Augu.
2. de Gen. ad lit. cap. 6. sit complacere sibi quód tale quid duret & perseueret, lux
illa durauit & perseuerauit, sed nō durasset lux si aliquando
non luxisset; semper ergo lucebat, et suos radios nō contraxit.
V. quinta via sumitur ex parte vespere & mane: non
enim dicitur mane ex eo quód lux est super terram habitabilem,
quia tunc totus dies esset mane; sed dicitur mane ex
eo quod lux ab oriente vadit versus meridiem, & dicitur
vespera ex eo quód vadit versus occidens. Vespere itaq;

A & mane non possumus saluare propriè sine motu corporis
luminosi. Cum ergo scriptura sacra (loquens de factione
illius lucis) non solum loquatur de die & nocte, sed etiam
de vespere & mane, & hæc non sint sine motu corporis luminosi,
consequens est quód illa lux suo motu & suo circuitu
fecerit diem & noctem, & vespere & mane: si enim
semꝑ stetisset in oriente, semꝑ fuisset dies siue mane: & si
semꝑ stetisset in circulo meridiano, semꝑ fuisset meridies:
& si versus occidens, semꝑ fuisset vespera. Cum ergo hoc
vicissim faceret, suo circuitu hoc faciebat. Sed dices forte
vtrūq; fuisse, videlicet, ꝙ lux illa suū circuitū peragebat, et
radios contrahebat & emittebat. Sed frustra fit per plura
quod potest fieri per vnum: cum ergo per solum circuitum
possimus saluare lucem illam fecisse vespere & mane, noctem
& diem, non oportet superaddere emissionem et contractionem.
B Sexta via ad hoc idem sumitur ex parte dierum. VI.
nam cum prima die fuerit facta lux: secunda, firmamentum:
tertia, congregatio aquarum: quarta, luminaria cœli,
& sic de alijs: quia scriptura sacra eodem modo loquitur
de omnibus his diebus, dicens eos esse factos per vespere
& mane, oportet omnes hos dies vniformiter accipi. Ergo
cum quarta die factus fuerit Sol, qui motu suo fecit vespere
& mane diem vnum, sicut & nunc facit motu suo, oportet
quód illi tres dies facti fuerit motu illius lucis primó factæ:
aliter æquiuocè fuissent illi tres dies ab alijs tribus diebus
sequentibus, in quibus totus mundus est conditus, et ornatus.
Posset autem ad hoc idem adduci & septima via: nam duplex
potest esse actus formæ. Vnus respectu proprij subiecti, Vsus formæ duplex.
sicut albedo facit suum subiectum album, & calor calidum,
& lux lucidum. Alius actus est respectu aliorum á
C suo subiecto, sicut calor non solum facit suum subiectum calidum,
sed etiam calefactibilia circa se posita calefacit; &
albedo facit non solum suum subiectum album sed oculos ipsam
intuentes disgregat, & lux non solum facit suum subiectum
lucidum, sed etiam aerem circa se positum illuminat.
Quantum autem ad actum secundum potest impediri forma
saltem virtute diuina, sicut tres Pueri missi in caminū ignis Dan. 3.
non sunt calefacti. Calor ergo in illo igne habebat actum
suum quantum ad interius & quantum ad suum subiectum,
quia verè ille ignis erat calidus, sed non habebat actū suum
quantum ad exterius respectu istorum puerorum, quia eos
non calefecit, nec quicquam molestiæ intulit. Potest ergo
forma cohiberi quantum ad actum exteriorem, sed quātum
ad interiorem qui est respectu proprij subiecti videtur omnino
contradictionem implicare, vt sit calor in aliquo subiecto,
& non sit calidum illud subiectum: Ergo quia illa
E lux primó facta, erat in aliquo sicut in subiecto, ab hoc actu
non poterat cohiberi quin faceret illud corpus lucidum. sed
sufficit corpus esse lucidum ad hoc quód videatur. Illa ergo
lux (ex quo non tollebatur ab ea quin esset corpus lucidum)
semper erat visibilis: non ergo faciebat veram noctem,
cum semper appareret lux illa, cuius erat facere
diem. Sed dices quód virtute diuina potuit cohiberi ne
illuminaret alia, & ne multiplicaret speciem suam
ad oculum, & ne videri posset. Sed nō oportet
ad tot miracula recurrere, quando
saluata natura rerum possumus
sufficienter sacram scripturam
exponere.

Capue

CAPVT V.

Quomodo facta fuit illa lux pertinens ad primum diem, Vtrum per nouæ formæ substantialis acceptionem, An per aliam mutationem?



COGITVR animus dubitare, quomodo illa lux facta fuerit, nam oia fuerunt à principio producta secundum subiectam materiã et secundum substantiales formas, vt post illud principium in quo Deus creauit cœlũ & terram (accipiendo illud pro principio temporis) nihil fuerit posteà creatum, nisi sicut quotidie nunc aliquid creatur, quia quotidie creantur animæ rationales, & suis corporibus infunduntur, omnia ergo fuerunt in principio creata quantum ad substantiales formas, & etiam quantum ad subiectam materiam, & specialiter ea quæ sunt in supercœlestibus, nam supercœlestia semper sunt præferenda istis elementis, vnde prius fuit facta distinctio cœlorum q̃ elemẽtorum, vt prius fuit factum firmamentum in quo fuerunt distincti cœli, & postea fuit facta congregatio aquarum per quam fuit facta distinctio elementorum, nihil enim debemus ponere prius in elemẽtis q̃ in supercœlestibus: sed vel simul fuerint hæc, vel successiuè, ibi prioritas semper attribuenda est supercœlestibus & non elementis: igitur cum ipsa elementa ab ipso primordio fuerint producta secundum suas substantiales formas, quia terra ab ipso principio habuit suam substantialem formam, aqua etiam & aer (licet essent immixta) suas substantiales formas habebãt, ignis etiam ab ipso primordio fuit sic productus, ergo multo magis supercœlestia fuerunt producta secundum suas substantiales formas. Meritò ergo (vt prædiximus) dubitat animus, quomodo lux illa fuit facta post productionẽ cœli & terræ, cum ab ipso primordio fuerit producta secundum suam substantialem formam? Dicemus ergo, quòd non est alterius naturæ stella cum suo orbe

2. Cœl. t. 41.

in quo est fixa, quia (vt probat Philosophus in de Cœlo & mundo) omne quod est naturaliter fixum in aliquo, est eiusdem naturæ cum illo in quo est fixum: cum ergo stella naturaliter sit fixa in orbe, erit eiusdem naturæ cũ suo orbe, & tamen stella lucet, orbis non lucet: quod non est quia sit alterius naturæ hoc q̃ illud, sed quia est densius hoc quàm

2. cœli t. 48.

illud. Ideo dicit Philosophus quod stella est densior pars sui orbis, vel (quod idem est) est aggregatio luminis in orbe. Totus enim orbis & totum cœlum est de natura luminosi; sed vbi habet illam naturam raram non lucet, sed vbi eam habet densam & spissam lucet. Ideo (vt diximus) orbis quia est rarus nõ lucet, stella quæ est densa & spissa lucet: sicut videmus in igne, nam videmus q lucet ignis carbo & flamma, & non lucet in sua sphæra, quod non est q ignis flamma vel q ignis carbo sint de natura lucis, & ignis in sua sphæra non sit huiusmodi: immo si ratione igneitatis habent flamma & carbo q sint de natura lucis, ignis in sua sphæra magis adeptus est nomen lucis q̃ carbo et flamma, quia habet magis naturam ignis vt est elementum & vt est in sua sphæra, q̃ vt est elementatum & vt est hic inferius.

A Tota ergo causa quare hæc lucent et ille non lucet, est, quia ille est magis rarus, carbo et flamma sunt magis spissa. His itaq; prælibatis dicamus quòd ab ipso primordio illa lux, & omnia luminaria cœli, fuerũt facta secundum suas substantiales formas, & illa materia vnde fuit facta lux et vnde fuerũt facta luminaria cœli, fuit magis spissa q̃ alij cœli, sed non erat tantum spissa quod luceret: quando ergo dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux, illa materia (vt facta est lux) fuit magis densata & inspissata q̃ prius esset, vt extunc inciperet lucere cum prius nõ luceret. Si ergo quæritur quõ est facta illa lux prout in Titulo capituli proponebatur? dicemus q fuit facta per inspissationem & condensationem suæ materiæ non per acceptionem alicuius alterius formæ substantialis, rarum enim & densum nõ sunt formæ substantiales, sed accidentales: fuit ergo illa lux à

B principio producta secundum suam substantialem formam: sed non lucebat, quia illud corpus quod dicitur factum lux, ab ipso primordio non erat ita densum & spissum qd posset lucere sed cum dixit Deus, Fiat lux, fuit eius corpus sic densatum & inspissatum, vt luceret. Possumus autem sensibile exemplũ ponere de Luna: videmus enĩ in Luna quandam maculam, vt vbi est macula illa non luceat sed videatur tenebrosa quod non est q Luna sit alterius naturæ vbi habet illam maculam & vbi non lucet, q̃ vbi non habet & vbi lucet, sed quia secundum Commentatorem in de substãtia orbis, vbi habet illam maculam & vbi non lucet Luna, non est ita densa & ita spissa, vbi autem non habet maculam & vbi lucet, est magis dẽsa & magis spissa. Videmus etiam in reuerberationibus: quia à corpore denso & spisso (si sit tersum & politum) fit reuerberatio & generatur

Auerr. 2. cap. de substantia orbis, et. 2. cœli. t. 42. & 49.

C splendor; à corpore autem non sic denso nec sic spisso quantumcunq; sit tersum & politum, non fit tanta reuerberatio nec generatur splendor. Vt si quis velit tergere & polire ferrum, quia est corpus densum & spissum, & obijciat ipsum soli, vt patet in ense, fiet magis reuerberatio, et generabitur inde splẽdor: sed lignum quia non est corpus sic densum nec sic spissum, quantumcũq; sic tergatur, & poliatur, et obijciatur soli, nõ fiet indè magna reuerberatio, nec generabitur inde splendor. Videmus etiam q ensis magis lucet oppositus soli, q̃ aliud ferrum, quod inde est, quia fit de bono & forti calibe quod est magis spissum & densum, quàm aliud ferrum, ideo tersum & politum & oppositũ soli plus splendet, q̃ aliud ferrum. Spissitudo ergo materiæ facit ad multiplicationem lucis & splendoris: sed hoc non est tota causa in istis inferioribus, quia non est eadem natura in omnibus istis inferioribus. Vt forte amplius ponderat plũbum

E q̃ ferrum, & forte in vno pugno plumbi non minus est de materia q̃ in vno pugno ferri, sed quia plumbum est alterius naturæ cum sit molle q̃ ferrũ cum sit durum, forte ferrum tersum & politum & oppositum soli, plus faciet de splendore q̃ plumbum, & si fiat speculum de ferro & maxime de calibe plus faciet de splendore, & ardebit, & faciet ignem, quod non sic faceret speculum factum de plumbo. Sed in ipsis supercœlestibus vbi nõ est alterius naturæ stella q̃ orbis, nullam aliam causam assignabimus quare luceat stella & non orbis, nisi quia stella est spissior pars sui orbis. Est enim cœlum quinta essentia longe distãs à quatuor essentijs elementorum & elementatorum, ita q durum & molle & huiusmodi qualitates quas videmus in istis inferioribus, ibi non ponimus. Vel si volumus istas qualitates

1. Cœli t. 41.

A adaptare ad cælos, dicemus quod durissimi et solidissimi sunt, nec est solidior stella quam orbis; nullum enim instrumentum, nullum ferrum, nullumve aliquod posset à cælis aliquid remouere: ideo dicitur Iob. Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. Oportet autem per hæc inferiora manuduci in illa superiora, & ideo forte non habuit Iob aliquid solidius quod nominare posset quam æs fusum, et specialiter si cum ære admisceatur aliud metallum, vt patet in factione cymbali quod fit de valde solida materia: secundum tamen veritatem nulla est comparatio inter soliditatem cæli & æris fusi, vel cuiusque rei alterius hic inferius existentis: nam nulla res est hic inferius non patiens peregrinas impressiones & quæ non posset scindi vel aliquo alio modo alterari: nam cum adamas de quo dicimus quòd est tantæ soliditatis, vt si super incudine ponatur & malleo ferreo percutiatur, si iclum mallei expectat, B non frangetur, sed malleum vel incudinem subintrabit: & tamen (vt dicitur) sanguine hirci frangitur, vt nihil sit hic inferius à peregrinis impressionibus omnino remotum. Cæli autem tam stellæ quam orbes à peregrinis impressionibus semoti sunt omnino: nam cum cælum sit primum alterans, concluditur esse inalterabile. Huiusmodi itaque differentias inter stellam & orbem vt quòd stella sit dura, & orbis mollis, vel quòd hoc patiatur peregrinas impressiones, & non illud, rationem assignare non possumus, sed solum assignabimus differentiam secundum luminosum & diaphanum, quia stella est luminosa, & orbis est diaphanus. Vel erit ibi differentia inter spissum & spissum, quia stella est spissior pars sui orbis: secundum quem modum dici potest illam lucem esse productam, quia materia vnde facta est, fuit adeò inspissata quòd incepit lucere, quæ prius non sic C inspissata lucere non poterat.

Cap. 37.

Adamas sanguie hirci frãgitur, vt iquit Plin. lib. 20, i procem. et lib. 38. cap. 4. 8. Phy. 37. 2. de Cal. 42

CAPVT VI.

Quid factum fuit de illa luce, vtrum secundum se permanserit, vel in corpus aliud sit conuersa.

DE LVCE quidem primò facta multi sunt modi dicẽdi, quorum quosdam tangit Augustin. quosdam verò Doctores aliqui inuenerunt. Possumus autem tangere quinque modos dicendi. Vt sit vnus modus, quem tangit Augustinus quod illa lux est in partibus tam remotis, vt ab oculis D hominum videri non possit. Sitque modus alius quem idem August. tangit, vt sit lux illa semper coniuncta soli vt nobis apparere non possit. Sitque modus tertius, quod facto Sole lux illa in præiacentem materiã sit redacta. Sitque modus quartus, quòd lux illa erat quædã nubes lucida, de qua formatum est corpus solis. Sitque modus quintus, quem tangit Dionysius de Diuinis nominibus, quod illa lux fuit ipse Sol qui factus dicitur quarta die: erat enim (secundum ipsum) illa lux ipse Sol, siue ipsum lumẽ solare, sed adhuc informe; sed quia quandam formositatem accepit quarta die, ideo tunc dicitur esse formatum. Hoc est ergo quod ait, Ipsum enim videlicet, solare lumen, est illud lumen (quamuis tunc informe A erat quod & diuinus dicit Moyses) quod primam determinauit nostrorum dierum trinitatem. Duæ enim fuerunt trinitates dierum, idest, sex dies fuerunt appositi in productione orbis: & prima trinitas dierum fuit apposita ad rerum distinctionem, & alia trinitas ad ornatum: & lumen illud quod fuit productũ in illa prima trinitate dierum, quia fuit productum prima die, est illud idem lumen quod est Sol: sed tunc erat informe, nunc autem est formatum, vt patet ex sententia Dionysii. His itaque modis dicendi, & his opinionibus prælibatis, volumus eas singulariter discutere & opinionem inde eligere meliorẽ. Prima quidem opinio quod s. lux illa sit in partibus sic remotis, vt à nobis videri non possit, non vadit secundum mentem Augu. cum ponat omnia luminaria cæli ab ipso primordio fuisse producta, sicut & nunc sunt: sed recitat illum modũ dicendi tanquam dictum ab alijs, quem non esse rationabilem clare pa B tere potest. Nam illæ partes remotæ in quibus ponitur lux illa, vel sunt cælestes, vel elementales. Si sunt elementales, tunc illa lux esset corruptibilis, quia esset quid elementatũ: non ergo sic duraret, sed iam esset corrupta, nisi miraculo conseruaretur: nec subest causa, quare miraculo conseruaretur, ex quo nullum profectum facit. Insuper elementum ignis & aeris totum circũuoluitur cum cælo, excepto illo modico aere qui clauditur inter mõtes, vt patet ex lib. Meteo. ergo illa lux circũuolueretur, & quantumcũque esset in partibus remotis appareret nobis visibilis, immo quia suo circuitu in nostra terra habitabili faciebat diem & noctẽ, sicut tunc erat visibilis, ita & nunc esset. Si verò dicatur lucem illam esse in partibus cælestibus, cum cælum sic circũuoluatur nunc, sicut circũuoluebatur & tunc, nobis visibilis appareret. Sed dices quod est sic commixta soli quod nobis C apparere non potest, qui ponebatur secũdus dicendi modus. Sed nec hoc stare potest, quia (vt communiter improbatur) tunc lux illa superfluè retineretur, nihil autem est superuacuum in diuinis operibus, propter quod hæc positio rationabiliter sustineri non potest. Tertius autem dicendi modus, scilicet, quod facto Sole, in præiacentem materiam lux illa sit redacta, non est rationabilis, cum specialiter dicatur de luce illa, quod vidit Deus lucem quod esset bona, quia placuit sibi manere quod fecerat: non ergo in præiacentem materiam est redacta, sed adhuc manet vel in se vel in re quæ est inde formata. Quartus autem dicendi modus, videlicet, quòd illa lux erat quædam nubes lucida de qua formatũ est corpus Solis, aut accipit nubem propriè prout pertinet ad naturam elementatam, & tunc Sol de sui natura esset corruptibilis, quia esset de natura elementorum, quod est inconueniens: D aut accipit nubem largè pro illa materia cælesti de qua facta est lux, de qua luce postea factus est Sol, & tunc eadem est opinio illa cum ea quam tangit Dionysius. Cæteris itaque alijs opinionibus improbatis dicemus cum Dionysio, quòd lumen Solare, quod est nũc, erat illa lux, sed adhuc erat informe, quod formatum quarta die dicitur factus Sol. Sed in his verbis Dionysii oritur duplex difficultas, vt sit difficultas prima: quia (dato quod de illa luce factus sit Sol) non videtur benè dictum quod lux illa erat Sol, nec econuerso, sed quòd de illa luce factus est Sol: sicut si de aere fieret ignis, non esset benè dictum quod ignis erat ille aer de quo factus est, nec econuerso, sed quod aer est corruptus: & ignis est generatus, & sic de aere factus est ignis: eodem etiam modo si de illa luce factus est Sol, illa lux est corrupta, & Sol est inde factus.

Lib. 1. Gen. ad lit. cap. 11.

Magist. in. 2. sent. dist. 13.

Cap. 4.

Lib. 1. post medium cap. 3.

*ctus. Secunda difficultas est, quomodo lumē illud solare erat adhuc informe? Propter primum, sciendum, quòd non eodē modo ex aere fit ignis, & de illa luce factus est Sol: nam cum ex vno elemento fit aliud, vnum corrumpitur secūdum formam substantialem & aliud generatur, vt non possit dici q̄ hoc fuerit illud, sed q̄ ex hoc factū est illud: sed quando non est corruptio secundum substantialem formam, non est factum aliud, sed est factum alterum; secundum hoc ergo manet idem secundum substantiam, variatur autem secundum accidentia, vt si ex puero fiat vir, quia idem manet secundum substantiā, optime potest dici q̄ vir iste erat puer. Sic etiam in proposito: nam quia corpora cœlestia fuerūt ab ipso principio creata sub substantialibus formis, lux illa & Sol qui dicitur factus de illa luce, sub sua substantiali forma sunt producta: erat enim (vt diximus) in illa parte cœli vbi facta est lux materia magis dēsa quàm in quauis alia parte illius orbis, sed nō erat ita densa nec erat ibi tanta aggregatio luminis quòd luceret: sed quando Deus dixit, Fiat lux, materia illa fuit magis cōdensata, & ex hoc lumen fuit ibi magis aggregatum, & ex tunc incepit lucere: postea quarta die q̄n deus ex illa luce fecit Solem, materia illa fuit adhuc magis aggregata & magis condensata, & lumē fuit ibi amplius multiplicatum, vt ex hoc amplius luceret: ergo nec in productione lucis ex sua materia, nec in productione Solis ex illa luce facta est variatio secundū substantialem formam, sed solum secundum maiorem condensationem, & secūdum maioris luminis aggregationem: nam quilibet orbis cœlestis secundum se totum est de natura lucis, propter quod idem est orbē cœlestem in aliqua sui parte condensari, & lumen ibi aggregari; & idem est stellam esse densiorem partem sui orbis, et esse aggregationem luminis in suo orbe. Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus quòd in productione lucis ex sua materia, et in factione Solis ex illa luce, non fuit variatio secundum substantialem formam, sed solum fuit maior condensatio materiæ, maior aggregatio luminis, & ex hoc fuit ibi maior virtus & maior potentia ad lucēdum, sicut si puer fiat adolescēs, & factus adolescens fiat vir, non erit ibi variatio secūdum substantialem formam, sed erit ibi maior & maior adeptio virtutis & potestatis, quia factus adolescens erit fortior & potentior se puero, & factus vir erit fortior & potentior se adolescente. Ex his autem apparere potest solutio difficultatis prætactæ, nam propter idētitatem eiusdem substantialis formæ, lux illa primò facta est illud idem corpus ex quo factus est Sol, & Sol est illud idem corpus luminosum ex quo est factus. Benè ergo dixit Dionysius quòd lumen solare erat illa lux primo facta, q̄a est illud idem corpus q̄d erat lux illa. Ex his etiā apparere potest quod in Titulo capituli dicebatur, cùm quærebatur quid factum fuerit de illa luce, vtrū secundum se permanserit, aut in aliud corpus sit conuersa? Dicemus q̄ secundum se permansit & permanet secundum substantialem formam, sed secundum se non permansit nec permanet quantum ad æqualis luminis acceptionem, quia multo magis lumen accepit cum factus fit in-

Cap. 11. " de Sol, quàm ante haberet. Vnde Aug. 1. super Gen. quæ-
" rens, ait, Vt quid ergo factus est Sol in potestatē diei, qui lu-
" ceret super terram, si lux illa diei faciendo suffecerat, quæ
" dies etiam vocata est? An illa prior regiones superiores à
" terra longinquas illustrabat, vt sentiri non posset in terris:
" atq; ita oportebat Solem fieri per quē dies inferioribus mū-

A di partibus appareret? & subdit, Potest & hoc dici, au- "
ctum esse fulgorem diei Sole addito (id est, producto Sole) vt per illam lucem minus fulgens dies quàm nunc est fuisse credatur. Non ergo tantum lucebat illa lux, quantum lucet Sol. Quod vero addebatur in dicto titulo, vtrum illa lux in corpus aliud sit conuersa: dicamus eam non esse conuersam in corpus aliud, sed in corpus alterum: illud enim corpus tunc alterum fuit, cum factus Sol, accepit maiorem aggregationem luminis, non tamen ex hoc fuit aliud secūdum suam substantialem formam. Sed dices q̄ etiam non potest esse corpus alterum secundum quascūq; conditiones: nam cum cœlum sit primum alterans & ex hoc sit inalterabile, non videtur corpus illud ex quo facta est lux, & ex quo postea factus est Sol, potuisse aliquam alterationem recipere.

Margin: 8. Phy. 37. 2. de Cælo t. 42.

Dicemus ergo q̄ cœlum & quælibet pars cœli est alterans

B inalterabile secundum rationes seminales prout res est subiecta naturalibus agentibus, sed non est quid inalterabile secundum rationēs obedientiales prout de creatura fit quod Deo placet: nam secundum Augu. super Gen. vtrasq; rationes indidit Deus, seminales, secundum quas subduntur naturalibus agentibus, & obedientiales, secundum quas fit de eis quod Deus disposuit. Adhuc fortè diceret aliquis, si corpus illud de quo facta est lux, tunc fuit magis condensatum, & postea factus inde Sol, fuit peramplius condensatum, quia non potest corpus condensari nisi occupet minorē locum, videtur in cœlo aliquid remansisse vacuum? sed de hoc, cum agetur de opere quartæ diei quando producta fuerunt luminaria cœli, infra in. 33. cap. difficultas mouebitur specialis. Secunda quidem difficultas superius tacta de informitate illius lucis, soluta est per iam dicta: nam cum non

Margin: lib. 6. cap. 14.

C esset lux illa tanti fulgoris & tanti luminis sicut est nunc Sol, poterat dici informis respectu Solis. Dicunt tamen alii qui informitatem illam fuisse quantum ad causalitatem, q̄a lux illa primò facta erat substantia Solis, & habebat virtutem in communi, sed postmodum data est ei specialis et determinata virtus quantum ad particulares effectus. Sed vel hoc est idem cum dicto nostro, vel est sine causa positū: nam cum tradant Philosophi influentiam esse a luminoso, si fuerit ei data specialis virtus ad influendum & causandū, fuit ei specialis illuminatio addita, quia cum possumus aliq̄d naturaliter saluare, nō oportet ad miraculum recurrere. Propter q̄d dicemus, q̄ illa lux erat informis p̄pter minorem luminositatem: facto aūt inde Sole, dicitur fuisse formata propter maiorem luminositatem, qua aucta, cum influētia sit à luminoso, potuit illa lux habens maiorem luminositatem in

Margin: S. Tho. 1. par. sum. q. 77. artcu. 4. Ad. 2. arg. — 2. de Cælo t. 42.

D multos effectus, in quos non poterat propter minorem luminositatem dum dicebatur esse informis.

Margin: Sed Cur Moyses d. Et vidit deus lucem q̄ esset bona, si aliquid luminis deerat? cōsidera.

CAPVT VII.

Quomodo illa prima dies se habuit ad alios dies secundum quantitatem temporis, vtrum fuerit maior, uel minor, uel æqualis?



DE ILLA autem die prima secundum quantitatem temporis & spacium horarum, dupliciter loqui possumus: & secundū unū modum loquēdi, illa dies fuit minor dies omnibus sequētibus diebus: secundum alium modum loquendi, illa dies fuit aliq̄bus diebus sequentibus fortè æqua-

lis, aliquibus vero diebus minor. Accipitur enim vno modo dies illa prout incepit à factione lucis, vt sit prima dies à luce in lucem, à luce. s. eunte versus occidens, in lucem redeuntem in oriens: secundum quem modum dixit Beda ꝙ opera Dei à luce inchoata in lucem completa esse significantur, secundum hunc etiam modũ loquitur Magister sententiarum lib. 2. dicens ꝙ dies illa habuit. xxiiij. horas. (Dist. 13.) Possumus enim distinguere horas ꝙ hora sit transitus corporis luminosi per quindecim gradus, quando enim Sol peragrauit quindecim gradus, dicimus fuisse pertransitam vnã horam: & quia circuli cœlestes diuiduntur in. 360. gradus, quando Sol peragrauit totum circulum inter diem & noctem, & rediit ad punctum vnde incepit moueri motu diurno siue motu primi mobilis, dicimus ipsum pagrasse. 360. gradus, qui diuisi per horas, vel diuisi per quindecim gradus, faciunt vigintiquatuor horas: nam quater & vicies. 15. gradus, sunt. 360. Prima ergo dies incipiendo eã a factione lucis non continebat nisi vnam circulationem. & ideo fuit minor omnibus diebus sequentibus. Credimus enim a principio fuisse motum primi mobilis qui est ab oriente in occidens, vt ex hoc viderentur quodammodo indistincti alii cœli inferiores a primo mobili, quia nondum habebãt motũ proprium qui est oppositus illi motui per quem distincte agnoscimus alios cœlos esse diuersos a primo mobili: sed facto firmamento, & facto cœlo sydereo, siue facta octaua sphæra (secundum unum modum exponendi) quod fuit factum secũda die, incepit esse motus contrarius motui primi mobilis. Et ideo secunda & tertia dies fuerunt longiores ꝙ̃ prima dies: nam dies prima, secundum modum quem tetigimus, non continebat nisi vnam circulationem tantũ, sed dies secunda & tertia continebant aliquid plus. prima enim die non mouebatur lux illa nisi ab oriente in occidens secũdum motum primi mobilis, sed secunda & tertia die mouebatur ab oriente in occidens secundum motum primi mobilis, & ab occidente in oriens motu firmamenti siue motu octauæ sphæræ, qui dicitur incepisse secũda die, qua die dicitur firmamentum factum: ergo secunda dies continebat totam reuolutionem, & tantum plus quantum recuperauit illa lux motu octauæ sphæræ. tantũdem etiam temporis continebat tertia dies: alij autem tres dies sequentes, qui dicebãtur dies ornatus, cum iam facta essent luminaria cœli, fuerunt maiores, ꝙ̃ secunda & tertia dies. Prima itaq; dies fuit minor ꝙ̃ secunda, & tertia: & secunda, & tertia dies fuerunt minores, ꝙ̃ quarta, quinta, & sexta: nam secunda & tertia dies non continebant plus ꝙ̃ vnam reuolutionem & quantũ mouetur octaua sphæra in una die. sed alii dies sequentes, & omnes dies qui sunt nunc non solum continent plus ꝙ̃ unam reuolutionem & quantum mouetur octaua sphæra, sed etiã quantum mouetur Sol: nã cum factus fuerit Sol quarta die, incepit tunc moueri Sol contra motum primi mobilis, sicut mouetur nunc. mouetur enim nunc Sol triplici motu, motu primi mobilis, motu octauæ sphæræ, & motu proprio: sed motu primi mobilis vadit ab oriente in occidens, motu octauæ sphæræ & motu proprio vadit ab occidente ad oriens. Si ergo modo incipiat dies, & Sol sit in aliquo puncto cœli, ille punctus redibit ad locum vnde incepit moueri in una reuolutione completa: sed Sol motu proprio, & motu octauæ sphæræ cum his motibus econtra mouetur. non erit in illo puncto in quo incepit moueri, sed retrocessit per tantum spacium per quantum iuit motu octauæ sphæræ & motu

A proprio: quapropter redacto puncto cœli ad locum ꝓprium quando incepit dies, nõ propter hoc redit illuc Sol, sed oportet ꝙ moueatur cœlum per tantum spacium quantum Sol contra acquisiuit. ad hoc quod Sol incipiat apparere, & ad hoc ꝙ incipiat esse alia dies. Cõcludamus ergo, et dicamus, quód, incipiendo primam diem a factione lucis illa dies nõ continuit nisi vnam reuolutionem tantum, quia nõdum erat factus motus firmamenti. secunda autem dies, & tertia (qñ iam factum erat firmamentum) continebat vnam reuolutionem, & tantum plus, quantum retrogradiebatur illa lux motu firmamenti: quarta autem dies, & omnes alij dies sequentes, facto iam Sole, continebant vnam reuolutionem, & quantum ipse Sol contra voluebatur motu firmamenti, & etiam quantum contra voluebatur motu proprio Solis. Propter quod liquide apparet, quód quarta dies, & omnes sequentes

B excesserant secundam & tertiam. quantum contra gradiebatur Sol in vna die: secunda autem & tertia dies excesserunt primum diem, quantum cõtra gradiebatur illa lux motu firmamenti in vna die. prima veró dies vnam reuolutionem continens, & nihil habens de retrogradatione, quia nondum erat motus firmamenti, & nondũ erat factus Sol, minor fuit omnibus aliis diebus. Patet itaq; si accipiatur dies prima a factione lucis, ꝙ minor fuit omnibus alijs diebus continens. xxiiij. horas, vel continens spacium. 360. graduum, & nihil amplius: cæteri autem dies continebant tantundem, & retrogradationem octauæ sphæræ tantum, vel octauæ sphæræ & Solis. Verum quia huiusmodi retrogradatio quantum ad vnum diem est ualde quid modicum, non dicitur dies naturalis esse nisi. xxiiij. horarum, & non curatur de huiusmodi retrogradatione quantum ad

C computationem dierum. sed si vellemus æquare cœlum. & vellemus scire punctualiter veritatem & punctualem locum Planetæ, oporteret istas retrogradationes computare. Sed potest aliter accipi prima dies, vt incipiat non a factione lucis, sed a factione mundi, ita quód prima dies contineat reuolutionem vnam quæ fuit a factione lucis vsquequo rediit ad punctum in quo facta fuit, & contineat etiam illam modicam morulam quæ fuit inter factionem mundi, quãdo in principio creauit Deus cœlum & terram. & factionem lucis quando dixit, Deus Fiat lux & facta est lux. Vtrunq; enim modum accipiendi diem insinuat Moyses: nam cúm dixit, In principio creauit Deus cœlum & terram, nullam mentionem fecit de diebus, sed incepit facere mentionem de diebus a factione lucis, quia cum dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux, postea subdit, Et factum est vespere & mane

E dies vnus, innuẽs quód illa dies prima incepit a factione lucis, vel innuens quód vnus modus accipiendi diem, est a factione lucis. Ipse etiam idem Moyses postꝙ̃ enarrauit opera sex dierum, & sanctificationem septimi diei, quasi recapitulando subdit, Istæ sunt generationes cœli & terræ, qñ (Gene. 2. a) creatæ sunt, in die quo fecit dominus cœlum & terram. ubi planè innuit quód potest accipi dies a factione mundi, non enim in die fecisset Deus cœlum & terram, nisi dies illa incepisset a factione mundi: secundum quem modum loquẽdi, erat vna comparatio inter primam diem, et omnes alias: quia quælibet huiusmodi dies continebat totam reuolutionẽ, & cum hoc aliquid amplius, sed aliter & aliter, quia prima dies continebat reuolutionem vnam & morulam quæ fuit inter creationem mundi & factionem lucis, secunda et tertia dies continebant reuolutionem vnam & morulam

que

quæ fuit propter retrogradationem octauæ sphæræ, quarta vero & sequentes dies continebant reuolutionem vnam & ampliorem morulam propter retrogradationẽ octauæ sphæræ & Solis. Sed dices primam diem declaratum non esse (computando eum cum morula quæ fuit inter creationem mundi & factionem lucis) an fuerit maior, vel minor, vel æqualis alijs diebus: nã sine illa morula erat omnibus diebus minor, sed quid cum illa morula relinquitur declarandum. Sciendum ergo duas esse trinitates dierum, vt innuit

Cap.4. Dionysius de Diuinis nominibus, prima quidẽ trinitas fuit apposita ad distinguendum, secunda ad ornandum. Satis ergo videtur probabiliter dictum, ꝙ primi tres dies fuerunt æquales vel quasi æquales, alij vero tres sequentes dies fuerunt maiores primis, sed inter se fuerant æquales: nam illa morula quam computamus cum prima die inter creationem

B mundi & factionem lucis, dicebatur superius fuisse tanta quanta fuit inter creationẽ angelorum bonorum & eorum conuersionem, vel inter creationem malorum, & eorum auersionẽ, quæ fuit valde modica: retrogradatio aũt quam vltra reuolutionem continebant duæ sequentes dies, fuit ẽt valde modica, quia fuit quantum mouetur octaua sphæra in vna die, cum secundum Ptolemæum illa octaua sphæra in centum annis non moueatur nisi per vnum gradum: ex quo potest apparere quanta fuit morula inter creationem mali angeli, et eius lapsum, et sic illi tres dies primi fuerũt vniformes vel quasi vniformes, alij aũt tres sequentes dies maiores tribus primis, inter se tamen fuerũt æquales, vel quasi æquales, quia quolibet continebat totam reuolutionẽ & retrogradationem octauæ sphæræ & Solis. Dicimus autem illos dies fuisse æquales vel quasi æquales propter eccẽtricitatem Solis: nam licet Sol in suo eccentrico vadat æqualiter, consequens est quòd in circulo signorum vadat inæqualiter. Iterum dicimus hoc propter ortũ rectum et obliquum,

C quia si illud quod recuperat Sol oritur rectè, apponit plus de tempore, si obliquè minus.

CAPVT VIII.

Vtrum lux in spiritualibus dicatur proprie, uel transumptiue.



ERBA sanctorum in eo quod dicimus de luce magnã difficultatem faciunt nam Augusti. 4. super Gen. vult ꝙ lux in spiritualibus dicatur pro-

Cap.28. D prie. Ait enim, Ne quisquam arbitretur illud quod dixi de luce spirituali nõ iam proprie sed quasi figurate. quasi dicat ꝙ non figuratiuè nec allegoricè spiritualis substantia dicitur lux, sed propriè. Item ẽt ibidem dicit ꝙ lux non dicitur hic i. in corporalibus propriè, & ibi, idest, in spiritualibus figuratè. Et ibidem vult quòd in spiritualibus melior & certior sit lux & dies, ꝗ̃ incorporalibus. Et idem ibidem ait quòd Christus non sic dicitur lux, quomodo dicitur lapis, quia Christus lux pro-

In suo Hexaemeron. prie dicitur, lapis verò figurate. Ambrosius tamen, & multi alij sancti volunt quod hæc metaphoricè dicantur de spiritualibus substantijs. Sciẽdum ergo quòd lux de corpora-

Text.24. & 31. libus et spiritualibus nõ poteſt dici vniuocè, quia vera vniuocatio nõ est nisi in specie specialissima, vt patet i. 7. Phys.

A nam & ibidem dicitur, ꝙ latent æquiuocationes in vniuersalibus siue in generibus, nec potest dici pure æquiuocè, quia vbi est aliqua similitudo nõ est omnimoda æquiuocatio. Sed dices ꝙ cum similitudine stat vera æquiuocatio, quia animal homo, & quod pingitur, idest, homo verus, & homo pictus dicuntur æquiuoce. Ad quod dici potest ꝙ logicus cõmuniter non distinguit inter analogum & æquiuocum, vel inter analogum & vniuocum, sed illam analogiã quæ multum appropinquat vniuocationi, vocat vniuocationem, dicit enim ꝙ genus prædicatur vniuocè de suis spẽbus, & tñ (vt diximus) latent æquiuocationes siue analogiæ in generibus, analogiam autem illam quæ multum distat ab vniuocatiõe cuiusmodi est analogia entis, vocat æquiuocationem: ideo di-

In cap. de specie. cit Porphyrius ꝙ si quis omnia, entia vocet, æquiuocè nun-

B cupabit: ideo nõ oportet esse vere æquiuoca quæ logicus vocat æquiuoca, nec vere vniuoca quæ vocat vniuoca. Vel possumus dicere ꝙ similitudo quæ est inter picturam & rem, non est similitudo secundum naturam: nam ille idem color qui datur parieti vbi pingitur hõ, posset dari ligno vel alij rei alterius naturæ. nos autẽ loquimur de similitudine naturali. Redeamus ergo ad propositum, et dicamus, quòd nec proprie vniuocè, nec proprie æquiuocè, sed analogicè: et secundum prius & posterius, dicitur lux in spiritualibus, & corporalibus. Videndum est ergo vnde dicitur lux in corporalibus, & secundum hoc inuestigabimus, Verũ illud magis, vel per prius reperiatur in corporalibus, quàm in spiri-

Lux. Cap.5. tualibus, vel ecõuerso. Videtur autem nomen lucis sumptum esse à manifestatione, iuxta illud Apostoli ad Ephes. omne enim quod manifestatur, lumen est: & ex hoc videtur ꝙ lucis sit manifestare. Lucis etiam est irradiare tam super co-

C gnoscibilia, quàm super cognoscentia: vt si oculus est cognoscens corporaliter, & colores cognoscuntur ab oculo corporaliter, lux corporalis irradiabit super colores qui se habẽt vt cognoscibilia, & super oculũ qui se habet vt cognoscẽs: nam nisi esset color illuminatus nullo modo videretur ab oculo, nam nõ potest immutare visum nisi color illuminatus, cum color sit motiuus visus secundum actũ lucidi, vt decla-

Tex.6 7 rari habet super. 2. de Anima: vt ergo colores manifestẽtur visui, oportet lucem irradiare super eos: sic etiã dicere possumus, ꝙ sicut colores non manifestantur visui nisi lux irradiet sup eos, sic visus nõ videt manifeste colores nisi lux irradiet super eum. Sed dices ꝙ oculus in obscuro videt colores illuminatos, sicut patet cũ ad lumen candelæ legimus in aliquo libro, & nolentes pati disgregationem visus, vertimus lumen ad librum, & occultamus ipsum ab oculo. Di-

D cemus ergo, eoipso quòd visus non potest suscipere speciem coloris nisi illuminati, dicitur lux irradiare super colorẽ, & super oculum, inquantum oculus nõ potest immutari nisi à colore illuminato, & in virtute lucis: quantũcũq; ergo occultetur lumen ab oculo, tamẽ ex quo proponitur oculo diametraliter color illuminatus, simul recipit oculus speciẽ coloris & luminis, vt ex hoc dicatur lux super vtrũq; irradiare. His visis dicemus ꝙ lux hæc importare videtur, videlicet, manifestationem, irradiationem super cognoscibile, et cognoscens. Quare si ista magis reperiuntur in spiritualibus quàm i corporalibus, consequens erit, vt videatur veram esse opinionẽ Augustini, ꝙ .s. melior, & certior, & verior est lux in spiritualibus ꝗ̃ in corporalibus. Igitur si loqmur de primo, i. de manifestatione, patet spũalia & intelligentias esse manifestissima in natura. Ideo Phs in. 2. Met. com

Tex.1.

parat intellectum nostrum respectu intelligentiarum ad oculum noctuæ respectu Solis siue lucis diei, dicens, ꝙ sicut se habet oculus noctuæ ad lumen Solis, sic se habet intellectus noster ad ea quæ sunt manifestissima in natura. Sicut ergo Sol est manifestissimus respectu omnium corporalium, sic intelligentiæ sunt manifestissimè in natura etiam respectu ipsius Solis: nulla enim corporalia sunt ita manifesta in natura, sicut sunt spiritualia & intelligentiæ, cum omne opus naturæ sit opus intelligentiæ, & cum natura non agat nisi

12. Met. t. 18 rememorata à superioribus causis. quod ergo diximus de manifestatione possumus dicere de irradiatione tam super cognoscibilia q̃ super cognoscentia: dicimus quidem ꝙ lux spiritualis vehementius irradiat super cognoscibilia quàm lux corporalis super colores, vt intellectus agẽs qui est lux spiritualis vehementius irradiat super phantasmata quàm

3. de Anima. tex. 18. lux corporalis super colores. & licet dicat Philosophus, ꝙ sicut lux se habet ad colores, sic se habet intellectus agẽs ad phantasmata; istud tamen, sicut, non dicit æqualitatem, quia vehementior est irradiatio intellectus super phantasmata, quàm lucis super colores: nam phantasmata sunt intelligibilia in potentia nihil habentia (secundum ꝙ huiusmodi) de actualitate intelligibili, cum intelligibile ab intellectu nostro sit vniuersale, phantasmata autem sint singularia & particularia, & sint hic & nunc, nihil habentia (secundum ꝙ huiusmodi) de vniuersalitate: colores tamen aliquid habent de actualitate visibili, cum de compositione colorum sit lux vel perspicuitas, quæ participat naturam lucis, est enim color extremitas perspicui siue ꝑspicuitas extrema in cor-

Cap. 2. pore terminato, vt Philosophus ait in de Sensu & sensato: sed tamen color hanc actualitatem visibilem non habet tantum, nec in illa plenitudine, ꝙ possit immutare visum sine actu lucidi. Quapropter si plus est ꝙ phãtasmata quæ sunt potentia intelligibilia, moueant intellectum in virtute intellectus agẽtis, quàm ꝙ colores qui sunt aliquo modo actu visibiles, moueant oculum in virtute lucis, possumus verè cõcludere ꝙ intellectus agens qui est lux spiritualis, vehemẽtius irradiat super phantasmata, q̃ lux corporalis super colores. Habito ꝙ manifestatio peramplius & perfectius reperitur in spiritualibus quæ sunt manifestissima in natura, q̃ in quibuscũq; corporalibus in q̃bus magnus est defectus respectu sp̃ualium. & ostenso ꝙ irradiare super cognoscibilia vehementius competit luci sp̃uali quàm corporali super colores: volumus declarare aliud, videlicet, ꝙ irradiare super cognoscentia vehemẽtius conuenit luci spirituali, quàm corporali. Est enim simile de intellectu agente qui est lux spiritualis respectu phãtasmatum, & de luce corporali respectu colorum comparando colores & lucem corporalem ad aerem & lumen intellectus agentis, & phantasmata ad

Commẽt. 18. intellectum possibilem: quia (vt Commentator ait in. 3. de Anima) sicut aer simul recipit species coloris & lumẽ, sic intellectus possibilis simul recipit similitudines phantasmatum & lumen intellectus agentis: & quod dictum est de aere, veritatem habet de oculo, quia oculus non recipit similitudinem coloris nisi illuminati, vt ex hoc simul dicatur recipere similitudinem colorum & lucis. Fortior tamen est lux spiritualis siue lumen intellectus agentis, quàm sit lux corporalis respectu oculi: quia cùm intellectus possibilis desinit cogitare, non propter hoc perdit speciem nec lumen intellectus agentis: sed cum oculus clauditur & desinit videre, nõ remanent ibi species coloris neq; species lucis. Vehemẽtius

A ergo coniunguntur intellectui possibili similitudines phantasmatum & lumen intellectus agentis, quàm coniungãtur oculo similitudines colorum & lux corporalis, cùm oculo se auertente à coloribus & à luce non vlterius hæc remaneant; in ipso intellectu vero desinente considerare de rebus, adhuc similitudines rerum & lumen intellectus remanent in eo: & quia intellectus possibilis dicitur cognoscens respectu intelligibilium, sicut visus respectu visibilium, bene dictum est ꝙ non solum super cognoscibilia, sed etiam super cognoscentia lux spiritualis vehementius irradiat, q̃ lux corporalis Tria itaq; tacta sunt circa lucem tam corporalẽ quàm spiritualem, videlicet, manifestatio, irradiatio super cognoscentia, & cognoscibilia. Si ergo quæratur, quomodo ista se habent adinuicem? Dicemus ꝙ sunt simul tempore, in illo enim eodem instanti in quo fit irradiatio super

B coloribus, fit receptio similitudinis coloris illuminati in oculo, & fit visio. Et quia cum fit irradiatio super colores, dicitur fieri irradiatio super cognoscibilia: quum autem recipiuntur similitudines colorum illuminatorum in oculo dicitur fieri irradiatio super cognoscentia: quum aũt fit visio dicuntur colores fieri manifesti oculo: ideo irradiatio super cognoscibilia, & irradiatio super cognoscentia, & manifestatio sunt simul tempore, sed non sunt simul causalitate. Cum autẽ dupliciter distinguatur causalitas, videlicet, inferendi, & essendi: si loquimur de causalitate inferendi, magis ex manifestatione inferemus quãlibet irradiationem, q̃ econuerso: nam benè valet ꝙ si fit visio & fiant colores manifesti oculo, ꝙ fiat irradiatio super cognoscentia. et benè valet ꝙ si fit hoc, ꝙ fiat irradiatio super cognoscibilia: sed non valet si fit irradiatio super cognoscibilia, ꝙ fiat vi-

C sio vel ꝙ fiant colores manifesti oculo, quia forte non est ibi oculus cui fiant colores manifesti: ergo si volumus loqui de manifestatione facta oculo, nõ semper ex qualibet irradiatione possumus inferre manifestationem, sed econuersũ. sed si volumus loqui de manifestatione in se, tũc vnum infert aliud, & econuerso: nam per irradiationem lucis fiunt manifesti colores in se, etiam si à nemine videantur: ergo si est irradiatio, est & hmõi manifestatio, & econuerso: sic ergo dicendum est quantum ad illuminationem, & quantum ad causam infrẽdi. Sed si volumus loqui de causa essendi quæ est potior & magis consideratione digna, prius est irradiatio super cognoscibilia. & ex hac causatur irradiatio sup cognoscentia, & ex his causatur visio & fiunt colores manifesti visui, vt prius intelligimus lucem illuminare colores, & postea intelligimus colores illuminatos causare suam si-

D militudinem in oculo, & postea intelligimus ex his fieri visionem, & colores manifestos esse oculo: & quia omnia ista fiunt in instanti, non est ibi prius & posterius tempore, sed causalitate, natura, & origine: & secundum ea quæ diximus de luce, coloribus, & oculo, possumus intelligere de intellectu agente, phantasmatibus, & intellectu possibili. Cõcludamus ergo & dicamus ꝙ si irradiatio super cognoscibilia, & super cognoscentia, & manifestatio, sunt potiora in luce spirituali, quàm corporali, videtur dicendum esse, vt Augustinus ait, lucem magis proprie in spiritualibus, q̃ in corporalibus reperiri. Sed vt saluemus dicta Augustini, & aliorum Sanctorum, dicemus ꝙ in Nomine duo est considerare, scilicet, impositionem, & impositionis rationem: vt si hoc nomen lapis impositum est lapidi ab hac ratione, quia lædit pedem, vt dicatur lapis, quasi pedem lædes, possemus

considerare

considerare de hoc nomine lapis et quantum ad impositionem, & quantum ad impositionis rationem. sic & de luce possumus ista duo considerare. Si ergo consideremus de luce quantum ad nominis impositionē, propriè competit corporalibus, & ex hoc translatum & extensum est ad spiritualia: nam cum nostra cognitio incipiat a sensu, & prius cognoscamus lucē corporalem quàm spiritualem, prius fuit nomen lucis impositum corporalibus: & ex his extensum ad spiritualia. Sed si consideremus de ratione impositionis, sicut multa magis possunt lædere pedem & magis lædunt pedem, quàm lapis, sic manifestatio & ea quæ sunt de ratione lucis, magis possunt conuenire & magis cōueniunt spiritualibus quàm corporalibus, vt ex hoc nomen lucis nō figuratiuè sed propriè in spiritualibus esse dicatur. Sed dices, quód etiam irradiatio trāslatiuè competit spiritualibus. **B** Ad quod dici potest, quòd quicquid sit de impositione nominis, id tamen quod est de irradiationis ratione peramplius & perfectius competit spiritualibus quàm corporalibus, vt si ex hoc dicitur lux corporalis irradiare sup colores prout colores in virtute eius mouent visum, & ex hoc intellectus agens qui est lux spiritualis dicitur irradiare sup phantasmata prout in virtute eius mouent intellectum possibilem, vt patet per habita: perfectior est virtus intellectus agentis super phantasmata vt moueāt intellectum possibilem, quàm lucis corporalis super colores vt moueant oculum. Et si volumus ista adaptare ad Angelū qui est substantia spiritualis separata, dicemus quòd illud qd' Augustinus ait de Anima quæ est spiritus iunctus corpori vel quæ est spiritus vnibilis, ꝙ omnia cognoscit in quadam luce sui generis, vt pa-
Cap. 15. tet ex. 12. de Trinitate, possumus dicere & de angelo qui **C** est spiritus separatus, quòd omnia cognoscit in quadam luce sui generis: ipse enim intellectus angelicus inquantum retinet species potest dici quædam memoria, inquantum vero ab ipsis speciebus in memoria generantur species in actu vt per illas actu intelligat intellectus, potest dici quædam intelligentia, vt ex hoc verificetur hoc commune dictum, quòd in angelo & in animo à specie quæ est in memoria gignitur species in intelligentia. tertio ille idem intellectus angelicus qui dictus est memoria prout quasi habitualiter retinet speciem, & dictus est intelligentia prout actualiter & clariori modo fit ibi species, potest dici lux prout habet hanc virtutem manifestatiuam, quòd à specie quæ est in memoria vbi est quasi in abscondito & minus manifesta, gignitur species in intelligentia vbi est magis in
Ad Ephe. 5. actu & magis manifesta: nam (vt patuit per Apostolum) **D** Omnis manifestatio habet rationem luminis: istæ ergo manifestationes non possent fieri per intellectum angelicum, nisi esset quoddam lumen & quædam lux, & quia ista manifestatio quæ fit per irradiationem & lucem spiritualem est perfectior quàm illa quæ fit per corporalem, si intime consideramus non impositionem nominis sed id quod intelligimus, & id quod importatur per irradiationem & lucem, perfectius cōpetunt hæc spiritualibus quàm corporalibus.

A CAPVT IX.

Quòd lux nec est corpus nec defluxus corporis.



VOLENTIBVS nobis probare quòd lux nec est corpus nec defluxus corporis, obuiant vel obuiare videntur dicta scripturæ sacræ, sanctorū, & Philosophorum, & etiam dicta communia quæ communiter dicuntur. Obuiant quidem dicta scripturæ sacræ, qa I. primo die dicitur facta lux, iuxta illud Fiat lux: constat autem quòd non fit nisi compositum, vt probat Philosophus in 1. Phy. t. 64. **B** lib. Phy. et Met. quia non fit ipsa rotunditas nec albedo, sed et. 7. Met tex. fit corpus rotundum & corpus album: si ergo ipsa lux di- 23. & inde. citur facta, videtur quòd lux sit quoddam corpus. Secundo intentioni nostræ obuiant & obuiare videntur dicta Sanctorum: videtur enim velle August quòd lux in corporibus II. teneat primum locum, quod non esset nisi ipsa esset corpus. In lib. de lib. arb. Tertio videtur nobis obuiare dicta Philosophorum: videtur enim Philosophus velle in Topicis, quod tres sunt species III. ignis, carbo, flamma, & lux. Vt ignis in materia terrestri 5. Top. cap. 5 est carbo. In materia vaporali & fumosa est flamma. loc. 98. Nam secundum Philosophum, Flamma est fumus ardens: quod manifeste videmus. Nam si sint candelæ accensæ, & vna extinguatur, et supponatur alteri, ita ꝙ fumus candelæ extinctæ attingat flammam candelæ accensæ, flamma candelæ accensæ incipiens ardere fumū candelæ extinctæ, accēdet cādelam extinctā, ita ꝙ materia flammæ est fumus: **C** igitur sicut in materia terrestri ignis est carbo, sic in fumosa materia est flamma. Sed ignis in propria sphæra vbi est ita rarus et diaphanus, dicitur lux, quia diaphanum & perspicuum participant naturam lucis: quare si ignis in propria sphæra dicitur lux, & sic acceptus est corpus, consequens est ꝙ lux sit corpus. Quarto nobis obuiare videntur dicta IIII. communia quæ cōiter proferuntur, nam hoc est lucere, radios emittere. ipsi ergo radij sunt quædam lux. Et tamen dicimus de radijs, ꝙ franguntur, intersecantur, & reflectuntur. Frangūtur quidem propter diuersitatem mediorum. reflectuntur propter resistentiam opacorum corporū. intersecantur propter irradiationem diuersorum luminum. Franguntur quidem radij propter diuersitatem mediorū: vt si qui videat aliquā rem per diuersa media, semper frangitur radius vel à ꝑpendiculari, vel ad perpendicularem: vt si sunt **D** duo media ꝑ quæ oculus videt rem, & sit subtilius medium iuxta oculū, & densius iuxta rem, frāgitur radius ad perpendicularem siue versus perpendicularē, vt ex hoc res videatur maior, qa videtur sub maiori angulo. Vt si sit oculus A, res visa B, et mediū differens grossius sit C, et subtilius D, radij A E, & A F, qui rectè procedētes attingerent totam rem quæ est B, refracti versus perpendicularem & versus B, non attingunt totam rem sed partem rei: ergo ad hoc ꝙ res videatur, oportet ꝙ sint alij radij, & A D, qui fracti versus ꝑpendicularem & versus B, attingunt totā rem: & qa maior est angulus A C D, sub quo videtur res ꝑ refractionē, ꝙ̄ angulus A E F, sub quo videtur per directū, ideo videtur res maior. Ecōtrario quidem esset, si medium iuxta oculum esset densius, & iuxta rem visam subtilius: quia esset fractio à perpendiculari, & videa-

retur res ſub minori angulo, & per conſequens videretur
minor. quòd aũt quando iuxta oculum medium eſt rarius,
& iuxta rem viſam denſius,res videatur maior,patet:quia

Cur literæ ꝑ appoſitionem Cryſtalli, appareant maiores.

ſi ſupra literam ponatur cryſtallus,litera videbitur maior,
quia oculus videbit literam per duplex medium, videlicet,
per aerem qui eſt medium rarius iuxta oculum,& ꝑ cry-
ſtallum qui eſt medium denſius iuxta rem viſam. Quòd ve-
ro quando eſt medium denſius iuxta rẽ viſam ꝙ radius frã
gitur verſus perpendicularem & verſus rem viſam, patet,
quia ſi ponatur monetam aurea vel argentea in aliqua ſcutel
la,& homo ſtet ita á remotis ꝙ non videat monetã illam,ſi
ponatur in illa ſcutella aqua,ita ꝙ oculus poſſit videre aquã
incipiet videre monetam ꝑꝑ refractionẽ radij infra aquã,
quã non poterat videre ſine aqua propter tranſitũ radii in
directum.Sic aũt ſe habentibus rebus vt poſitum eſt, radius
directus non attinget monetam,fractus aũt attinget. Vt ſit
oculus B, ſcutella D, moneta E: radius B C rectus
non attinget E, ſiue non attinget monetã,qui fractus ver

Quòd viſio fiat emiſſione radiorũ ex oculis, non receptione ſimulachrorũ, docet Macrob. i lib. 7. Saturn. cap. 14.

ſus E, & verſus aquam,attinget ipſam. Aduertendũ au-
tem perſpectiuum imaginari viſiones fieri per emiſſiones ra
diorum ab oculo,ita ꝙ radius vnus exiens ab oculo et attin
gens vnam ſummitatẽ rei, & alius radius exiens ab eodem
oculo,& faciens angulum in oculo cum illo radio,& attin-
gens aliam ſummitatem rei,complent rei viſionem, & fa-
ciunt angulum ſub quo res videtur.tamen ſecundum verita
tem nihil exit ab oculo,& nihil videmus extramittẽdo, ſed
intus ſuſcipiendo. Radij ergo facientes angulum in oculo ſub
quibus res videntur,ſunt ſpẽs multiplicatæ á duabus ſummi-
tatibus rei,pertingentes vſq; ad oculum, facientes in eo an-
gulum:ipſa ergo ſpecies multiplicata modo quo poteſt ĩ di
rectum,poteſt uocari radius. Perſpectiuus autẽ illã ſuã ima
ginationem ſequitur, vt faciliori modo demonſtrationes tra
dat. Reuertamur ergo ad propoſitum,et dicamus,ꝙ propter
diuerſitates mediorum ſunt radiorũ fractiones,propter opa
citatem obiectorum ſunt radiorum reflexiones:vt quãdo ra
dius ſolaris ſiue alterius corporis luminoſi peruenit ad rem
opacam,non valens vlterius tranſire,dicitur repelli,reuer-
berari,reflecti,& reuerti ſuperius,ſicut ſi proijceretur pi-
la ad terram,inueniens ibi obſtaculum,repelleretur, & re-
uerteretur ſuperius: fiunt ergo reflexiones & repulſiones
radiorum propter reſiſtentiam corporum opacorum,et fiũt
interſecationes eorum propter diuerſitatem luminum, vt ſi
ſint diuerſa lumina i aliquo medio quodlibet emittet radios
ſuos,propter quod radij vnius luminis interſecant radios al
terius luminis,ita quòd inconfuſè manent radij hi et illi ſe-
inuicem interſecantes: vt ſi duo ignes calefaciant eandem
rem non erunt in illa re duo calores ſed erit vnus & idem
calor magis intenſus.& ſi ſubtrahatur vnus ex illis ignibus
non ſtatim ſubtrahetur totus calor quem impreſſit,quia eſt
vnus & idem calor quem impreſſit ille & alius ignis:ſed ſi
ſint duo luminaria in aliquo medio,radij eorum ſunt alij, et
faciunt aliam vmbram,& ſi ſubtrahitur aliquid eorũ ſub-
trahetur quicquid luminis faciebat in medio. Sed cum hæc
videlicet,frangi,reflecti,et interſecari,videantur conuenι-
re corporibus,radij videntur eſſe corpora,& ꝑ conſequẽs,
lux videtur eſſe corpus. His itaq; modo dubitabilis præmara
tis,dicere poſſumus hanc veritatem determinare Philoſo
Tex. 69. phum in. 2. de Aĩa, vbi ait ꝙ lumẽ neq; eſt ignis,neq; oĩno
corpus,neq; defluxus corporis vllius,eẽt. n.(vt ait)vtiq; ali
quod corpus & ſic. Quaſi dicat, ꝙ ſi lumen nõ eſt corpus,

A non eſt ignis,neq; defluxus corporis,quia cum tam ignis ꝗ̃
defluxus corporis ſit corpus,ex quo negamus lumẽ eẽ corpus,
poſſumus negare ipſum eſſe defluxum corporis aut ignem:
videmus enim ꝙ ab aliquibus corporibus exeunt aliqui va
pores qui poſſunt vocari quidã defluxus vel quædam deci
ſiones,quia defluunt & deciduntur á corpore,quæ omnia
habent rationem corporis. Innuit autem Philoſophus in. 2.
de Anima triplicem rõnem ꝙ lucem aut lumen impoſſibile
eſt eſſe corpus: vt vna ratio ſumatur prout comparatur ad
ſuum ſubiectũ quod eſt aer in quo ſuſcipitur:ſecunda pro-
ut comparatur ad ſuum oppoſitum quod eſt tenebra: tertia
prout comparatur ad ſuum actum qui eſt de ſe diffundere.
Prima via ſic patet: cum enim lux ſiue lumen ſit in aere,
ſi lux eſſet corpus,eſſent duo corpora in eodẽ,vt lux et aer.
Secunda via prout lux comparatur ad tenebram ſic patet,
B nam tenebra non eſt niſi priuatio luminis,cum ergo priua-
tio non opponatur corpori cum non opponatur ipſi compo
ſito ſecundum ſe,ſed opponitur formæ & perfectioni, erit
lux non corpus, ſed quædam forma erit & quædam perfe-
ctio corporis. Eſt autem hæc ſecunda via corroboratio pri-
mæ viæ. Poſſet enim aliquis dicere ꝙ vapores & fumoſita
tes qui ſunt in aere,ſunt corpus,nec tamẽ propter hoc ſunt
duo corpora in eodem,quia vbi eſt vapor non eſt aer. Sic
poſſet forte dici de luce,ꝙ eſt quidam defluxus corporis &
quædam euaporationes á corpore, non tamen propter hoc
ſunt duo corpora in eodem, quin huiuſmodi euaporationes
non erunt ſimul cum aere,ſed erunt immixtæ aeri. Sed om
nia hæc tolluntur per hoc quod dictum eſt de tenebra: nam
cum tenebra ſit priuatio luminis & opponatur luci.& op-
poſita ſint apta nata fieri circa idem,oportet,ꝙ vbi eſt tene
bra,ibi habeat eſſe lux, ſed cum tenebra ſit priuatio,et pri
C uatio non poſſit eſſe aliquid per ſe ſed ſemꝑ ſit in alio,opor
tet ꝙ in ipſo aere ſit tenebra,& per conſequens in ipſo ae-
re erit lux:quare ſi lux eſſet corpus, eſſent duo corpora in
eodem. Tertia quidem via prout lux comparatur ad ſuum
actum qui eſt ſe diffundere, ſic patet: nam motus corporis
non poteſt eſſe in inſtãti,ſed lux ſe diffundit ab oriente vſq;
in occidẽs in inſtanti,ergo impoſſibile eſt ꝙ ſit corpus.ideo
Philoſophus in. 2. de Anima hanc materiã pertractans, re- Tex. 70.
probat Empedoclem dicentem lumen multiplicare in tẽpo-
re,ſed latere nos:nam ea quæ ſe multiplicant in tempore in
paruo ſpacio latent nos,ſed in magno latere nõ poſſunt nos,
vt patet de ſono:vt ſi quis percutiat arborẽ,& alius ſit pro-
pius arbori,videbitur forte ei ꝙ in illo inſtãti in quo arbor
percutitur,ſonum audiat,& forte latebit eum, verum multi-
plicatio ſoni ſit in tempore ſed in magno ſpacio,vt ſi ſtaret
D á remotis eum latere non poſſet, nam ſæpe vidimus arborẽ
ſecundò percuti anteꝗ̃ audiremus percuſſionẽ primã, viſus
ergo ſit in inſtanti,auditus in tempore: & in magno ſpacio
non poteſt nos latere quin percipiamus auditũ fieri in tem-
pore. Quòd ergo lux in tanto ſpacio ſicut eſt ab oriente in
occidens,ſe multiplicaret in tempore,et lateret nos, eſt im-
poſſibile,vt Philoſophus ibidem ait. Poſſent aũt ad hoc aliæ
rationes aſſignari, ſed cum rationes iam dictæ ſufficiant,
& probent propoſitum, non ſit de hoc nobis curæ. Propter
autem obuiantia ſuperius poſita,ſciẽdum,ꝙ nominibus vti-
mur ad placitum:& ideo licet lux (quantum eſt de ſe) di-
cat perfectionem corporis luminoſi, vtputa perfectionem
Solis,vel perfectionem corporis illuminati,quia dicit perfe-
ctionem diaphani,vel dicat perfectionẽ corporis refundẽ-
tis lumen,

tis lumen, quia dicit perfectionem Lunæ & stellarum quæ recipiunt lumen a Sole, & refundunt lumen in nos: aliquando autem nomine lucis itelligimus ipsum corpus luminosum vel illuminatum participans naturã lucis. Et secundum hoc possumus soluere tria prima obuiantia: nam cum dicitur de
I. scriptura sacra, dixit Deus, Fiat lux, ibi lux accipitur pro
Dist. 13. corpore lucido, vt dicit Magister. 2. sententiarum. Quod ve
II. ro addebatur de sanctis, vt puta de August. quòd lux in corporibus tenet primum locum, possumus dicere ꝙ appellat ibi lucem pro corpore lucido. Vel possumus dicere ꝙ ibi (in corporibus) exponendum est pro corporalibus: vt sit sensus, ꝙ lux in corporibus, idest, in corporalibus & in sensibilibus primatum tenet; nam licet lux non sit corpus, est tamen qd corporale, quia est quid in corpore, & quid sensibile. Quod autem addebatur de Philosophis, idest, de Arist. qui inter spe
III. cies ignis numerat lucem; dicemus quòd de exẽplis logicalibus non est multum curandũ, quia vt ipsemet dicit in Prioribus, Exempla ponimus, non vt ita sint, sed vt sentiat qui discit. Vel possumus dicere quòd in Topicis loquitur modo famoso, quia famosum erat illud dictum, tres esse spẽs ignis, carbonem, s. flammam, & lucem: sed in lib. de Anima loquitur secundũ veritatem quòd lumen siue lux nõ est ignis, nec omnino corpus, nec defluxus corporis. Vel possumus et tertiò dicere, quòd ibi lux accipitur pro corpore diaphano & participante naturam lucis, nam diaphanum & perspicuum participant naturã lucis: cum ergo ignis carbo habeat materiam terrestrem, ignis flammam materiam fumosam, quia materia & fumus non dicuntur participare naturam lucis, exinde est quòd ignis in sphæra sua, vbi est ꝑspicuus & diaphanus & participat naturam lucis, dicitur lux ad differentiam ignis in materia terrestri & fumosa. Quod ve
IIII. ru addebatur quarto, quòd radii dicuntur frangi, reflecti, et intersecari: & ista sunt corporum. Dici potest quòd ista sũt corporum, vt dicunt motum localẽ; sed possunt esse non corporum, vt dicunt generationem vel multiplicationem alicuius perfectionis vel formæ; nam cum est vnum & idem medium, lux multiplicat se directè; cum autem est diuersitas mediorum, lux multiplicat se indirectè & obliquè: illa ergo multiplicatio et illa generatio lucis obliqua dicitur fractio. Hoc idem est in reflexione: nam quando lux inuenit corpus opacum, & est apta nata se in directũ multiplicare, non valens plus vlterius se multiplicare in directum, multiplicat se per reflexionem: & licet non sit omnino simile de proiectione pilæ ad terram, & de reflexione lucis, quia illa reflexio est per motum localẽ, reflexio autem lucis est ꝑ multiplicationem & per generationem lucis, aliqua tamẽ similitudo est hic & ibi, quia sicut pila fortiter percussa ad terram non valens vlterius ire reuertitur sursum, sic multiplicatio lucis cum est fortis & perueniens ad corpus opacum non valẽs se vlterius multiplicare in directum, multiplicat se per reflexionem. Hoc etiam eodem modo possumus soluere de intersecatione, quia cũm sunt plura lumina in medio a quolibet eorũ exeũt radij luminosi; et quia vtriq; radij sunt vel põt esse in eadẽ parte medij, ideo dicũtur se intersecare: hæc ergo intersecatio nõ est nisi multiplex luminis gñatio, immo ab eodẽ corpore luminoso prout diuerso mõ & in diuersis pũctis exeũt radij, põt ibi esse intersecatio, licet hmõi itersecatio sit magis nota et manifesta cũ sit a diuersis corporibus luminosis, qa fiunt ẽt ibi diuersæ vmbræ, si obijciatur eis corpus opacum.

CAPVT X.

Quòd ex comparatione ipsius lucis ostenditur ꝙ neq; lux, neq; lumen, neque splendor sunt forma substantialis corporis lucidi.



POSSVMVS autẽ assignare differẽtiam inter lucẽ, lumen, et splendorem: vt dicatur lux vt est in fonte, lumen vt est in medio, splẽdor ꝓut reuerberatur a corpore denso terso et polito, vt Auic. videtur distinguere. Et si volumus hæc adaptare ad corpa cœlestia, dicetur lux vt est in Sole, lumẽ vt est in Orbe, splẽdor vt est in Luna et stellis. Dicemus quidẽ ꝙ Luna et stellæ hñt lumẽ a Sole, et ideo videmus Lunã semꝑ ex illa parte illuminari ex qua respicit eã Sol: et iõ quãdiu Luna est crescens, semꝑ habet cornua versus oriens qa Sol respicit eã versus occidẽs, et ideo versus occidens illuminatur et versus oriẽs habet cornua, cum aũt est in diminutione, est ecõuerso, qa tũc respicit eã Sol versus oriens, et ideo tũc versus oriens illuminatur, et versus occidẽs habet cornua: & qđ dicimus de Luna ꝙ habet lumen a Sole, veritatẽ habet etiam de oĩbus stellis, vt experimento patere potest. et vt sapiẽtes tradunt. sed a Sole nõ potest lumẽ peruenire ad Lunã & stellas, nisi transeat ꝑ orbes cœlestes, qui sunt medij inter Solem et Lunam, vel inter Solẽ et stellas. Erit ergo Sol fons luminis, a quo tãq̃ a fonte deriuatur lumẽ ad alia: ipsi aũt cœlestes orbes erunt tanq̃ medium, per quod peruenit hmõi lumen ad Lunam & stellas: ipsa autem Luna & ipsæ stellæ sunt quædam corpora densa, munda, & polita, a quibus lumen receptũ a Sole deriuatur in alia, nam ratione suæ densitatis eo quòd stella sit densior pars sui orbis, stellæ lucent, & lumen quod recipiũt a Sole, reuerberãt in alia: & ideo si stella in aliqua sui parte non esset ita densa sicut in alia, in illa parte non luceret, sicut patet in macula Lunæ. nam Luna vbi habet maculam non lucet, quia creditur in illa parte non esse ita densa sicut in alia. quare si Sol sic se habet vt fons luminis, orbes cœlestes se habent tanquam medium, per quod peruenit hmõi lumen ad Lunam & stellas. ipsa autem luna et ipsæ stellæ se habent vt corpora densa, & vt refundentia & reuerberantia lumen receptum a Sole: & si dicitur lux vt est in fonte, lumen vt est in medio, splẽdor vt est in corpore a quo reuerberatur, bene dictum est quod dicetur lux vt est in Sole, lumen vt est in orbe, splendor vt est in Luna & stellis: tamen communi uoĩe vnum pro alio accipitur, vt lumen accipitur pro luce, & pro splendore, & econuerso. His itaq; præhabitis dicamus quòd qualitercunq; accipiatur lux, siue vt est in fonte, siue vt est in medio, siue vt est in corpore a quo reuerberatur & dicitur splendor, non est forma substãtialis eius in quo est: omnia autem corpora in quibus habet esse lux possunt dici lucida, siue habeant lucem sicut fons & sicut principium luminis, siue sicut medium, siue alio modo: nam et ipse aer illuminatus dicitur lucidus, iuxta illud Philosophi in secundo de Anima. Color est motiuum lucis secundum actu lucidi, idest, secundum medium, & secundum aerem actu illuminatum. Dicamus ergo quòd neq; lux, neq; lumen, neq; splendor est forma substantialis corporis lucidi, quia (vt diximus) qualitercunq; accipiatur lux, non est forma substantialis eius in quo est. Quod dupliei via potest declarari, vna ex parte operationis prout mediante luce aliqua fiunt & generantur, alia ex parte sensus prout lux

Lux, lumen, splendor idem subiecto, differunt secũdum rationem.

Sol lunam & sidera omnia illuminat.

Tex. 67.

est quid sensibile,& sensus immutatur ab ipsa. De prima
ergo vit agitur in hoc capitulo: propter quod sciendum q
communiter distinguitur duplex actus,primus, & secũdus,
2. de ani.tex. vt actus primus est esse.secundus est operari: & ideo Philo-
5. 24. sophus dicit q Anima est primũ sentiens:non est enim sub-
stantia animæ immediatũ sentiens, ita q iste actus qui est
sentire immediate egrediatur a substantia animæ,sed imme
diate egreditur a virtute siue a potentia sensitiua:verũ quia
ipsa virtus & ipsa potentia sensitiua oritur a substãtia ani-
mæ,consequens est q & ipsum sentire oriatur a substantia
animæ,non tanq̃ a principio immediato,sed tanq̃ a princi-
pio primo & principali: & ideo anima dictũ est primum
sentiens,& primum operans;virtus autem & potentia est
immediate sentiens & immediate operans: & quod dictũ
est de substantia animæ, veritatem habet de qualibet sub-
stantia creata,quia nulla talis substantia est imediate agẽs
Com.31. vel immediate operans;& ideo dixit Commẽt.sup.7.Met.
q nulla actio immediate egreditur a substãtia siue a forma
substantiali: illud autem quod immediate egreditur a sub-
stantia siue a forma substantiali non est actus secundus qui
est agere,sed actus primus qui est esse. Et ideo dixit Augu.
Cap.1. 7.de Trinitate,q a sapientia est sapere,& ab essentia esse.
Erit ergo hic ordo q primo intelligemus substantiam, po-
steá intelligemus eam esse,deinde intelligemus eam habere
potentiam & virtutem, & vltimo intelligemus eam agere
& operari.si ergo a substantia erit agere vel operari, erit
a substantia mediante virtute: & quia ab ipsa luce imme-
diate sunt actiones & operationes,qa corpora cœlestia me-
diante luce cum influentia a luminoso agunt ad generatio-
nes & corruptiones in istis inferioribus: ergo ex parte ip-
sius operationis quam videmus fieri per lucem,possumus cõ
cludere q lux non sit forma substantialis corporis lucidi,
cum a forma substantiali immediate non progrediatur actus
vel aliqua operatio,sed potest esse lux & est quædam vir-
tus & quædam potentia & quædam qualitas per quã cor-
pus lucidum operatur. Possumus autem,quantum ad præ-
sens spectat,enarrare quatuor incõuenientia, si a forma sub
stantiali creaturæ immediate progrederetur operatio. Vt
sit primum inconueniens,quia tunc in creatura suum agere
esset suũ esse: quod de solo deo dicimus verificari,ibi enim
est idem intelligere quod esse,& sapere quod esse.Secũdum
inconueniens esset,quia creatura ageret sine transmutatiõe
& motu. Tertium, quia creatura ageret in non tempore.
Quartum quidem esset,quia creatura posset creare. Primũ
I. inconueniens sic patet:nam substantia se habet ad esse sicut
virtus & potentia ad agere, ita q esse est actus respiciens
substantiam sicut agere est actus respiciens virtutem et po-
tentiam:quare si agere immediate egrederetur a substãtia,
tunc substantia esset sua virtus,& agere esset substantia si-
ue actus substantiæ:& quia actus substantiæ est esse,age-
re esset idem quod esse,quod de nulla creatura verificatur.
II. Secundum inconueniens sic patet:nã tota causa quare crea
tura agit mediante transmutatione & motu, est,quia agit
mediante forma accidentali,vt ignis agit mediante calore:
& quia agens semper assimilat sibi passum,si ignis nõ agit
nisi mediante calore, non agit nisi calefaciendo: hoc ergo
modo ignis generat ignem, nõ q immediate inducat formã
substantialem ignis,quia nulla actio immediate egreditur a
forma substantiali,sed si ignis generat ignem ex aere,tan-
tum aer calefit q cum tanta calefactione non potest stare

A forma aeris;in illo ergo instanti in quo aer est ita calefa-
ctus quod nõ potest cum tanta calefactione stare forma ae-
ris,expoliatur materia forma aeris, et ĩduitur forma ignis.
Itaq; calefactio aeris fit in tempore & dicit transmutatio-
nem & motum, sed generatio ignis & introductio formæ
ignis fit in instanti & non dicit transmutationem & mo-
tum, sed dicit terminum motus, calor enim intenditur &
remittitur, & calefactio est alteratio & fit in tempore.
Sed forma substantialis non suscipit magis & minus, &
vt probatur in. 5. Physicorum, in substantia non est mo- Tex. 8. 10.
tus,quia in ea non est contrarietas: est enim in substantia
generatio quæ non est motus,sed potest esse terminus mo-
tus. Tota ergo causa quare creatura agit mediante trans-
mutatione & motu,est,quia agit mediante forma acciden-
tali quæ habet contrarium, quod expellendo requiritur ibi
B transmutatio & motus,vt ignis agit in frigidum vel in mi
nus calidum,quod expellẽdo vel quod faciendo perfecte ca
lidum,facit hoc calidum transmutatione & motu. Quare si
agens creatum immediate ageret per formam substantialẽ
suam,cum agens assimilet sibi passum immediate induceret
substantialem formam,vt ignis si ageret in aerem per suam
substantialem formam,immediate induceretur forma sub-
stantialis ignis in materiã aeris:tamen quia substantia non
recipit magis & minus,quia in substantia non est contra-
rietas,consequens est quòd in substantia non sit motus, ut
probatur. 5. Phys. ageret ergo creatura sine motu & trans Tex. 10.
mutatione quæ esset species motus. Tertium autem inconue III.
niens de leui patere potest: nam tota causa quare requiri-
tur tempus in actione creaturæ est contrarietas,& per con
trarietatem resistentia,vt quia qualitates aeris sunt cõtra-
C riæ qualitatibus ignis:nã aer est minus calidus quàm ignis,
& minus calidum eo quòd participat aliqualiter frigidum
contrariatur magis calido vel contrariatur perfecte cali-
do,cuiusmodi est calidum ignis,quod nihil participat de fri
gido. Ratione itaq; huius contrarietatis aer resistit igni,&
igne appropinquante aeri non statim aer fit perfecte cali-
dus,nec statim conuertitur in ignem: sed semper præsente
igne intenditur calor aeris donec conuertatur in ignem:sed
si ignis ageret per formam substantialem suam cui non cõ-
petit intendi & remitti,quia ibi non potest esse motus,in il
lo instanti in quo appropinquaret ignis aeri, materia aeris
expoliaretur forma sua,& indueretur forma ignis, & sic
ignis ageret in instanti,esset enim hoc modo generatio. Si-
cut videmus in aqua calefacta quæ per se redit ad frigidi-
tatem. Nam cum forma substantialis aquæ requirat frigi- 1. Phys. t. 80.
E ditatem,& à materia subiecta,& à forma causentur om-
nia accidentia quæ fiunt in ea,manente forma aquæ in sua
materia, statim cum remouetur præsentia formæ ignis ab
aqua incipit à forma aquæ cum sua materia fluere frigi-
ditas & expelli caliditas,donec caliditas sit totaliter exclu
sa,& aqua sit ita frigida vt requirit natura eius. Sic & in
proposito,stante hypothesi quòd à forma substantiali imme
diate egrediatur actio,statim cũ ignis appropinquaret aeri,
si forma ignis esset potentior forma aeris,materia aeris ex-
poliaretur forma sua,& indueretur forma ignis,qua præ-
sente in materia, etiam si ignis generans esset amotus,calor
qui erat in aere corrupto ad præsentiam formæ ignis, in
materia intenderetur,donec esset perfectus, sicut & calor
ignis, quem modum generationis non videmus in entibus.
Diximus autem si forma ignis esset potentior forma aeris,
quia

quia posset esse tantum de aere & ita modicum de igne, ꝙ materia ignis magis expoliaretur forma sua, & induceretur forma aeris, quàm econuerso. IIII. Quartum inconueniens sic patet: nam si virtus vel potentia fluit ab essentia, & actio fluit & oritur a potentia vel virtute, ita ꝙ substantia mediante virtute agit, & virtus est media inter substantiam et actionem, vt puta quia potentia intellectiua est media inter substantiam animæ et suum intelligere, si substantia animæ esset idem quod suum intelligere, multo magis esset idē quod sua potentia intellectiua, & quod suus intellectus: sed sicut virtus est media inter substantiam & actionem, sic esse est medium inter substantiam & virtutem, quia prius intelligitur substantiam esse q̃ habere virtutem per quam competit ei agere. Quare si substantia esset sua virtus, multo magis esset suum esse: sed si a substantia immediate egrederetur actio, esset sua virtus, quia hæc est virtus, illud a quo immediate egreditur actio: ergo illa substantia esset suum esse, & per consequens esset omnino simplex, quia ideo incipit diuersitas in creatura inquantum non est suum esse, et per consequens non est suum agere, nec sua virtus: si ergo creatura esset suum esse, esset suum agere & esset omnino simplex: & quia tali enti competit creare, creaturæ competeret creatio. Prop. 20. Et inde est ꝙ Author de Causis omnibus alijs agentibus attribuit continuatorem, solum autem Deum ponit sine continuatione. Vt ipse ignis per se ipsum non potest continuare aeri vt profundet se in aere & agat in ipsum, sed habet virtutem calefactiuam per quam continuat se aeri & profundat se in eo. Ipsa itaq; virtus calefactiua est quædam continuatio continuans ignem cum alijs: solus autem Deus est intimus omnibus rebus, & per suā substantiam agit in omnia, et continuat se virtualiter oībus rebus.

CAPVT XI.

In quo soluuntur obiectiones, quòd lux est forma substantialis corporis lucidi, & in quo ostenditur ex parte ipsius sensus, quòd lux non est substantialis forma.

D. Tho. hanc opi. recitat. 1. par. Summ. q. 67. art. 3.



ONATI quidem sunt aliqui tripliciter declarare ꝙ lux est substantialis forma corporis lucidi: vt sit prima via ex parte prioritatis temporis: secunda ex parte nobilitatis lucis: tertia ex parte causalitatis ipsius. Prima uia sic patet: quia dicitur in. 7. Met. substantia est prior accidente cognitione, diffinitione & tempore. Tex. 4. Si ergo substantia tēpore est prior accidente, cum autem lux dicatur producta primo tempore, quia est producta primo die & in principio primæ diei, nō videtur ꝙ lux possit esse accidens, erit ergo substantia. Sed non est substantia quæ est materia, erit ergo substantialis forma: itaq; ex parte prioritatis temporis arguitur lucem esse formam substantialem. Secunda via ad hoc idem pōt sumi ex parte nobilitatis lucis: nam cum lux in corporibus teneat primatum, & sit nobilior cæteris corporalibus, prout supra dicebatur per Augu. ꝙ lux in corporibus tenet primum locum: cum videatur inconueniens ꝙ accidens sit nobilius & perfectius q̃ substātia, lux quæ est in primatu nobilitatis & tantæ perfectionis, non erit accidens, sed substātia. Tertia via sumitur ex parte causalitatis lucis: dicebatur enim supra, & est sententia Philosophi in de Cælo & mundo, ꝙ in supercœlestibus potissimè est influentia a luminoso, vt magis est influentia à stella q̃ ab orbe, eo ꝙ stella sit aggregatio luminis in orbe: quare si corpora cœlestia potissimè influunt in hæc inferiora per lucem, consequens est ꝙ suas causalitates & suas actiones in hæc inferiora exerceant per lucem: & quia corpora supercœlestia causant generationem & corruptionem substantiarum hic inferius, consequens est ꝙ per lucem generentur hæ substantiæ inferiores: cum ergo accidens non causet substantiam, sed econuerso, manifeste concluditur ꝙ lux non sit accidens sed substantia. 2. de Cælo, t. 42. His itaq; prælibatis antequàm ostēdamus ex parte sensus lucem non esse substantialem formam corporis lucidi, volumus soluere obiectiones propositas. Cum ergo primo arguitur ex parte prioritatis temporis lucem esse substātiam, eo quòd prius tempore sit producta, cum substantia sit prior accidente tempore. Dici debet ꝙ substantiā esse priorem tempore accidente habet suum intellectum, tamen quantum spectat ad propositum, si lux esset oīno producta prius tempore, non posset esse accidens, sed (vt patet per habita) corpus illud vnde facta est lux de qua postea factus est Sol, fuit primo productum secundum substantialem formā suā, Cap. 6. nam omnia corpora supercœlestia ab ipso primordio cum in principio creauit Deus cælum & terram, sunt producta secundum substantialem formam, quod negare de supercœlestibus esset inconueniens, cum & ipsa terra & alia elementa ab ipso primordio secundum suas substantiales formas fuerint producta. Argumentum ergo petit quod est in contrario, & arguit oppositum non propositum: nā si corpus illud quod postea factum est lux siue factum est lucidū prius erat productum secundum substantialem formam, illud quod postea aduenit sibi, aduenit enti in actu, et erat accidens: si ergo prius extitit corpus & substantia, et postea incepit lucere, consequens est ꝙ lux sit accidēs. Quod autem arguebatur secundo de nobilitate & de perfectione lucis: dici potest non esse inconueniens aliquid nobilitatis & aliquid perfectionis esse in inferiori, quod non est in superiori natura: nam in istis corporibus est aliquid nobilitatis et perfectionis, vt quia possunt sibi similia generare, quod non est in Angelis secundum hunc ergo modum aliquid nobilitatis & perfectionis potest esse in accidente, quod nō est in substantia, ratione cuius aliquod accidens vt prima lux potest primatum in corporalibus obtinere. Ille autem modus perfectionis, ꝙ sit in aliquo quicquid perfectionis est in omnibus alijs, est solius dei, vbi (vt probatur. 5. Met.) congregantur perfectiones omnium generum: quod de nullo alio contingit dicere. Text. 21. Non est ergo incōueniens in luce esse aliquem modū nobilitatis qui non est in corporalibus alijs. Vel possumus dicere, ꝙ non est idem modus loquendi de ente et de perfectione: certum est quidem ꝙ substātia est ens simpliciter, & accidens est ens secundum quid, immo accidens non est ens nisi quia est entis, idest, quia est substantiæ, vt probatur. 7. Met. Tex. 2. Sed non est sic de perfectione, vt dicatur substantia secundum esse perfecta simpliciter, immo perficitur per virtutes & proprietates, & p accidentia sibi aduenientia. Vt homo (secundum se) non dicitur esse nobilis nec perfectus simpliciter, quia quilibet esset talis: sed ex

eo quòd est ab antiquo ex diuitibus, & potentibus progenitoribus: vel ex hoc quòd est virtuosus, & bene morigeratus, ex eo dicitur nobilis et perfectus. ratione itaq; nobilitatis et perfectionis nõ possumus concludere lucem esse substantiã, quia hæc possunt esse accidentia substantiæ. Quod arguebatur tertio de causalitate lucis, quòd substantia nõ causatur ab accidente. dicere possumus quod accidens (secundum se) non potest causare substantiã, quia tunc ageretur vltra suã speciem. sed accidens in virtute substantiæ, & vt est organum substantiæ, potest causare substantiã, quia nõ est incõueniens organum in virtute superioris agentis agere vltra suam speciem. vt serra in virtute artis inducit formam artis. Calor itaq; in virtute formæ substantialis ignis, et vt est organum formæ ignis, facit ꝙ generetur ignis, immo cum non sit in igne virtus actiua nisi calor, oportet ꝙ ignis calefaciẽdo generet ignem. Calor ergo qui est accidens facit ꝙ generatur ignis: & sicut calor est instrumentum ignis, sic potest dici ꝙ lux est instrumentum supercœlestium corporum. Et

B

sicut ignis mediante calore generat ignem, sic corpora supercœlestia mediante luce faciunt ad generationem istorũ inferiorum. Vel possumus dicere, ꝙ ipsa lux cœlestis vt recipitur hic inferius, secundum se, non facit simpliciter ad generationem, sed hoc facit ratione caloris sibi annexi, nam à corporibus supercœlestibus nõ solum generatur lux hic inferius, sed etiam generatur calor & frigus vel frigiditas, quæ annexa luci faciunt ad generationem & corruptionẽ, nam lux hic inferius non solum non habet esse substantiale, sed etiam non habet esse reale, sed habet aliquid reale annexũ per quod realia generantur. Solutis itaq; obiectionibus, volumus ostẽdere ex parte sensus, quòd lux nõ sit forma substantialis corporis lucidi, nec ĩ cœlestibus, nec hic inferius:

C

nam omne quod sentitur, vel sentitur per se & primo et p omnem modum, vel per se & primo & non per omnẽ modum, vel sentitur per se sed non primo, vel nec sentitur primo nec per se sed per accidẽs, vt patet in visu. Nam lux videtur primo & per se & per omnem modum. videtur quidem per se, quia aliquid operatur in visu; videtur primo, quia per se ipsam operatur in visu, videtur per omnem modum, quia perfecte habet vnde operetur in visu: vel videtur per omnem modum, quia est ratio videndi omnia alia. Color vero videtur per se & primo, sed non per omnem modum: videtur quidem per se, quia aliquid operatur in visu; videtur quidem primo, quia per seipsum operatur in visu; sed non videtur per omnem modum, quia illam naturã per quam operatur in visu non habet perfecte, vel nõ habet eam in illa plenitudine quòd sit ratio videndi alia, immo habet

Doctor iste in 2. de ani. tex. 66. in dub.

D

eam ita debilem quòd oportet quòd videatur per lumen, ita quòd non est motiuum visus nisi secundum actum lucidi, id est, secũdum medium actu illuminatum, vt potest patere ex 2. de Anima. Imaginabimur ergo quòd lux, & color ad eãdem naturam reducantur, quia color participat naturã lucis. & quia eandem naturam participant, si lux videtur per se & primo, & color videtur per se & primo: verum quia color participat naturam lucis imperfecte, lux vero perfecte, color non erit ratio quare videatur lux, sed econuerso. Videbitur ergo lux per se & primo & perfecte, color vero per se primo sed imperfecte: & quia totum & perfectũ idem, & omne & totum quasi idem, illud quod est per se primo & perfecte, potest vocari primo & per se & p omnem modum. aliud quod est imperfecte, potest vocari primo

Tex. 73.

Idem totum et perfectum.

A

& per se non per omnem modum. Tertio videtur aliquid per se, sed non primo, nec etiam perfecte vel per omnem modum: & hoc modo videtur magnitudo, quæ non est sensibile proprium. sed commune: magnitudo quidem videtur per se, quia aliquid operatur in visu: quia eo modo quo res habet partes, eo modo facit impressionẽ in visu, vt dextra pars magnitudinis ĩprimitur diametraliter in dextra parte oculi, sinistra in sinistro, & ex hoc fit angulus in oculo, vt verificetur dictum Perspectiui, quòd omne quod videtur, sub angulo videtur. facere enim angulum proprie conuenit magnitudini. Videtur itaq; magnitudo per se quia aliquid operatur in visu, sed non videtur primo, quia non habet hoc de se quòd operetur in visu: Vnde si magnitudo non esset colorata siue lucida, nullo modo videretur à visu, non enim habet magnitudo in se naturam vnde moueat visum, sicut habent lux & color, licet lux hoc habeat perfecte, color imperfecte. magnitudo ergo non secundum se sed coniuncta luci vel colori poterit mouere visum, vt ex hoc dicatur visibilis per se, sed non primo. quarto mõ videtur aliquid nec per se nec primo nec perfecte, sed solum secundum accidens: et sic videtur substantia, iuxta illud Philosophi in. 2. de Anima, quòd secundum accidens sentitur Diaris filius; & subdit causam, quia secundum quòd huiusmodi, nihil patitur sensus à tali sensibili: si enim esset aliqua substantia separata à quantitate vel à magnitudine, non posset videri, quia non posset facere angulum in visu. magnitudo itaq; aliquid operatur in visu, sed si magnitudo esset separata à substantia, & esset colorata vel lucida, ita videretur sine substantia, sicut cum substantia: ergo solum per accidens se habet substantia ad visum. Possumus autẽ ad hoc adaptare quæ aperte videmus in corpore Christi: nam ibi est magnitudo sine substantia panis, & quantitas sine subiecto; nec videmus ꝙ aliter videatur magnitudo illa, cum est in subiecto, & cum est ibi substãtia panis, quàm cum est sine subiecto, siue cum desinit ibi esse substantia panis, nec est aliquis oculus, nec aliquis sensus quo possit discerni hostia consecrata vbi est quantitas sine subiecto, à non consecrata vbi est quantitas cum subiecto: quod totum ideo est, quia substantia non sentitur nisi per accidens. Concludamus ergo, & dicamus, ꝙ si lux videtur per se & primo & perfecte. substantia autẽ non videtur nec sentitur nisi per accidens, impossibile est lucem esse substantiam vel substantialem formam.

2. de Anima, tex. 64.

Omne ꝙ videtur sub angulo videtur.

B

Tex. 65.

C

CAPVT XII.

D

Quòd licet lux in proprio subiecto sit realiter, in medio autem est intentionaliter.



OLVERVNT autem quidam & magni, ꝙ lux in medio esset realiter, assignantes ad hoc duas rationes, vnã ex parte denoĩationis, aliam ex parte actionis. Prima via secundum eos sic patet: nam intentionale (vt aiunt) non denominat aerem, & quia dicitur aer esse lucidus siue illuminatus, idea (vt dicunt) lux in aere habet esse reale. Secunda via ad hoc idem scd'm eos sumitur ex parte actionis, nam cum lux in aere habeat actionem naturalem, quia

D. Tho. in 1. parte Sum. q. 67. art. 3.

calefacit

calefacit aerem, & calefacit alia corpora quae sunt in aea
re, consequens est (vt dicunt) quòd lux in aere habeat esse
naturale & reale. Sed antequàm soluamus obiectiones illas,
volumus multis vijs ostendere lucem in aere non esse reali=
ter sed intentionaliter. nam primo possumus hoc ostendere
ex parte sensus siue ex parte ipsius visus, secundo ex parte
lucis. Primo modo possumus hoc ostendere tripliciter, secun
dum quòd tria sunt communia omni sensui. Dicimus enim
de omni sensu, quòd sensibile positum supra sensum nō fa=
cit sensum. Dicimus secundo de omni sensu, quòd est susce
ptiuus specierum sine materia. Dicimus & tertio, quòd non
est supra se conuersiuus. Prima duo patent per Philoso=
Tex. 73. 75. & 98. phum in 2. de Anima: tertium autem patet per Proclum in
Elementat. Theologica, vbi vult quòd nullum corporale sit
I. supra se conuersiuum. Prima via sic patet: nam hoc est sen
2. de anima. t. 138. sibile, quia realiter habet in se per quod sentitur, vt colo=
ratum dicitur sensibile propter colorem quem realiter ha=
bet in se, & corpus luminosum dicitur sensibile propter lu=
cem quam realiter habet in se: si ergo medium haberet in
se realiter illud per quod fit sensus, ipsum medium dicere=
tur quid sensibile: & quia aer illuminatus pertingit usque
ad oculum, si lux esset realiter in aere, esset sensibile positū
supra sensum: non ergo sentiremus, & per aerem illumi=
natum non fieret sensus, cuius contrarium quotidie experi
mur. Si autem quaeratur causa quare sensibile positum su
2. de anima. t. 121. pra sensum non facit sensum? dici potest quod species sen=
sibilis recipitur spiritualiori modo in sensu, quàm ī medio:
& quia à specie reali non potest gigni immediate tanta spi
ritualitas quātam requiritur ad sensum, ideo oportet quod
prius fiat species intentionaliter in medio, & postea à
specie in medio fiat species magis intentionaliter & ma=
gis spiritualiter in sensu: & quia de necessitate requiritur
ibi medium inter sensibile & sensum, ideo sensibile positum
supra sensum non facit sensum: si enim in ipso medio esset
realiter species sensibilis, esset eodem modo in eo sicut in
obiecto siue sicut in ipso sensibili: quare sicut sensibile po
situm supra sensum non facit sensum, sic medium habens
realiter speciem sensibilem tangens sensum, non facit sen=
sum: per aerem ergo illuminatum attingentem oculum non
videremus, si lux esset realiter in aere. Si quis autem de
hac materia vellet videre vlterius, quare s. sensibile positum
supra sensum, non facit sensum, quaerat in his quae diximus
Tex. 121. et 138. super. 2. de Anima, vbi de hoc diffusius pertractatur Secū=
do modo potest declarari hoc idem ex parte sensus prout est
II. commune omni sensui quòd sit susceptiuus specierum sine
materia, vt patet per Philosophum in 2. de Aīa. color enim,
et quaecunq; species visibilis, vt est in obiecto, habet esse rea
le, & facit ad esse, vt color est in pariete realiter, & facit
parietem esse coloratum: sed vt est in sensu, habet esse intē
tionale, & facit ad cognitionem. & ideo sensus dicitur esse
susceptiuus specierum sine materia quia non recipit ipsam
speciem prout habet esse materiale, sed recipit similitudinē
speciei, vt visus non recipit colorem realiter, sed recepit si=
militudinem coloris. Est enim oculus quasi quoddam specu
lum, in quo recipiuntur imagines et similitudines visibilium:
& si inueniatur quòd sensus immutetur realiter, sicut ner=
uus in quo est sensus tactus calefit realiter ab igne, illa im=
mutatio realis non facit sensum, sed quia ille idem calor
immutans neruum realiter, immutat ipsum etiam intentio=
naliter, ideo fit sensus ex intentionali immutatione, non ex

A reali: nam si sensus immutaretur à calore solum realiter,
non sentiret. nam hoc modo immutantur lapides, non tamen Sensus si mu=
per huiusmodi immutationem sentiunt: cum enim oporteat taretur solum
esse animatum quod sentit, īmutatio faciens sensum erit ani realiter, non
malis, quae fit per intentiones, nō per res per quas fit immu= sentiret.
tatio naturalis. quare si oculus videt lucem, suscipiet lucem
sine materia, cum hoc sit commune sensui, nec aliter fiet sen
sus: & quia eodem modo suscipit species medium & sen=
sus, erit lux in medio non materialiter nec realiter, sed intē
tionaliter. Tertio modo potest hoc idē patere ex parte sen III.
sus prout sensus non est supra se conuersiuus: intellectus. n.
est supra se conuersiuus, quia potest intelligere seipsum. o= 3. de Anima. tex. 15.
culus autem non est supra se cōuersiuus, quia non videt se=
ipsum: si ergo oculus posset videre rem coniunctā sibi, pos=
B set uidere seipsum, vel saltem vna pars oculi videret aliam
partem sibi coniunctam. quod videmus esse falsum. Verum
autem per confricationem in confricando oculum, possit ali
quid resultare in oculo, vnde videatur oculus videre quan=
dam lucem, vt si quis reciperet magnam percussionē in ocu
lo, posset ex hoc fieri tanta dissolutio in oculo, vt videretur
oculus videre multiplicem lucem, & videretur ex hoc mul=
tiplex lux exire ab oculo, non est praesentis speculationis
inuestigare: quia loquimur de oculo non dissoluto. secūdum
quem modum quilibet experitur in se quod nec oculus videt
totum se, nec partem sui: ideo si sensibile applicaretur ad
oculum, non videretur ab oculo, sicut nec partes oculi appli
catae adinuicem, vidētur à seipsis: nihil ergo reale pertin=
gens ad oculum finit videre oculum, lux ergo si esset reali=
ter in medio, oculus attingens lucem, & suscipiens lucē, non
videret, vel esset supra se conuersiuus. Et si dicatur ꝙ lux
C multiplicat se realiter & intentionaliter. Cum sic dicen=
te non esset concedendum, quia nos loquimur de luce quam
videmus, quae multiplicatur per medium vsq; ad visum, quā
dicimus esse intentionalem, et non realem. Visa triplici via
ex parte sensus, quomodo lux est in medio intentionaliter:
volumus hoc etiam tripliciter ostendere ex parte ipsius lu=
cis. Vt sit vna via, prout comparatur lux ad ipsum medium
secundum se, siue ad ipsum diaphanum, siue sit coeleste, siue
sit elementare. Secunda via sit, prout medium elementare
comparatur ad caeleste. Tertia sit, prout lux comparatur
ad alias formas reales. Prima via sic patet: nam Sol exi= I.
stens in medio planetarum illuminat orbes planetarum, &
lux illa peruenit vsq; ad aerem in quo sumus: vtriq; autem
repugnat quòd lux illa sit ī medio realiter. Repugnat qui=
dem orbibus planetarum: quia si immutarentur realiter, su
D sciperent peregrinas impressiones, & non esset caelum pri
mum alterans, quia primum alterans debet esse non altera=
tum, vt Commentator ait, sicut primum mouens est nō mo= 8. Phy. 37. 2. de Caelo. 42.
tum: hoc est enim esse alteratum, suscipere nouam formam
realem. Repugnat hoc etiam ipsi aeri quòd lux sit ibi rea=
liter, quia omne quod recipitur in aliquo recipitur secūdum
modum rei recipientis: cum ergo hic inferius formae rece=
ptae realiter recipiantur cū contrarietate, quia materia ho
rum inferiorum est subiecta contrarijs, lux recepta haberet
contrarietatem, vel esset annexa formae habenti contrarie=
tatem, & lux multiplicaretur in tempore non in instanti:
immo cum species visibiles quāto magis se multiplicant tan
to habeant esse magis intentionale, si lux Solis multiplicat
se per orbes caelestes, & peruenit vsq; ad aerem, si in orbi=
bus caelestibus habet esse intentionale, cum non possint im=

mutari realiter orbes illi, in aere habebit esse magis intentionale quàm in orbibus, & in oculo magis quàm in aere.

II. Secunda via ad hoc idem sumitur prout lux in aere comparatur ad lucem in orbe cœlesti, nam (vt vult Philosophus) suscipere lumen conuenit aeri prout habet aliquid commune cum orbe cœlesti, sed ista inferiora non conueniunt cum orbe cœlesti prout suscipiunt formas reales siue naturales, quia natura cœli dicitur quinta Natura separata à naturis quatuor elementorum, & per consequens a naturis elementatorum, ita quòd secundum formas naturales exaltati sunt cœli à terra & ab omnibus elementis, cum naturales formæ cœlestes tam substantiales quàm accidentales sint sine contrarijs, hic autem inferius sint cum contrarietate, vt nulla sit forma naturalis siue realis hic inferius, quæ non habeat contrarium ita, siue sit annexa habenti contrarium, vt omnes generationes naturales sint ex contrarijs in contraria, & nunquàm est generatio formæ realis, quæ non sit alteratio vel terminus alterationis, vel in se, vel in eo ad quod dicitur, quod dicimus pro relatione, quia potest quis fieri de non simili similis alteratione facta in alio. Quantum ergo ad formas reales multum distant hæc inferiora à superioribus, sed quantum ad intentionales conueniunt hæc & illa, quia intentionales formæ etiam hic inferius non habent contrarietatem, cum in eodem puncto aeris suscipiatur intentio albi & nigri: et quia in aere suscipitur prout conuenit cum corpore cœlesti, suscipitur in eo intentionaliter non realiter. Sed quæret aliquis, Vtrum in aliquo corpore hic inferius sit lux realiter, prout conuenit cum corpore cœlesti? Dicemus quòd lux in igne est realiter, licet in medio, & in sensu sit intentionaliter: sicut color qui participat naturam lucis, est in pariete realiter, & in medio & in oculo intentionaliter. Possemus quidem aliquam similitudinem assignare non per vniuocationem, sed per quandam analogiam, inter ignem & cœleste corpus: sed longe aliter est conuenientia inter aerem suscipientem lumen & cœlum: quia aer de non illuminato sit illuminatus in instanti, & lumen in aere nec habet contrarium nec est annexum formæ habenti contrarium sed meram priuationem habet oppositam vt tenebrã, et magis vniuocè est lumen in aere cum lumine in orbe vbi vtrobiq; est intentionaliter, quàm sit lux in igne & lux in Sole vbi vtrobiq; est realiter, quia non fit de non igne ignis nisi alteratione præuia quæ respicit contrarietatem, quod non dicimus de lumine in aere: lumen itaq; in aere est intentionaliter, secundum quem modum & orbes recipiunt immutationem, propterea lumen est in aere vt conuenit cũ orbe cœlesti.

III. Tertia via sumitur prout lux comparatur ad alias formas, & potissimè vt comparatur ad caliditatem: nam vtrunq; est in aere à Sole illuminatio & caliditas, sed illuminatio est in instanti, & recedente Sole statim tollitur illuminatio, caliditas fit in tempore, & non statim recedente Sole cessat caliditas: quare si lux esset in aere realiter sicut caliditas, non statim cessaret lux in aere sicut non statim cessat caliditas: quòd si dicatur quòd caliditas habet contrarium, lux non habet contrarium, petitur quod est in contrario & arguitur oppositum, quia non potest aliquid realiter recipi in materia subiecta cõtrarietati nisi habeat contrarium vel sit annexum habenti contrarium, ita vt non possit tolli & remoueri nisi tollatur per suum contrarium: ideo in omnibus talibus requiritur tempus, quod

A non requiritur in illuminatione aeris. Opposita autem his non est difficile soluere: nam cum dicitur forma intentionalis non denominat, dici potest quòd immo, cum concedat Philosophus in. 2. de Anima visionem coloratam esse. Tex. 138. Vel possumus dicere & melius, quòd intentio fortis denominat, debilis autem non denominat, nisi forte secundum quid: vt si radij solares transeant per vitrum coloratum faciunt eundem colorem in pariete vel vbi se applicant, vt manifestè videatur paries viridis si transeant radij per uitrum viride: eo ergo modo dicetur paries illuminatus per applicationem lucis quo poterit dici viridis factus per applicationem illius intentionis coloratæ, vt non aliter videatur multiplicari lux quàm fortis intentio coloris, ita quòd (vt ad propositum spectat) non concludit ratio. Quod autem addebatur secundo, quòd intentio non transmutat realiter:

B dici potest quòd immo, si sit fortis, secundum quem modum concedit Philosophus aerem pati à fortibus odoribus, vt fiat fœtidus. Vel possumus dicere quòd Sol non solum illuminat aerem, quod lumen est in aere intentionaliter, sed etiam calefacit ipsum, quæ caliditas est ibi realiter: istæ autem immutationes reales magis sunt à Sole vt calefacit realiter, quàm vt illuminat intentionaliter. Et hæc de luce, & opere primæ diei sufficiant.

Alia a sensu pñt pati à sensibilibus, nõ vt sensibilia sũt, sed vt eorum accidentia.

2. de anima. tex. 127.

CAPVT XIII.

C Declarans quales sunt illæ aquæ quæ sunt supra firmamentum quod factum dicitur secunda die, utrum corporales an spirituales?



OSTQVAM Determinauimus de luce quæ specialiter pertinet ad primam diem, volumus etiam agere specialiter d̃ his quæ pertinent ad secundam diẽ, & quia secunda die dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, & fecit Deus firmamentum, & diuisit aquas quæ erant supra firmamentum ab aquis quæ

D erant sub firmamento; ideo merito declarandum occurrit, quales sunt aquæ illæ quæ sunt supra firmamentum. Sed antequàm hoc declaremus, volumus enarrare Regulas quas debemus tenere in expositione scripturæ sacræ, quas tangit Augustinus super Gene. lib. 1. cap. 18. Tangit autem Augustinus in dicto libro septem regulas. I. Est autem prima regula, quòd non debemus sic exponere sacram scripturam, vt illa sit sententia sacræ scripturæ quæ est nostra, sed magis econuerso, vt illa sit nostra quæ est scripturæ sacræ. Sunt enim aliqui sic trahentes aquam ad molendinum suum, vt potius velint scripturam esse expositionem mentis eorum & sententiæ, quàm econuerso: & potius velint scripturam conformare eis, quàm se conformare scripturæ: contra quos Augustinus ait, quòd non pro nostra sententia ita dimicantes vt eam velimus esse

scripturæ

scripturæ sacræ quæ nostra est, cum potius eam quæ
II. scripturæ est, nostram esse velle debeamus. Secunda est
2. de Gen. ad quòd plus debemus existimare scripturas sacras, quàm
lit. cap 5. alias scripturas: in tantum quidem debemus in precio
habere scripturas alias, inquantum famulantur scriptu-
ræ sacræ: ubi autem ei contradicunt, non debemus eas
tenere sed repellere. Ideo Augustinus ait quòd periculo-
sus quidem erat, quòd quidam infirmi fratres qui cum
istos impios de cœlestium corporum, vel de quibusdam
elementorum mundi quæstionibus subtiliter & copiosè
disserere audiunt, eos cum suspirio sibi præponentes &
magnos reputantes saluberrimè pietatis libros cum fasti-
dio recipiunt. Valde est quidem periculosum fastidire
libros pietatis, idest, libros scripturæ sacræ, & libros
III. Gentilium magis reputare. Tertia regula est, quòd non
solum debemus plus existimare scripturam sacram quàm
opinionem nostram vt dicebat regula prima, & plusquã
scripturas Gentilium vt dicebat secunda, sed plus quàm
capacitatem totius humani ingenij, ita quòd si tota capa-
citas, & tota subtilitas, quæ potest esse in omnibus ho-
minibus esset in vno homine, plus esset existimanda
scriptura sacra, quàm tota huiusmodi capacitas: hoc est
2. de Gene. ad ergo quod Augustinus ait quòd maior quippe est scri-
lit. cap. 9. pturæ huius authoritas, quàm omnis humani ingenij ca-
IIII. pacitas. Quarta est, quòd quando multis modis scriptu-
Lib. 1. de Ge. ra sacra exponitur, debemus attendere cui expositioni
ad lit. cap. vlt. cætera consonant & concordant: quia nihil dimitten-
dum est in vna parte scripturæ sacræ, quod impediat
aliam. Ideo ait quòd si vtrunque sensum scripturam sa-
cram voluisse creditur, videndum est si vtriusque senten-
V. tiæ cætera circunstantia suffragantur. Quinta est, quòd
obscuritates sacræ scripturæ non debemus in aliquam
partem ita pertinaciter asserere, quòd aliqua labes scri-
VI. pturæ sacræ possit attribui. Sexta est quòd non debe-
mus scripturam sacram ita exponere, quòd alijs deri-
dendi materia tribuatur: ideo ait quòd turpe est nimis
& perniciosum Christianos sic delirare in expositione
scripturæ, quòd infidelis audiens, risum tenere vix pos-
VII. sit. Septima est quòd cum possumus saluare scripturas
sacras per ea quæ naturaliter videmus, non debemus
ad miraculum vel ad potentiam diuinam recurrere: &
Vide et Aug. maxime hoc dicit propter opera sex dierum, vbi tota
pro his Reg. instituta est natura. Hoc est ergo quod ait, Nunc enim
1. de Doctri. quemadmodum Deus instituerit naturas rerum, secun-
christ. cap. 2. dum scripturas eius nos conuenit quærere, non quòd in
& 3. de Doc. eis vel ex eis ad miraculum potentiæ suæ velit opera-
chri. 2. et. 26. ri. Omnes autem has regulas tangit Augustinus primo
itẽ. 2. de Trin. & secundo super Gene. non tamen hoc eodem ordine
cap. 1. Cõtra quo ipsas posuimus: nos autem eas ordinauimus prout
Faustũ lib. 9. nobis ordinanda videbantur. His itaque præmissis regu-
cap. 6. 7. lis, dicemus, nos non enarrasse omnes has regulas pro-
pter hoc capitulum tantùm, nec etiam propter hoc opus
tantum: multa tamen de his sunt huic capitulo, & ope-
ri necessaria. Sciendum ergo aliquos voluisse nullo mo-
do super cœlos esse aquas: quòd si hoc dicant, quia
non possunt ad hoc suum animum inclinare, faciunt con-
tra primam regulam, quia non scripturam sibi, sed se
scripturæ conformare debent. Sed si hoc dicant, quia
scripturæ Gentilium huic sententiæ non concordant, vel
quia hoc est humanæ capacitati contrarium, faciunt con-
A tra secundam & tertiam regulam, quia scriptura sa-
cra præeminet scripturis Gentilium: & quia maior est
huius scripturæ authoritas quàm omnis humani ingenij
capacitas, ideo dicamus cum Augustino super Gene. 2. 2. Cap. 5.
quomodo autem, & quales aquæ ibi sunt, dubitare pos-
sumus, sed esse eas ibi, minime dubitemus. Sunt ibi itaque
aquæ, sed quæ, & quales sint illæ aquæ, volumus de-
clarare. Dixerunt autem aliqui illas aquas esse spiritua-
les & esse naturas angelicas, ita quòd aquæ sunt su-
pra cœlum, quia ibi sunt Angeli: & aquæ sunt sub cœlo,
quia ibi sunt animæ humanæ, vel quia sunt ibi homi-
nes. Et hanc sententiam tangit Augustinus. 13. Confess. Cap. 15.
dicens quòd aquæ super cœlos sunt angeli. Ideo ait,
Sunt autem aliæ aquæ super hoc firmamentum, credo
immortales, & à terrena corruptione secretæ supercœ-
B lestes populi Angelorum, quæ laudant nomen tuum. Et Cap. 32.
idem in eodem libro circa finem ait, Videmus firma-
mentum cœli inter spirituales aquas superiores, & cor-
porales inferiores. In his autem duabus authoritatibus
videtur Augustinus velle, quòd aquæ super firmamen-
tum sunt spirituales angeli: sed vt dicebatur in regulis
supradictis in expositione scripturæ sacræ, omnes cir-
cunstantiæ sunt considerandæ. Cum ergo firmamentum
factum secunda die, sit vocatum cœlum, & cum in fir-
mamento cœli sint posita sydera, consequens est quòd
nomine firmamenti intelligamus aliquid corporale: &
quia sicut accipitur firmamentum, sic debent accipi a-
quæ illæ super quæ sunt firmamentum, consequens est
quod aquæ illæ sint aliquid corporale. Vnde Augusti- Lib. 2. cap. 6.
nus in libro Retractationum, contradicit isti sententiæ
C quòd illæ aquæ sint spirituales. Possumus enim dicere
de istis aquis sicut dicebamus de luce, quòd verè pri-
ma die factum fuit corpus quoddam lucidum, & ex
hoc dicitur ad literam, facta est lux corporalis: sed fi-
guratiuè & allegoricè significabat lucem spiritualem,
& naturam angelicam ad creatorem conuersam, diui-
sam a tenebris, idest, à malis angelis à Deo auersis.
Sic & in proposito, corporales aquæ sunt supra fir-
mamentum, sed illæ aquæ possunt significare angelos su-
pra firmamentum, idest, angelos confirmatos. Sancti
ergo, dicentes illas aquas esse spirituales, loquuntur my-
sticè & allegoricè: dicentes verò eas esse corporales,
loquuntur secundum literalem sensum. Cum ergo quæ-
ritur in Titulo capituli, quales sint illæ aquæ, vtrum
corporales, vel spirituales? patet quòd corporales, sed
D significant spirituales. Et ex hoc soluuntur obiectiones
& dicta Sanctorum: quia dicentes eas esse corporales,
loquuntur secundum sensum historialem: qui vero spi-
rituales, secundum mysticum. Sed quid dicemus ad au-
thoritates Augustini, quia authoritates illæ non solum
sunt authoritates, sed etiam rationes: nam cum dicitur
aquæ quæ sunt super hoc firmamentum sunt supercœ-
lestes populi angelorum, quæ laudant nomen tuum: con-
stat quòd laudare & benedicere non spectat ad cor-
poralia, sed ad spiritualia: igitur si illæ aquæ lau-
dant dominum, iuxta illud. Benedicite aquæ omnes quæ
super cœlos sunt domino, illæ aquæ spirituales erunt.
Rursus, cum in secunda authoritate dicebatur, Videmus
firmamentum cœli inter spirituales aquas superiores, &
corporales inferiores, ibi subtilis latitat ratio: nam si alia

A quæ aquæ sunt superiores aliquæ inferiores, cum omnes aquæ corporales videantur esse eiusdem naturæ non potuerunt esse aquæ corporales aliquæ superiores aliquæ inferiores, et maxime sic superiores quòd sint supra firmamentum: cœli ergo erunt illæ aquæ superiores nō corporales, sed spirituales. Propter primum, sciendum quòd omnis creatura inducitur ad benedicendum Deum. nam nō solum aquæ, sed ēt ipsa terra inducitur ad bñdicendum Deū, et imber, et ros, & glacies, et niues, & oīa inducuntur, vt laudent & benedicant Deum: nam sicut omnis creatura clamat Deum factorem suum, quia ex omni creatura possumus manuduci in cognitionem creatoris, & ex hoc omnis creatura dicitur clamare Deum creatorem suum: sic quia ex omni creatura possumus manuduci ad laudandum & benedicendum Deum, dicitur omnis creatura laudare & benedicere Deum. quòd omnis creatura clamet Deum fa-

B Cap. 4. ctorem suum, patet per Augustinum in. 1. lib. de Trinitate, qui ait, quòd neq; enim diuinorum labiorum tantummodo authoritas Deum prædicat, sed omnis quæ nos circunstat vniuersa ipsarum rerum, natura proclamat se habere præstantissimum conditorem. Hoc idem etiam senserunt Phi-

Commēt. 12. 1. Phy. 1. & 2. Phy. 38. et 72. losophi, quia vult Commentator. 8. Metaphy. quòd non possit cognosci hæc particularis substantia determinatè, ignorata prima causa. quælibet ergo creatura clamat Deū factorem suum cum non possit cognosci ignorata prima causa. sic etiam quælibet creatura dicitur laudare & benedicere Deum, quia habentes discretionem et sensum, ex qualibet creatura surgunt in glorificationem creatoris, iuxta il-

In Hexaem. lud Basilij, quòd dicuntur aquæ glorificare Deum, non quòd aquæ sint rationales creaturæ, sed quia ab habentibus sensum consideratio earum prudenter contemplata glo-

C rificationem perficit creatoris. Quod vero addebatur quòd non possunt dici aquæ superiores nisi spirituales, vt patebit in sequentibus, taliter possunt accipi aquæ etiam corporales, quòd dicuntur superiores, & hæ aquæ quas videmus, inferiores.

CAPVT XIIII.

Declarans cuius naturæ sunt illæ aquæ, quæ sunt supra firmamentum.



VAMVIS declaratum sit aquas illas supra firmamentū cœli esse corporales, restat tamen inuestigare cuius naturæ sint illæ aquæ. Circa quod nō potest esse nisi duplex modus dicendi, quia vel sunt eiusdem naturæ cum ele-

D mento aquæ siue cum istis inferioribus, vel sunt de quinta essentia: nam sicut de cœlo aliqui opinati sunt, sic & de istis aquis aliqui opinati sunt. Quidam enim posuerunt cœlum eiusdem naturæ cum elementis, & circa hoc fuit opinio duplex. Nam quidam dixerunt ipsum esse composi-

1. Cœ li. text. 102. tum ex omnibus elementis, vt Empedocles, qui dixit ipsum esse compositum ex quatuor elementis, sed dixit ipsum incorruptibilem: quia non fuerat lis in compositione eius, sed

A solum amicitia. Plato autem cœlum elementum simplex dicitur posuisse: dixit autem ipsum incorruptibile voluntate

In Timeo. diuina, iuxta illud Platonis. O' dij deorum quorum pater et opifex ego sum natura vestra dissolubiles, voluntate mea indissolubiles permanetis. Quod de corporibus cœlestibus secundum Platonem potest intelligi, vt sint natura dissolubilia, voluntate vero diuina indissolubilia. Quòd si duæ hæ opiniones veræ essent quòd scilicet cœli essent eiusdem naturæ cum omnibus elemētis vel cum aliquo elemento simplici, non esset inconueniens aquas illas super cœlos, esse eiusdem naturæ cum istis aquis inferioribus: sed quia cœli sunt incorruptibiles, omnia autem elementa sunt cor-

10. Metaphy. tex. vlt. ruptibilia, cum corruptibile & incorruptibile differant genere non potest esse quòd cœli sint eiusdem naturæ cum istis inferioribus: & quia omnia ista inferiora sunt de na-

B tura quatuor elementorum, tota sphæra actiuorum & passiuorum quæ pertingit vsque ad globum lunarem, dicitur continere quatuor naturas, & omnia quæ sunt in huiusmodi sphæra dicuntur moueri motu recto qui est motus habens contrarium, & dicuntur ferri à medio vel ad mediū, & ex hoc dicuntur grauia vel leuia: à globo autem lunari supra, vt omnes cœli, & omnes stellæ, & luminaria omnia in eis, dicuntur separata ab istis quatuor naturis elementorum, & dicuntur facere quintam naturam siue quintam essentiam, omnia autem illa corpora non mouentur motu recto qui est motus habens contrarium. sed mouen-

1. de Cœlo. t. 24. tur motu circulari cui nullus contrariatur motus, quæ enim non sunt grauia neque leuia sed sunt neutra, non mouentur

1. de Cœlo. t. 18. à medio, nec ad medium, sed circa medium, quæ omnia declarari habent ex libro Cœli & mundi. His itaque de-

C claratis, patet opiniones prius tactas, vel esse falsas, vel esse exponendas. Possemus enim si vellemus reducere eas ad bonum intellectum, vt dicamus cœlum esse ex quatuor elementis, & hoc per amicitiam sine lite, quoniam est cœlum ex quatuor elementis, quia est ex illa eadem materia p essentiam, ex qua sunt quatuor elementa, vt supra in prima parte huius operis diffusè probauimus, & vt planè sen-

Cap. 11. tit Augustin. 2. super Gene. ad literam, vbi ait quòd ex ista inferiori & ex ista corporali materia factum est cœlum, cuius species multum distat à terrenis. Quantum ergo ad nudam essentiam materiæ, & quantum ad materiam omnino informem, conuenit cœlum cum istis inferioribus. sed multum distat quantum ad formam & speciem à terrenis. Est ergo cœlum ex ista materia quatuor elementorum, & hoc ex amicitia sine lite, quia illa materia vt est in cœlo,

D non subycitur formæ habenti contrarium, nec formæ annexæ priuationi, & ideo illa materia sic amicatur suæ formæ quòd nullo modo lis aliqua oritur inter eas. Dicemus quidem quòd lis & amicitia proprie habent esse in agentibus per intellectum vel per rationem: per quandam tamen extensionem habent esse in his quæ agunt per æstimatiuā, sicut & bestiæ videntur sibi amicari & inimicari: & metaphoricè & per quandam similitudinem habent esse etiam in his quæ agunt ex necessitate naturæ. quantum autem ad præsens spectat, ex duobus surgit lis vel inimicitia, vno modo quia vnus accipit alteri quod suum est, & alter patitur priuationem & defectum eius quod debet habere, & ideo dictum est quòd iusti-

Psal. 84. tia & pax osculatæ sunt: quando enim seruatur iustitia, & nullus priuatur eo quòd debet habere, est pax,

&

A

& cessant lites inter ciues. Secundo potest oriri lis non solum ex rebus & honoribus, vt quia ille priuatur talibus quæ debet habere, sed etiam ex ipsis contrarijs operibus, vt quia vnus contrariatur voluntati alterius: ideo ad seruandam pacem dicit dominus, Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis.

Math. 7. b

Quare si lis consurgit vel ex contrarietate vel ex defectu siue priuatione, p quandam similitudinem dicitur lis esse inter elementa, & inter elementata prout agũt ex necessitate naturæ, quia sunt subiecta formis contrarijs, & habent priuationes annexas: sed in compositione cœli potest dici non interuenisse litem, quia forma cœli non habet cõtrarium, nec etiam habet priuationem annexam. Sicut ergo ad bonum intellectum reduximus opinionem Empedoclis, sic possumus ad bonum intellectum reducere opinionem Platonis: vt dicamus cœlum esse elementum simplex, quia est sicut elementum quantum ad materiam, cum in materia conueniat cum elementis: et est simplex quantum ad formam, quia vni simplici formæ est subiecta illa materia, cum non sit in ea appetitus ad aliam formam.

B

Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus, quòd sicut de ipsis cœlis est duplex opinio siue modus dicendi; quorum vnus est simpliciter verus, videlicet, quia sunt quinta essentia: alter autem est verus per expositionem, vt quia sunt ex elementis sine lite, vel quia sunt elementũ simplex: sic de illis aquis quibus tegũtur superiora cœli, iuxta illud,

Psal. 103.

Qui tegis aquis superiora eius, potest esse duplex modus dicendi: vnus simpliciter verus q pertinet ad quintam essentiam, sicut & alij cœli: Alius dicendi modus poterit esse verus per expositionem φ sunt eiusdẽ naturæ cum istis inferioribus. Has autem aquas inferiores videmus tripliciter se habere. vno modo ex multa frigiditate, & sic fiunt glacies: alio modo ex ponderositate, & sic fluctuant super terram: tertio ex subtilitate, & sic ascendunt vaporabiliter super aliquã partem aeris, & fiunt inde pluuiæ.

C

Secundum itaq; hos tres modos repertos in istis inferioribus aquis, est triplex modus dicẽdi de illis superioribus aquis: quia aliqui dicunt eas glaciales, aliqui fluctuantes, aliqui tenues et subtiles.

Cap. 4. 5.

Omnes autem hos modos dicendi tangit Aug. 2. super Gene. ad literam. nam, vt ait, Quidam considerantes stellam Saturni debere esse multum calidam, quia habet magnam sphæram continentem omnes sphæras planetarum, et quia motum reuolutionis sphæra illa, & qualibet alia sphæra, circuit infra diem et noctẽ, solum sphæra Saturni agens tantum motũ, deberet esse calidissima. Sed quòd sit frigida, dicunt aliqui hoc esse propter illas aquas superiores.

D

His ergo coniecturis aliqui dicunt ibi esse aquas: non vaporabili tenuitate, sed glaciali soliditate: & forte ideo dixerunt illas aquas esse, vt magis infrigidarent Saturnum. Hoc est ergo quod Augu. ait, φ his coniecturis, idest, ex frigiditate Saturni, quidam expresse agunt aduersus eos, qui nolunt credere aquam aliquam super cœlum: volunt enim stellam esse frigidam, quia circuit iuxta summum cœlum, idest, iuxta octauam sphæram, vt ex hoc cogantur illic naturam aquarum credere non vaporali tenuitate, sed glaciali soliditate dependere. Secundum quidem modum dicendi, φ. s. sunt ibi aquæ

Cap. 1.

graues & ponderosæ siue fluctuantes, tangit Aug. 2 super Gene. circa principium, dicens quosdam dixisse φ secundũ omnipotentiam Dei cui cuncta sunt possibilia, oportet nos credere aquas esse tam graues, quas nouimus atq; sentimus esse cœlesti corpori, in quo sunt sydera superfusa. Tertium

A

etiam modum dicendi de tenuitate aquarum tangit Aug. in eodem. 2. & videtur multum assentire illi modo, cum ait. φ

Cap. 5.

si potest aqua sicut videmus ad tantas guttarum minucias deuenire, vt super istum aerem vaporabiliter feratur, et natura illa leuior est aquis, cur non possit & super illud leuius cœlum minucioribus guttis & leuioribus materiæ vaporibus superesse? Hi autem tres modi dicendi si considerẽtur secundum φ verba sonant, sufficienter improbantur p Aug. per regulam superius positam, φ in istis sex diebus in quibus Deus naturã instituit, nos naturas rerum cõuenit quærere, non quòd ex eis ad miraculum potentiæ suæ velit operari: nam in eis, vel sint cum glaciali soliditate, siue cum ponderosa fluctuositate, siue cum vaporabili raritate, tales aquæ, quales istæ sensibiles sunt, supra cœlum naturaliter esse non possunt.

B

Nam dictum illud de vaporali raritate, cui aliqualiter videatur alludere Augustinus, plus de ratione habere videtur quàm alia dicta, hoc tamẽ non est consonum his quæ videmus, nam esse nõ posset quod aqua manens aqua ad tantam tenuitatem & raritatem veniret sicut est raritas ignis, quem sic rarum & tenue supra cœlum ponere esset conuenientius. Concludamus ergo, & dicamus, quòd cum quæritur quales, & cuius naturæ sunt illæ aquæ? possumus dicere quòd sunt quinta essentia, & sunt naturæ cœlestis. Possunt tamen dici, propter aliquam similitudinem, glaciales, ratione soliditatis, quia aqua in glaciem conuersa soliditatem acquirit. Vel possunt dici glaciales propter frigiditatem, quam habent, non formaliter, sed effectiue: nam à quibusdam corporibus cœlestibus generatur hic calor, à quibusdam frigus: nam sic fecit Deus

Sap. 11.

C

omnia in numero, pondere, & mensura, vt esset in rebus ex diuersis proprietatibus, vel ex diuersis effectibus, quasi quidam proportionatus numerus, & quædam symphonia: vt sicut ex debito numero colorum, & ex debita proportione ipsorũ, fit pulchritudo: & sicut ex debita caliditate et frigiditate & alijs proprietatibus, debito numero & proportione coniunctis, resultat quoddam ligamentum, et quædam pulchritudo in ipsis elementis, iuxta illud Boetij,

Lib. 3. de cõs. metro. 9.

Tu numeris elementa ligas vt frigora flammis,
Arida conueniunt liquidis: = =

sic in corporibus cælestibus resultat effectiue, vt illæ supercœlestes aquæ possint dici glaciales, quia forte frigiditatem generant in istis inferioribus: & sicut illæ aquæ possunt dici glaciales ratione frigiditatis, sic possunt dici ponderosæ fluctuantes ratione humiditatis: nam humidum et specialiter humidum ponderosum cuius est humidum aqueum,

D

non bene terminatur termino proprio, & ideo fluit et fluctuat. Illæ ergo aquæ cœlestes possunt dici ponderosæ & fluctuantes non formaliter sed effectiue, quia forte habent humectare ista inferiora, quod humectare conuenit aquis fluentibus & ponderosis: nam sicut quædam corpora supercœlestia sunt effectiue calida, quædam frigida, ita quædam sunt sicca, quædam humida. Tertio illæ aquæ cœlestes possunt dici vaporabiles, idest, raræ & tenues ratione diaphaneitatis: nam si sunt frigidæ & humidæ effectiuè, diaphanæ tamen sunt formaliter.

CAPVT XV.

Soluens rationes quòd cælum aqueum sit immobile, & ostendens multipliciter quòd motus eius est omnium aliorum mensura.



IDERETVR *forte aliquibus, quòd ille aquæ cœlestes, siue illud cœlum aqueũ, quo tegitur firmamentum, siue cœlum sydereum, iuxta*
Psal. 103. *illud, Qui tegis aquis superiora eius, non moueretur: quod forte tripliciter quis conaretur ostendere: primo*
prout illud cœlum comparatur ad nos: secundo, prout comparatur ad cœlum empyrium: tertio, prout comparatur ad
I. *firmamentum. Prima via sic patet: quia si illud cœlum moueretur, esset primũ mobile, & motus eius esset primus mo*
10. Met. t. 4. *tus, esset itaq; mensura aliorum motuum: sed mensura de-*
& inde. *bet esse notissima: cum ergo illud cœlum non sit stellatum, cum non sit nobis uisibile, non est nobis ita notum sicut sunt alij cœli visibiles, quare motus illius cœli non erit mensura aliorum motuum: sed cum hoc sit incõueniens quòd primus motus non sit mensura aliorum motuum, consequens est ꝙ prout illud cœlum comparatur ad nos, non moueatur. Secũ-*
II. *da via ad hoc idem potest sumi, prout illud cœlum comparatur ad cœlũ empyrium: nam non sunt nisi duo cœli vniformes, empyrium, & aqueum: cœlum enim empyrium est vniforme, quia est totum lucidum: et cœlum aqueum est etiã vniforme, quia est totum diaphanum: omnes alij cœli nõ sunt vniformes, quia sunt partim lucidi, partim non lucidi: quare si motus sequitur naturam rei, & cœlum aqueum, & empyrium sunt vniformes, quod dicemus de vno quantum ad motum, de alio videbitur esse dicendum; sed empyrium non*
III. *mouetur, ergo nec aqueum. Tertia via sumitur, prout comparatur ad firmamentum, quod est stabile, & quod nõ mo-*
Cap. 10. *uetur. Vnde Augu. 3. super Gene. vult, partem aeris superiorem posse dici firmamentum ratione tranquillitatis & quietis, quia nõ inquietatur à vento: itaq; de ratione firmamenti videtur esse ꝙ sit quietum: sed si firmamentum, quod est cœlum sydereum, non mouetur, cœlum aqueum, quod est supra ipsum, erit immobile: quia si moueretur, moueret firmamentum, cum sphæra superior mota moueat inferiorem. Propter quod sciendum aliquos concessisse propter rationẽ primam, quòd motus cœli aquei non est mensura aliorũ motuum, dicentes quòd cum dicitur motum primum esse mensuram aliorum, debere intelligi de primo motu nobis manifesto & noto: & quia secundum eos nobis manifestè est notus motus cœli in quo sunt sydera, ideo volunt motum octauæ sphæræ siue cœli syderei esse mensura aliorum motuum. Sed sic dicentes ignorant veritatem rerum: certum est quòd*
Tex. 2. & 3. *(vt patet per Philosophum in. 10. Metaph.) quòd mensura debet esse quid notum, & ex hoc debet esse quid minimum. Siue sit quid minimum quantitate, sicut vnitas in numeris quæ est mensura omnium numerorum. Siue sit quid minimum simplicitate, sicut album in coloribus, qui est simplicissimus color, ideo est mensura omnium colorum. Dicitur quidem album simplicitate superare omnes colores, quia hoc modo superat colores medios, qui sunt compositi ex extre-*
A *mis. superat etiam colorem nigrum, quia color niger plus habet de priuatione admixta, albus aũt plus de perfectione & actualitate. sed quanto forma plus tendit ad actum & ad perfectionem, tãto plus habet de simplicitate. ideo Deus, qui est actus purus, est simplicissimus. Album itaq; est quid minimum in coloribus simplicitate. Tertio potest dici quid minimum tempore, & sic planè dicit Philosophus in. 10. Met. ꝙ accipitur mensura in motibus: secundum quem modum motus velocissimus est mensura omnium motuum, qui vocatur motus diurnus quia est in die naturali, idest, infra diem & noctem semel: huiusmodi autem motus cœli noni, siue cœli aquei, siue cœli crystallini, est ille motus q est mensura omnium aliorum, quia velocissimus, & quia minimus in tempore: nam tantus motus ĩ tam modico tempore, alius ab hoc primo motu, reperiri non potest. Possumus autem ad*
B *hoc triplicem rationem adducere, quòd. s. motus cœli aquei est mensura omnium aliorum; vt sit vna ratio ex parte notitiæ; secunda, ex parte vniformitatis: tertia, ex parte causalitatis. Prima via sic patet, dicunt enim ponentes motum octauæ sphæræ esse mensuram aliorum, illum motum esse notissimum, quod patet esse falsum, immo motus ille est multum latens. Mouetur quidem octaua sphæra duobus motibus contrarijs, videlicet ab oriente in occidens super polos æquinoctialis siue super polos mundi, & mouetur econtrario ab occidente in oriẽs super polos zodiaci qui sunt proximi poli octauæ sphæræ. Primus autem motus est multum notus, sed ille non est nec potest esse proprius octauæ sphæræ, sed est primi mobilis reuoluentis octauam sphæram vt infra patebit: alius autem motus octauæ sphæræ contrarius huic super polos zodiaci, est ita latens quòd non nisi per armillas*
C *& per instrumenta astronomica comprehendi potest immo dicunt multi (& est quasi commune dictum) ꝙ tanta est latentia illius motus, ꝙ temporibus Aristotelis non erat comprehensus: nam secundum Ptolemæũ in centum annis non* In Almagesto.
est nisi per vnum gradum: valde est ergo difficile deprehendere talem motum, in quo tantũ apponitur de tempore: motus autem qui est mensura aliorum est velocissimus & quid minimum in tẽpore, sed motus octauæ sphæræ respectu primi mobilis est tardissimus & est maximus tempore. De latentia quidem istius motus dicere possumus ꝙ non solũ fuit multum temporis elapsum antequam esset deprehensus, sed adhuc forte non est benè deprehensus: nam Ptolemæus voluit quòd in centum annis esset per vnum gradum, & quòd secundum hunc modum totum complet circulum. Tebith autem ponit hunc motum fieri super capita Arietis et Libræ,
D *& quòd octaua sphæra sit mota, & retrogradatur antequã totum compleat circulum. Certificati itaq; sumus octauam sphæram moueri contrarijs motibus, quia hoc planè probãt astronomica instrumenta, sed propter latentiam huius motus vtrum compleatur circulus vt ponit Ptolemæus, vel fiat retrogradatio ante completionem vt posuit Tebith, forte non est bene notum, licet communiter Astronomi in hoc videantur tenere cum Tebith, & deserere Ptolemæum. Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus, ꝙ inter omnes motus est magis notus motus diurnus qui est ab oriente in occidens in die naturali semel: sed difficile fuit deprehendere cuius est ille motus. Sed postq; est sufficienter deprehensum per instrumenta infallibilia (vt infra patebit) quod est motus primi mobilis, si de ratione mensuræ est quòd sit nota, ex parte ipsius notitiæ prius habitæ, motũ primi mobilis alio-*

rum

rum motuum mensuram esse dicemus. Secunda via ad hoc idem sumitur ex parte ipsius vniformitatis: nã mensura in motibus debet esse vniformis, ita ꝙ nõ sit vno tẽpore motus ille velocior alio, sed semper in æqualibus tpibus abscindat æquales angulos. Et ideo dicit Philosophus ꝙ talis debet eẽ mẽsura, cui nõ possit fieri additio vel diminutio, supple, quæ lateat nos: & ideo minimũ ponitur esse magis natura mensura, qa in modica re vel in modico tpe non põt fieri additio vel diminutio quin statim ꝑcipiatur: sed in multo si fiat ibi additio aliqua vel subtractio, nõ sic ꝑcipitur. itaq; nullus alius motus à motu diurno põt esse simpliciter mensura aliorũ motuum: non aũt motus planetarũ, quia ꝑꝑ eorũ eccentritatem fit eis additio in velocitate et tarditate, vt velocius dicãtur moueri in circulo signorũ in vno tpe, q̃ in alio; ideo dicunt cõiter Astronomi, et verum dicunt, ꝙ si planeta in suo eccentrico moueretur æqualiter, consequens est ꝙ in circulo signoꝝ moueatur inæqualiter: motus aũt octauæ sphæræ nõ põt esse huius mẽsura, qa dato ꝙ nõ recipiat additionem vel diminutionẽ secundũ se, tamẽ põt hoc recipere secundum nostrã latentiam, cũ sit in centũ annis ꝑ vnum gradum: motus aũt diurnus qui in uno die cõpletur totus, est nobis magis notus, vt dicebat prima via: nec põt fieri ibi additio nec diminutio ꝙ sic nos lateat, vt dicebat hæc via secũda.

Tex.cõ.2. Tertia via ad hoc idẽ sumitur ex parte causalitatis, qa (vt vult Philosophus in. 10. Met.) vnum qđ est mensura numerorum, est principiũ numeri: illud ergo est potissime mensura aliorũ, quod est eorũ principium: et qa motus primi mobilis est oĩum aliorum motuũ causa et principium, erit omniũ eorum mẽsura.

I. Ex parte itaq; mẽsuræ, et prout cœlũ aqueũ cõparatur ad nos, vt arguebat prima rõ superius posita, nõ possumus ponere cœlũ aqueum qđ est primum mobile ꝙ nõ moueatur, imo cogimur ponere ipsum moueri, cum probatũ

II. sit multipliciter, ꝙ est oĩum aliorum mensura. Scđa quidẽ via, per quã negabatur cœlũ illud moueri ex parte vniformitatis, prout cõparatur ad cœlũ empyrium, quia est vniformæ sicut cœlũ empyrium, ideo nõ mouetur sicut non mouetur cœlum empyriũ: bonum posset esse argumentum, si hæc esset cã quare non moueretur cœlũ empyrium, qa est vniforme: sed cã quare illud cœlũ nõ mouetur, nõ est vniformitas, sed est qa est locus bonorum spirituum, et est locus corporis

Cœlũ empyrium cur imobile. Christi, & in fine seculi erit locus oĩum bonorum corporũ, & quia vbi est requies æterna et vbi expectatur æterna & inuariabilis hitudo, non est cõueniens ꝙ moueatur: ideo illud cœlum ponitur imobile, et nunc est imobile, qa nunc sũt ibi Angeli, et à principio fuit imobile. quia secundum Sanctos mox creatũ Sanctis angelis est repletũ.

III. Quod vero tertio dicebatur, ꝙ firmamentũ non mouetur, qa non esset firmamentum, si moueretur. Ad hoc rñdet Aug. & habetur in

2.lib.cap.10. glossa sup Gen. ꝙ non dicitur firmamentũ propter stationẽ siue ꝑꝑ imobilitatẽ, sed ꝑꝑ firmitatẽ, vt ifra clarius patebit.

CAPVT XVI.

Quòd cœlum aqueum mouetur, & motus eius proprius est ab oriente in occidens.



SOLVTIS rationibus volentiũ concludere cœlũ aqueum esse imobile, volumus ostendere, ꝙ hmõi cœlũ mouetur, & ꝙ motus eius proprius est ab oriente in occidens. Ad probandũ aũt hæc duo quæ tangũtur in Titulo huius capituli, q. s. cœlum aqueum

A mouetur, & ꝙ motus eius est ab oriente, sumemus sex ꝓpositiones, quaꝝ primæ duæ ꝑ instrumẽta astronomica probata: Aliæ vero qnq; ex sensibus p̃nt esse notæ, et q̃libet bene disciplinatus debet eas recipere.

I. Prima propositio est, ꝙ octauæ sphæra mouetur pluribus motibus sibi adinuicem aliquo modo contrarijs. Hæc autem propositio (vt supra tangebamus, et vt hic ẽt diximus) adeo est ꝑ instrumẽta astronomica probata et determinata, vt de ea minime dubitemus.

II. Secunda ꝓpositio est, ꝙ vni sphæræ cœlesti nõ competit nisi vnus motus proprius et scđm se: qđ et ipsis sensibus declaratur. Sensibiliter quidẽ videmus ꝙ vni corpori simplici non cõpetit nisi vnus motus proprius, vt igni qđ est corpus simplex, & aeri qđ est corpus simplex, non competit nisi vnus motus, videlicet, moueri a medio & tẽdere sursum. et aquæ & terræ cuilibet eoꝝ non competit nisi vnus motus, moueri. s. à medio et

B tendere deorsum: oĩbus ergo elementis, quia sunt corpora simplicia, non cõpetit nisi vnus motus. Itaq; cũ sphæræ cœlestes & corpora cœlestia sint magis simplicia q̃ elementa, octauæ sphæræ nõ poterit competere nisi vnus motus proprius. Quòd autem sphæra cœlestis sit simplicior sphæra elemẽtari, de leui patet: nã hoc est esse simplex, esse vnũ, et ecõuerso. qđ est ergo magis simplex, est magis unũ, & qđ magis vnum, magis simplex: constat aũt illud corpus esse magis vnum cuius materia non põt subijci nisi vni formæ, magis. n. fit vnum ex materia cœli et sua forma quæ nõ potest subijci alteri formæ, q̃ ex materia elemẽti et sua forma, quæ est cõmixta priuationi, et põt subijci alteri formæ: quare si corpus cœleste est magis quid vnum q̃ corpus elementare, & per consequens magis quid simplex, si vni elemento simplici non competit nisi vnus motus proprius, vni

C corpori cœlesti quod est quid magis simplex non nisi vnus motus proprius cõpetere poterit.

III. Tertia propositio est, quòd quando aliqua sphæra cœlestis mouetur duobus motibus, vnus illoꝝ erit sibi proprius, alius erit ab aliquo cœlesti corpore illam sphæram mouente & reuoluente. Hæc aũt propositio partim est declarata per habita, & partim põt sensibiliter declarari: nam cum declaratum sit quòd vni sphæræ non potest competere nisi vnus motus proprius, si videmus sphæram moueri duobus motibus, vnus illorum erit sibi proprius, alius autem aliunde sibi erit. quæremus autem vnde aliunde sit. vel hoc erit a corpore elementari, vel a corpore cœlesti, vel ab aliqua intelligentia. Diceret enim forte aliquis, quòd cum aliqua sphæra cœlestis mouetur duobus motibus, vnus illorum erit sibi proprius, alius erit ab intelligentia mouente ipsam. Sed cum motus proprius alicui

D corpori cœlesti sit à suo motore appropriato quæ est aliqua intelligentia, si alius motus competeret sibi immediate per aliquam intelligentiam, tunc illud corpus cœleste haberet duas intelligentias immediate mouentes: quod idem esset dicere ac si quis poneret quòd aliquod corpus animatum haberet duas animas. Nam licet intelligentia immediate mouens non sit per omnem modum anima eius, quantum tamen ad propositum spectat potest dici anima ipsius: quia sicut motus corporis animati non est nisi ab vna anima immediate, sic motus corporis cœlestis non est nisi ab una intelligentia immediate: & si duæ intelligentiæ immediate mouerent aliquod corpus cœleste & quælibet influeret sibi alium motum, tunc illius corporis cœlestis essent duo motores appropriati, & essent ei duo motus proprij: quod est cõtra determinata. Dicimus enim quòd corpus anima-

tum nō mouet imediate nisi vna aīa:nam vnum corpus ani-
matum pōt mouere aliud vel deferre aliud, sicut equus de-
fert equitantē,& tñ equitans cum cruribus percutis equū,
equo non quiescente sed moto,ita ꝙ crus equitantis simul et
semel mouetur duplici motu.vno quo ꝑcutit equum,& aliu
quo defertur ab equo:et iste duplex motus erit a duplici ani
ma,nā motus cruris quo ꝑcutitur equus erit ab aīa hominis,
motus cruris quo fertur ab equo erit ab aīa equi,sed ab aīa
hominis mouetur crus imediate,ab aīa verò equi,mouebitur
mediate,quia aīa equi primo mouebit corpus equi quo moto
mouebitur crus equitantis & totus equitans. Sic & in ipsis
corporibus cælestibus pōt contingere ꝙ aliqua intelligentia
mouebit sphærā suā ꝓpriam,et alia itelligētia mouebit aliā
sphæram,qua mota mouebitur illa sphæra.vna ergo intelli-
gentia mediante sua sphæra pōt mouere aliam sphæram.
Vnum itaq; corpus aīatum à duabus aīabus immediate mo-
ueri non pōt.& vna sphæra cælestis à duabus intelligentijs
Tex.48. immediate moueri non valet.Inde est ꝙ Philosophus in 12.
Metaph.probat numerū intelligentiaꝝ secundum numerum
sphærarum cælestium,supponens ꝙ vna sphæra cælestis nō
nisi ab vna Intelligentia moueri possit imediate,cum vnius
sphæræ cælestis nā nisi vnus motus proprius esse possit.Re
uertamur ergo ad propositū,et dicamus, ꝙ cū aliquod cor-
pus cæleste mouetur duobus motibus,hoc non erit à duabus
Intelligentijs imediate,sed vnus illorū motuum erit à suo mo
tore appropriato,alius aūt erit ab aliquo alio corpore mouē
te et reuoluente ipsum· sed non à corpore elementari,cū ele
menta non possint influere in supcælestia corpora,erit er-
go ab aliquo alio corpore cælesti;bene ergo dictū est ꝙ cum
aliquod corpus cæleste mouetur duobus motibus,vnus illoꝝ
motuum erit ei proprius,alius aūt erit ab aliquo alio corpo
IIII. re cælestis mouente et reuoluente ipsum . Quarta propositio
est,ꝙ corpus aliquod cæleste non pōt moueri & reuolui ab
alio corpore inferiori,sed superiori, & ꝙ Sensibiliter pōt
esse motū.Nam semp deferens & reuoluēs est virtuosius et
præstantius patiente.superiora aūt sunt præstātiora et vir-
3. de Anima. tuosiora inferioribus,iuxta illud Philosophi semp agens est
Tex.19. præstātius patiente: immo si corpore cælesti inferiori moto
moueretur et reuolueretur corpus superius,nullū esset cælū
immobile,qđ est contra ea quæ fides tenet,cum cælum Em
pyrium ponatur imobile: cum.n.orbis Lunæ sit inter cælos
infimus et eius orbis moueatur,si ad motum orbis inferioris
orbis superior moueretur,moto orbe Lunæ moueretur aliqs
orbis superior,et isto moto moueretur alius,et sic nullū es-
set cælū immobile,qđ est incōueniens. Ex his quatuor ꝓpo-
sitionibus possumus declarare ꝓprimū quod in Titulo huius
capituli dicebatur,videlicet,ꝙ cælū aqueum non est immobi
le,sed mouetur. Assumemus aūt propositionē primā,ꝙ octa
ua sphæra mouetur duobus motibus quodāmodo contrarijs.
Assumemus secundā propositionē,ꝙ octauæ sphæræ nō pōt
cōpetere nisi vnus motus proprius. Assumemus tertiā propo
sitionem,ꝙ si octauæ sphæræ vel cuicūq; sphæræ competūt
duo motus,non erunt à duabus intelligentijs immediate , sed
vnus illoꝝ motuū erit sphæræ proprius,alius erit ab aliquo
alio corpore cælesti mouente ipsam. Assumemus propositio-
nem quartā,ꝙ cælum superius mouet inferius, non econuer
su.Concludamus ergo,et dicamus,ꝙ cū octaua sphæra mo-
ueatur duobus motibus,erit aliqđ cælum superius motum,
quod mouet et reuoluit ipsam sed hoc non erit cælum empy
rium qđ ponitur immobile,erit ergo cælum aqueum:quare

A cælum aqueū non est imobile,sed mouetur,qđ declarare vo
lebamus. Addictis quatuor propositionibus, ꝑ quas ostēsum
est primum principale,qđ in Titulo huius capituli dicebā-
tur ꝙ.s.cælum aqueū non est imobile sed mouetur: volumus
adducere duas alias propositiones(vt sint in totū sex propo
sitiones) ꝑ quas videmus ꝙ motu proprius cæli aquei siue
crystallini est ab oriente in occidēs.Sit itaq; vna nostra ꝓ- V.
positio,ꝙ non pōt vna et eadē sphæra moueri motibus duo-
bus cōtrarijs vel quasi contrarijs super eosdē polos vel eosdē
axes.Nam si essent penitus duo motus cōtrarij vel quasi cō
trarij sup eosdem polos et eosdē axes, vnus aliū penitus ipe
diret:ideo ponimus ꝙ octaua sphæra mouetur ab oriente in
occidens sup polis æquinoctialis.siue sup polos mundi et su
per axem,ab vno polo ad aliū,qui est linea imaginata trāu
siens à puncto vnius poli ad punctū alterius.mouetur etiam
B octaua sphæra ab occidēte in oriens,sed hoc est super alios
polos & aliū axem,quia hoc est sup polos zodiaci distan-
tes a polis mundi ꝑ.xxiij. gradus & aliqd amplius : & qa
sunt diuersi poli,hñt alium axem. Secunda propositio est,ꝙ VI.
sphæra reuoluta habet polos mobiles,sphæra reuoluēs(si nō
est reuoluta)habet polos imobiles . Nam semp poli sphæræ
quantū ad motum proprium sunt imobiles, si ergo mouerē-
tur poli alicuius sphæræ,hoc erit sedm motum alium:& qa
nos videmus polos octauæ sphæræ moueri, cōsequens est ꝙ
octaua sphæra habeat plures motus,et reuoluatur ab aliqua
sphæra alia.Cælū nanq; aqueū quia non habet aliud cælū
superius per qđ reuoluatur,& nū habet nisi suū proprium
motum,polos habet imobiles:et qa poli mundi siue poli æq-
noctiales sunt imobiles,consequens est ꝙ sup illis polis mo-
ueatur cælū aqueum siue cælū crystallinum;& qa sup illis
C polis sit motus ab oriēte in occidēs,proprius motus cæli cry
stallini est ab oriente in occidens: et quia ab oriente in oc-
cidens est proprius motus cæli crystallini sup polos mundi,
relinquitur ergo ꝙ ꝓprius motus octauæ sphæræ sit ab oc-
cidente in oriēs sup polos zodiaci: declaratū est itaq; quod
declarare volebamus. Aduertendū tamen nos dixisse octauā
sphærā moueri motibus contrarijs: qa motus octauæ sphæ-
ræ proprius qui est ab occidente in oriēs,& motus eius qui
est ab oriente in occidens quē habet octaua sphæra non ꝓ-
prium sed à cælo crystallino reuoluente ipsam, sunt quasi
motus contrarij,cum vnus sit ad occidens,alius ad oriēs.sed
non sunt omnino contrarij,cum nō sint super eosdem polos,
& super eundem axem,vt per habita est declaratum.

CAPVT XVII.

D **Soluens obiectiones quòd firmamentum diuidens aquas ab aquis non sit factum secunda die.**



ICEBATVR aūt supra ꝙ
lux fuit opus diei primæ firmamē
tum aūt diei secundæ:sed hāc ve-
ritatem videntur quatuor ipedire,
vt sit primū impedimentū ex pte
sacræ scripturæ,secundum ex pte
naturæ cælestis,tertiū ex pte mul
tiplicitatis firmamēti, quartū ex parte naturæ elementoꝝ.
Videtur enim præstari impedimentum ex parte scripturæ I.
sacræ,ꝙ firmamentum sit factum secunda die.Nam scriptu
ra sacra illud firmamentum vocat cœlum,iuxta illud, Vo-
cauitq; Deus firmamentum,cœlum.sed cælum dicit scriptu Gen. 1.b
ra sacra factum ante omnem diem,iuxta illud, In principio
creauit

creauit Deus cœlum & terram: firmamentum ergu quod
est cœlum, fuit factum ante lucem, & per consequens ante
II. primam diem: non ergo fuit factũ secunda die. Secundo præ-
statur impedimentum huic veritati ex ipsa natura cœlesti.
Dictum est enim ꝙ materia cœli non est annexa priuatio-
ni, & non habet formam habentem contrarium, propter qđ
consequens est ꝙ cœlum non possit fieri ex materia præia-
cente, nam omnes alterationes & oẽs transmutationes fiunt
ex contrarijs & in contraria, quibus semp est priuatio an-
nexa, quæ uĩa a natura corporis cœlestis sunt penitus alie-
na: quare si quantum ad materiam qui viuit in æternum
creauit omnia simul, quia post primam creationem rerum
non fuit producta aliqua noua materia, nullum cœlum po-
tuit fieri secunda die, quia tunc esset factum ex præiacente
III. materia. Tertio præstatur huic veritati impedimentum ex
parte multiplicitatis firmamenti. Nam firmamentũ, vt patet
Cap. 1. per Augu, 2. super Gen. potest accipi pro cœlu sydereo, vel
pro interstitio aeris, sed si accipiatur firmamentum pro
interstitio aeris, non potest dici factum secunda die, quia
hmõi firmamentum potest dici factum quando congregatæ
IIII. sunt aquæ: quod non fuit secunda die, sed tertia. Quarto præ-
statur impedimentum ex parte naturæ elementorum. Nam
natura elementorom est longe ignobilior natura cœlesti. sed
elementa fuerunt facta in ipso primordio ante omnẽ diem,
nam elementum terræ factum fuit in primordio, iuxta illud
In principio creauit Deus cœlum & terram: sic etiã in ip-
so primordio fuit factum elementum aquæ, quia anteq̃ fiat
aliqua mentio de aliquibus diebus, dicitur ꝙ spiritus domini
ferebatur super aquas: ergo si elementa fuerunt facta i pri-
mordio, multo magis fuerunt facti cœli, ergu & firmamen-
tum non secunda die, sed in primordio fuit factum. Sed (vt
supra diximus, quando dedimus regulas expositionis scri-
pturæ sacræ) debemus nostram mentem & nostrum intel-
lectum conformare scripturæ sacræ, non econuerso: et debe-
mus hmõi scripturam tenere super omnes alias, immo debe-
mus eam existimare super omnem capacitatem humanam:
ideo si negremus intelligere hmõi factionẽ firmamẽti fuisse
secũda die, & si scripturæ aliæ huic veritati contradicerẽt,
& si omnia humani ingenij capacitas ad hoc non posset at-
tingere, inconcussè tenere debemus ꝙ scriptura sacra dicit
firmamentũ esse factum secũda die. & si adhæreremus opi-
nioni Augustini, accipientis diem pro cognitione angelica,
modicam difficultatem haberet quod dicitur: attamen acci-
piendo diem secundum cõmunẽ Sanctorum sententiam pro
quodam spacio temporis, videndum est q̃uo factum fuit fir-
mamentum secunda die, cum tamen hmõi firmamentum vo-
catum sit cœlum, & cœlum dicatur factum in primordio, et
etiam quomodo hmõi firmamẽtum diuidat aquas ab aquis.
Tria ergu sunt declaranda, videlicet, quid sit illud cœlum
quod dicitur factũ in primordio: & q̃uo accipiatur firma-
I. mentum: & q̃uo diuidat aquas ab aquis. Propter primum
sciendum ꝙ cœlum factũ in primordio non dicitur firma-
mentum istud visibile siue istud cœlum sydereum, sed dici-
tur cœlum empyriũ vel igneum non ab ardore sed a splen-
dore: & ista est sñia Strabi, dicentis, ꝙ in principio creauit
Deus cœlum & terrã, quod cœlũ (vt ait) non est visibile
firmamentũ, sed empyrium vel igneum, vel intellectuale, qđ
non ab ardore, sed a splendore igneum dicitur, quod statim
repletum est angelis: angeli ergu sunt astra illius cœli, iuxta
Iob cap. 38. a illud, Cum me laudarẽt simul astra matutina: illud ergo cœ-

A lum empyrium dicitur intellectuale, non rõne sui, sed rõne
suarum stellarum siue suorum astrorũ, quia habet stellas &
astra spũalia. Damascenus tñ tangit quandam opinionem lib. 1. cap. 3.
quæ dicit ꝙ cœlum factũ in primordio, sit cœlum sine stel-
lis. i. cœlum totũ diaphanum, quod nos vocamus cœlũ aqueũ.
Vtranq; aũt opinionem credimus esse veram, & illam quã
asserit Strabus ꝙ cœlum factum in primordio sit cœlũ em-
pyrium, et istam quã tangit Damascenus ꝙ hmõi cœlum sit
cœlũ totum diaphanũ sine stellis. eodem. n. noĩe cœli vtrũq;
potest significari, quia vtrũq; est nobis inuisibile, vtrũq; est
totum vniforme: ideo pp has conuenientias eodem noĩe cœ-
li possunt significari. Vtrũq; etiam hmõi cœlum potest dici
factum in primordio, quia post primordiũ nihil est additum
eis: nam cœlum empyrium sic est modo sicut in primordio
fuit factum. vnde a primordio fuit factũ totum lucidum &
B totum stabile, et ita semp erit lucidũ et stabile. Sic ẽt dicere
possumus ꝙ cœlum crystallinum à primordio fuit totũ dia-
phanum: et quia illud est primum mobile, ab ipso primordio
incepit moueri, quẽ primũ motum nullus alius præcessit: et
ita semper mansit diaphanũ totum, & semp continuat suũ
motum, et continuabit donec repleatur cœlum, et fiat resur-
rectio mortuorũ. Secundo videndum est, q̃uo accipiatur fir- II.
mamentum. Nam (vt supra diximus) scriptura sacra cũ pôt
multipliciter exponi, illa expositio potissimè est accipienda
cui cætera suffragantur, & cui cætera consonant: & ideo
cum dixit Deus, Fiat firmamentũ in medio aquarum, licet
hoc possit exponi de cœlo sydereo sup quod sunt aquæ. i. cœ-
lum aqueum, et de interstitio aeris super quod sunt aquæ va-
porales et pluuiales, magis tñ accipienda est expositio pro-
ut firmamentum accipitur pro cœlo q̃ pro aere, quia huic
C expositioni sequentia magis et euidentius suffragãtur: dici-
tur. n. ibi ꝙ vocauit Deus firmamentũ, cœlum. Sed dices, ꝙ
etiam aer dicitur cœlum, quia & aues vocantur volucres cœ- Psal. 8.
li, cum tñ sint in aere. Sed cũ dixit scriptura sacra ꝙ Deus
vocauit firmamentũ cœlũ, postea subdit ꝙ dixit Deus, Fiãt
luminaria in firmamento cœli: illa aũt luminaria sunt stel-
læ, quæ sunt nõ in aere, sed in cœlo sydereo. vnde & Beda
firmamentũ factum secunda die dixit esse cœlum in quo sũt
sydera. Aduertendum tñ ꝙ accipiendo firmamentũ pro cœ-
lo, pôt dupliciter intelligi, videlicet, oẽs cœli visibiles, vbi sũt
septem planetæ. & ẽt cœlum, ubi sunt stellæ, totum vocetur
firmamentũ, vbi postea facta sunt luminaria. Et hæc exposi-
tio multũ cõcordat cum sacra scriptura: nã cum dicit Deus,
Fiant luminaria in firmamento cœli & diuidant diẽ ac no-
ctem, et sint in signa, tpa & annos, patet ꝙ illa luminaria
D sunt Sol & Luna, et oẽs Stellæ tam erraticæ q̃ fixæ: nam
statim postea subditur, fecitq; Deus duo luminaria magna,
luminare maius. i. Solem, & luminare minus. i. Lunã et stel-
las, et posuit eas in firmamẽto cœli: constat aũt ꝙ Sol et Lu-
na et stellæ nõ sunt hæc uĩa in cœlo sydereo, nisi dicantur
esse in cœlo illo q̃a sunt sub illo. Si ergu dicitur firmamẽtũ
cœli in quo sunt oĩa ista luminaria, videtur magis cõsonum
scripturæ sacræ, ꝙ pro ipso firmamentu accipiatur cœlum
sydereum, non secundum se tantum, sed vt continet omnes
cœlos planetarum: huic etiã dicto consonant verba Dama- Lib. 2. cap. 6.
sceni, qui omnia hæc dicit esse in firmamentu cœli. His visis III.
restat tertio videndum, q̃uo firmamentũ cœli diuidat aquas
ab aquis. Hoc est enim firmamentum cœli diuidere aquas
ab aquis, esse inter aquas & aquas: si ergo firmamen-
tum cœli accipiatur solum pro cœlo sydereo, tunc nomine

aquarum intelligemus omne diaphanum. Nam Moyses (vt
communiter ponitur) loquebatur populo rudi & grosso &
sensibili, ideo solum sensibilia proponebat eis: ipsa etiam
sensibilia siue subtilia elementa, cuiusmodi est aer & ignis,
& etiam omne diaphanũ, proponebat eis sub nomine aquæ,
cum dixit, Spiritus domini ferebatur super aquas: quod glos-
sa interlinearis exponens dixit, Ferebatur super aquas, id-
est, super informem & ductibilem materiam: à cœlo enim
empyrio infra, totum poterat vocari informis materia, quia
totum quasi circũuoluebatur: terra autem tunc poterat di-
ci informis, sed non ductibilis propter sui immobilitatem: cœ-
lum autem empyrium nec informe nec ductibile dici pote-
rat: totum autem aliud quasi poterat dici informe & du-
ctibile, & per consequens poterat vocari aqua. Dicimus au-
tem totum fuisse quasi ductibile, q̃a pars aeris nubilosi quæ
tunc erat clausa inter montes, cum terra sit immobilis, non
circumuoluebatur cum reuolutione cœli. Erat ergo in pri-
mordio cœlum empyrium, & terra: inter quæ duo tota il-
la materia erat & poterat dici informis, et quasi fluctuãs.
Et postea secunda die factum est firmamentum cœli inter
aquas & aquas, idest, inter cœlum aqueum & totam aliam
materiam fluctuantem. Si ergo accipiatur firmamentũ non
pro cœlo sydereo secundum se tantum, sed vt includit om-
nes zonas planetarum, tunc factum fuit firmamentum inter
aquas & aquas, idest, inter elementa quæ tunc poterant di-
ci aquæ, quia (vt supra diximus) tunc aquæ erant ita va-
porabiles & tenues, q̃ inficiebant totum aerem, & etiam
partem ignis, saltem partem illam quæ nunc inficitur aere,
quapropter aqua, aer, et ignis sic immixta, vocabãtur aqua:
sed super aquam, aerem, & ignem, sunt septem zonæ pla-
netarum, et cœlum sydereum: supra quæ est cœlum aqueũ
quod & per aquas intelligebatur. Accipiendo ergo firma-
mentum pro cœlo sydereo prout includit septem zonas pla-
netarum, factum est huiusmodi firmamentum inter aquas,
idest, inter cœlum aqueum, & aquas, idest, inter tria illa ele-
menta, quæ propter immixtionem aquarum vaporabilium
aquæ poterant nuncupari. Itaq; accipiendo firmamentum
pro cœlo sydereo prout continet totum spacium vbi sunt pla-
netæ, multum concordat cum scriptura sacra q̃ hoc modo
omnia luminaria facta sint in firmamento cœli. hoc etiam
modo firmamentum factum est inter aquas & aquas, quia
facto firmamento dicere possumus tunc quinq; potuisse nu-
merari; quia supremum erat cœlum empyrium, post hoc
cœlum aqueum, post quod erat firmamentum, idest, cœlum
sydereum cum spacio omnium planetarum, post firmamen-
tum autem erant tria elemẽta modo quo diximus immixta
aquis, in infimo quidem erat terra: propter quod manifeste
patet firmamentum tunc fuisse inter aquas & aquas, quia
erat inter cœlum aqueum, & elementa, quæ propter immi-
xtionem, aquæ poterant nuncupari. Sed quæres, quomodo
factum fuit firmamentum secunda die? Ad quod dici po-
test, q̃ non fuit factum quantum ad substantialem formam,
quia & ipsa elementa secundum substantialem formam fue-
runt facta ab ipso primordio, multo ergo magis cœli: sed di-
ci potest factum firmamentum secunda die quantum ad di-
stinctionem. Nam ab ipso primordio fuit factum cœlum a-
queum quod est primũ mobile, omnia alia inferiora secum
circũuoluens, excepta terra et quæ claudebantur inter mon-
tes terræ. Sed secunda die potest dici q̃ incepit moueri fir-
mamentum contra motum primi mobilis, vt ex tunc dicere-

A tur fieri, quia factum est distinctum, et habuit motum distin-
ctum contra primum mobile. Quare si accipiatur firma-
mentum pro solo cœlo sydereo factum fuit tale firmamentũ
secunda die: quia ipsa die incepit habere motum sibi pro-
prium distinctum à primo mobili. Si vero accipiatur firma-
mentum pro cœlo sydereo & omnibus alijs inferioribus cœ-
lis, verificatur etiam quod dicitur, quòd moto cœlo sydereo
in contrarium, omnes cœli inferiores inceperunt etiam cir-
cũferri. Ea autem, quæ in principio ponebantur, nõ est dif- I.
ficile soluere: nam cum arguitur ex scriptura sacra q̃ cœ-
lum factum est in ipso primordio ante omnem diem, patet
q̃ cœlum factum in primordio fuit cœlum empyrium, quod
sic permansit vt est factum. Vel cœlum crystallinum, quod
non aliter est motum quàm à principio mouebatur. quod au- II.
tem dicebatur secundò de natura cœlesti q̃ non potest subij-
B ci alteri formæ, patet q̃ non dicitur factum firmamentũ per
transmutationem ad formam, sed per transmutationem ad
vbi, quia tunc secunda die incepit habere firmamentum mo-
tum ad vbi contrarium primo motui. Quod autem addeba- III.
tur tertio de multiplicitate firmamenti, quia potest accipi
firmamentum non solum pro cœlo sydereo sed etiam pro
interstitio aeris, quod non fuit factum secunda die, dictum
est, quòd expositio magis accipienda est eo modo quo, magis
concordat scripturæ sacræ, & hoc modo firmamentum est
cœlum sydereum, vel in se, vel vt icludit zonas planetarum.
Vel possumus dicere q̃ si acciperetur firmamẽtum pro in-
terstitio aeris, tunc prima die facta fuisset distinctio cœlo-
rum, cum dixit Deus, Fiat lux. & facta est lux: secunda au-
tem & tertia die fuisset facta distinctio elementorum, sed
de hoc aliquid supra tetigimus, & cum agetur de opere ter-
C tiæ diei dicemus aliquid. Quod autem dicebatur quarto q̃ IIII.
elementa fuerunt producta sub suis substantialibus formis,
ergo multo magis cœli: patet q̃ firmamentum siue cœlum
sydereum non fuit factum secunda die quantum ad substan-
tialem formam, quia hoc modo fuit productũ à primordio,
sed dicitur esse factum secunda die ratione distinctionis, q̃a
incepit habere distinctum motum à motu primi mobilis.

CAPVT XVIII.

Declarans, quomodo habent esse partes diuersimode in rebus, & quomodo cœli ab istis inferioribus sunt diuersimode animati.



D QVIA antiqui Philosophi
posuerunt in cœlo dextrũ
& sinistrũ, ideo in. 2. Cœ- Cap. 2.
li & mũdi ista materia dif-
fusius pertractatur, ubi Phi-
losophus manifestè asserit
in cœlo esse dextrum et si-
nistrum. Sed huic Physico
dicto quinq; videntur esse
contraria. primo, si cõparemus cœlum ad alia animata: se-
cundo, si consideremus dextrum & sinistrum. tertio, si con-
sideremus ipsum cor, respectu cuius sumitur dextrum et si-
nistrum: quarto, si cõsideremus vniuersaliter partes rei ani-
matæ habentes dextrum & sinistrum: quinto, si considere-
mus ipsas plantas, quibus non damus dextrum et sinistrum.
Primum sic patet: nam non ponimus dextrũ & sinistrum I.
nisi

A nisi in rebus animatis, si autem in alijs dicimus esse dextrũ
vel sinistrum, hoc non est in se, sed per comparationem ad
nos. quia quod est ad dextram nostram dicimus dextrum,
ad sinistram sinistrum: sed cœli sunt inanimati & insensi-
Lib. 2. ca. 6. biles, iuxta illud Damascem, Nullus autem animatos cœ-
los vel luminaria existimet, inanimati sunt enim & insen-
sibiles (& subdit) si dicat scriptura diuina, Lætentur cœ-
Psal. 95. li & exultet terra, eos qui in cœlis sunt angelos, & qui in
terra sunt homines ad lætitiam vocat. quare si solũ animata
habent dextrum & sinistrum, cœli vt comparantur ad ani-
II. mata, talia non habent, quia sunt inanimati. Sc̃do hoc idem
patet prout consideramus ipsum dextrum & sinistrũ in se:
nam in animali dextrũ semper manet dextrũ & sinistrũ,
sinistrũ: sed si in cœlo esset dextrũ oriẽs & sinistrũ occi-
3. Cœli. t. 15. dens, vt Philosophus ponit, quia pars cœli quæ est in orien-
B te, aliquando est in occidente, dextrum fieret sinistrum, &
III. econuerso. Tertio possumus hoc idem ostendere ex parte
ipsius cordis ex quo sumitur dextrum & sinistrum. nam ex
hoc dicitur vna pars dextra, alia sinistra, quia cor prius in-
fluit motum in partem dextram, quàm in partem sinistrã:
IIII. sed hoc non est ponere in cœlo, ergo &c. Quartò hoc patet,
si consideremus partes rei animatæ: quia quando vna pars
mouetur, alia quiescit, ideo dicitur cor prius influere motum
in vnam partem, quàm in aliam; sed si omnes partes moue-
rentur simul, non diceretur prius influi motus in vnam par-
tem quàm in aliã, ideo ex hoc non posset ibi accipi dextrũ
& sinistrum: sed cœlum cum sit corpus continuum totum
V. mouetur simul, ergo &c. Quinto hoc patet, si comparemus
cœlum ad ipsas plantas: nam magis videntur plantæ ani-
matæ quàm cœli, cum anima sit forma substantialis plan-
C tarum, & intelligentia non sit forma substantialis cœli. sed
in plantis non ponimus dextrum & sinistrum, vt patet per
2. Cœli. t. 12 Philosophum in de Cœlo & mundo, ergo nec ponimus ista
& in libro de in cœlo. His itaq; prælibatis ad declarandam veritatem hu-
Commen. ani ius quæsiti volumus distinguere in hoc Capitulo de Parti-
malium gres- bus rerum: postea volumus ostendere in sequenti Capitulo,
su. quomodo dextrum & sinistrum sunt in cœlo. Sciendum er-
go ꝙ partes aliquãdo sumuntur formaliter et nõ materiali-
ter, vel sumuntur per comparationem ad totum & non se-
cundum se, vt si nauis ligata ad palum fixum in terra, es-
set in flumine, diceretur illa nauis (quãdiu esset sic ligata)
esse in eadem parte fluminis, sed non esset in eadem parte
fluminis materialiter & secundum se, quia semper alia &
alia aqua esset subter ipsam, sed esset in eadem parte flu-
minis formaliter & per comparationẽ ad totum, quia sem-
D per haberet eundem ordinem ad totum flumen, & quilibet
diceret eam esse in eadem parte fluminis. Sic etiam, si aliqs
quiesceret in aliqua parte aeris, & veniret ventus, et totum
illum aerem expelleret, sic quiescens non esset in eadẽ par-
te vniuersi materialiter, quia haberet alium aerem circa se
quàm prius, sed esset in eadem parte vniuersi formaliter, q̃a
quãdiu quiesceret semper haberet eundem ordinem ad vni-
uersum. Secundo possumus distinguere de partibus non so-
lum ratione materiæ & formæ, sed etiam ratione figuræ:
quia aliquando aliter figurata est vna pars quàm alia, ali-
quando verò non. Sicut sursum in homine quod est caput,
aliter figuratum est, quàm deorsum vbi sunt pedes, attamen
pars dextra non est aliter figurata quàm sinistra, nam ma-
nus dextra ita est formata sicut sinistra: potest enim esse
grossior magis dextra quàm sinistra. sed eodem modo est li-

A neata & figurata. Tertio modo potest accipi dextra par-
tium penes potentiam & virtutem, prout pars dextra est
potentior & virtuosior quàm sinistra. Hæ autem differen-
tiæ aliquando concurrunt omnes ad diuersitatem partium,
aliquando concurrunt non omnes sed aliquæ: sicut caput
differt à pedibus etiam materialiter, quia nunquam pedes
erunt caput nec econuerso: sed pars cœli quæ est in orien-
te aliquando est in occidente, & econuerso: sic etiam ca-
put differt à pedibus figura & virtute, quia est aliter figu-
ratum caput quàm pedes. & sunt aliquæ virtutes in capite
quæ non sunt in pedibus: sed in dextro & sinistro nõ sunt
omnes illæ differentiæ, quia (vt diximus) non est aliter
lineata & figurata manus dextra, quam sinistra. Viso de
diuersitatibus partium, volumus ostendere quomodo cœli ab
istis inferioribus sunt diuersimode animati. Ad quod osten-
B dendum assumemus hanc propositionem, ꝙ cœli aliquo mo-
do sunt animati, & aliquo modo inanimati: & ideo secun-
dum alium & alium intellectum, verum dicunt dicentes eos 2. de Cœlo. t.
animatos vt dicit Philosophus. & dicentes eos inanimatos, 3. ait, Est aũt
vt dicit Damascenus Differt quidem animatio cœlorum ab cœlum aĩa tũ
animatione animalium & plantarum: quia in animalibus & habet mo-
& plantis fit vnum secundum esse ex anima & corpore, vt tus principiũ,
ex his verificetur illud dictum Philosophi in. 2. de Anima, &. 12. Met. t.
ꝙ viuere viuentibus est esse: sed ex anima cœli & cœlo 27. Dicemus
non fit vnum secundum esse, sed secũdum operationem siue aũt, inquit, ip-
secundum motũ, quia illo eodem motu quo intelligentia mo- sum deum ani
uet, mouetur cœlum; ideo dicit Commentator in. 8. Met. ꝙ mal perpetuũ
cœli sunt animati et viuunt, non ꝙ sint animati per animã, optimum esse
vel ꝙ viuant per vitam, sed sunt animati & viui per se. cœ- Tex. 37.
lum enim non est animatum per animam formaliter, nec vi- Com. 12.
C uit per animam formaliter, sed formaliter est animatum p
se, & viuit per se. Propter quod sciendum, ꝙ nos distingui-
mus animatum à non animato sensu et motu: nam quæ sen-
tiunt dicimus animata, & quæ mouentur ex se, siue mouea-
tur motu nutritionis, siue augumenti, sicut mouẽtur plantæ,
quæ nutriuntur & augumentantur ex se; siue moueantur
motu locali, sicut mouentur animalia oĩa, talia dicimus ani-
mata: igitur motus & sensus quibus distinguimus animata Plato in So-
à non animatis, et viuẽtia à nõ viuentibus, possunt dici quæ- phista ait, re-
dam opera vitæ. Hoc ergo modo viuit cœlũ, non quia sen- ra motum es-
tiat, sed quia mouetur: nam intelligentia influit motum cœ- se vitã. Et Arist.
lo, qui est quoddam opus vitæ, & ex inde dicitur cœlũ vi- in. 8. Phy. t. 1.
uere. Sed dices, ꝙ si Intelligentia moueret lapidem influe- asserit, motũ
ret motum lapidi, non tamen propter hoc diceretur lapis vi- oĩbus quæ na-
uere. Sciendum ergo ꝙ multipliciter se habet Intelligentia tura constant
D ad ipsum cœlum, sicut anima ad suum propriũ corpus: nam esse vitã quan-
sicut anima non potest immediate mouere nisi suum pro- dam.
prium corpus, sic secundum hunc ordinem quem Deus indi-
dit, intelligentia non posset alium orbem mouere. Rursum
sicut corpus animatum non potest immediate moueri ab a-
lia anima nisi à propria: sic secũdum istum ordinem quem
videmus, nullum cœlum potest immediate ab alia Intelligen-
tia moueri, quàm à propria. Amplius sicut anima mediante
proprio corpore põt mouere aliud corpus siue aĩatũ siue in-
animatum: sic intelligentia mediante proprio cœlo potest
mouere alios cœlos, & hæc inferiora. Ex his omnibus po-
test concludi ꝙ intelligentia est motor appropriatus proprij
cœli, sicut anima est motor appropriatus proprij corporis:
& quia motus qui est a motore appropriato, põt dici quod-
dam opus vitæ, motus igitur cœli erit quoddam opus vitæ.

Quare si Intelligentia moueret lapidem, non diceretur ex hoc lapis viuere, quia intelligentia nõ esset eius motor appropriatus: sed cœlum ex motu intelligentiæ dicitur viuere, quia est eius motor appropriatus. Ex his autem patere possunt verba Commentatoris, ꝙ cœlum (loquendo formaliter) non viuit, nec est animatum per animam, sed viuit et est animatum per se. nam tota causa quare cœlum dicitur viuere, est motus sibi influxus ab Intelligentia, qui est quodam opus vitæ. sic etiam tota causa quare cœlũ dicitur animatum, est motus, secundum quem fit vnum ex Intelligẽtia & Cœlo. ideo sicut aliquod corpus dicitur animatum, quia fit vnum ex anima & illo corpore: saparata quidem anima à corpore, illud corpus non vlterius dicetur animatum. Sic cœlum est animatum, quia fit vnum ex Intelligentia et ipso, sed non fit vnum secundum esse, sed secundum operationem, siue secundum motum, vt supra tetigimus. Causa ergo & ratio animationis cœli, est motus sibi influxus ab Intelligentia: qui motus formaliter est in cœlo secundum se, est autem ab anima effectiue: sed nihil de illo motu nec per se nec per accidens est in anima cœli, quia motores cœlorum mouent immobiliter, ideo cœlum dicitur esse animatum & viuere secundũ se, quia motus ille in cœlo est formaliter secundum se. Declarata sunt ergo quæ in Titulo capituli dicebantur, videlicet, ꝙ dextrum & sinistrum diuersimode sunt in rebus, quia in aliquibus differunt materialiter et secundum virtutem: sed si in cœlo sunt hæc, differunt formaliter, & secundum virtutem, sed non materialiter. Declaratum est etiam cœlos ab his inferioribus esse diuersimode animatos. Obiecta autem in principio capituli posita, in sequenti capitulo dissoluentur.

8. Met. cõ. 12

12 Met. tex. 43, colligitur omnes hasce subst. viribus ĩ finitis eẽ praeditas, cũ nullũ discrimen ponat inter subst. quarũ multitudo cõcludit, et primã. Nisi dicamus eas oẽs cõuenire, quòd moui eo, quo suã quęq; sphęram mouet, ex accidẽti nõ mouentur: & si forte inter se differant, ꝙ pria nullo mõ, cæteræ motu, qui fit à pria, ex accidẽti mouentur, vt innuit Arist. 8. Phy. t. 52.

CAPVT XIX.

Quòd in oriente est primus motor, & ꝙ in illa parte est dextrum cœli, & in opposita est sinistrum.



VONIAM de diuersitate partium rerũ, et de diuersitate dextri et sinistri ĩ rebus locuti sumus, ꝑpter dextrum et sinistrũ in cœlo: et quia ꝑpter hoc idem loquuti sumus de aĩatione cœlorũ. ideo volumus declarare vbi habet eẽ anima cœli, & specialiter anima primi mobilis, vt ex hoc ostendamus in qua parte cœli est dextrum & sinistrum. Aduertendum ergo ꝙ quia aliter animati sunt cœli, & animalia, & plantæ, ideo aliter habet esse anima cœli in cœlo, & in animalibus, & plantis. Nam cum ex anima animalium, et plantarum, & ex earũ corporibus fiat vnum secundũ esse, quod fieri non potest sine præsentia essentiæ animæ, consequens est ꝙ anima per essentiam in istis inferioribus sit in toto corpore & in qualibet parte corporis, siue hoc sit per extensionem vt in animalibus & plantis, siue per totalitatem vt in homine. Nam in animalibus & plantis, vbi anima educta est de potentia corporis, educta est tota de toto et pars de parte; ita ꝙ est tota in toto & pars in parte, & est extensa extensione corporis. Anima autem rationalis quia

A non sic educitur, & non est situaliter in corpore, non habet partem & partem, & non extenditur extensione corporis, sed est tota in toto, & tota in qualibet parte. Sed qualitercunq; in istis inferioribus habeat esse anima, siue solũ secundum totalitatem, siue secundum extensionem, hoc est cõmune omni animato hic inferius, ꝙ in qualibet parte habeat esse anima. Nam cum in istis inferioribus quælibet pars animata viuat, & illud viuere sit esse, & animatum nõ possit dare esse nisi per essentiam, oportet in qualibet parte rei animatæ esse animam per essentiam, siue sit hoc per extẽsionem, siue per totalitatem. Verùm quia ex anima cœli & cœlo non fit vnum secundum esse sed secundum motum, quia cœlum est corpus continuum, & mota vna parte mouetur totum, non oportet animam cœli esse in qualibet parte cœli, sed sufficit eam esse in vna parte vbi primo influat B motum, qua mota mouebuntur cæteræ partes, & totum cœlum. Amplius non solum animam cœli non oportet esse in qualibet parte cœli cum moueat totum cœlum, sed etiam impossibile est eam esse in qualibet parte cœli. Nam licet Intelligentiæ non circũscribantur loco, quia non sunt situaliter & circũscriptiuè in loco, quia sunt insignabiles et non commensurant se loco, tamen sunt in loco diffinitiuè, idest, finitiuè: nam hoc est rem diffinire, eam finire, partes enim diffinitionis sunt quidam fines & quidam termini includentes naturam rei, vt extra illos fines & illos terminos nihil inueniatur de ea: ideo Philosophus diffinitionem multotiẽs vocat terminum, & aliqui diffinitionem vocant finitionem. 1. Post. cap. 3. et 1 Top. ca. 4 Angelus itaq; (vt communiter ponitur) est in loco diffinitiuè, idest, finitiuè, quia finitur suum esse vbi est, et quia nõ est vbiq; & cum est in cœlo non est in terra. Hoc est ergo C quod Damascenus ait, ꝙ angeli nõ sunt in locis corporaliter quasi formam figuramq; recipiantes: in loco tamẽ dicuntur esse propterea ꝙ adsunt intelligibiliter et operantur secundum suam naturam: & non dicuntur esse nusquàm, sed alicubi intelligibiliter circumscribi vbi & operantur (& lib. 1. cap. 17. subdit) non enim potest secundũ idem diuersis in locis operari. Ergo cum mittuntur ad nos, & cum sunt circa terrã, desinunt esse in cœlo, vt non possint esse simul in cœlo & in terra: & si non possunt angeli propter suam finitam potentiam esse in cœlo & in terra, sequitur ꝙ multo magis non potest vnus & idem angelus esse simul in orientali parte cœli & in occidentali, cum plus distet oriens ab occidente quàm cœlum à terra, quia cum terra sit in medio cœli, non distabit cœlum à terra nisi per medietatem diametri: sed oriens distat ab occidente secũdum duplum, quia secundum D diametrum totum. Viso quòd angelus non potest mouere totum cœlum existens per essentiam in toto cœlo, sed existens in vna parte cœli, propter continuitatem cœlestis corporis, potest mouere totum cœlum: videndum est in qua parte cœli habet esse motor eius, & specialiter primus motor. Philosophus quidem circa finem octaui Physicorũ inuestigans hanc quæstionem vbi habeat esse primus motor, Tex. c. 84. dicit ꝙ est propinquius primo mobili moueri velocius: quod est consonum rei, quia sicut quod est propinquius igni calefacienti (cæteris paribus) magis calefit, sic quod est propinquius primo mouenti, magis & velocius moueri debet. Ex hac autẽ propositione patere potest, in quo cœlo est primus motor, & in qua parte illius cœli: nam est in illo cœlo quod velocius mouetur, & est in illa parte cœli quæ velocius mouetur. Sed primum mobile (quod Philosophi vocauerunt

caucrunt

cauerunt vltimum cælum, quia non posuerunt aliquod cæ-
lum immobile; nec potuerũt aliquid ferre naturaliter de cæ
lo empyrio per certitudinem: nos autem vltimum mobile di
cemus esse cælum crystallinum, siue cælũ aqueum, quod est
immediate sub cælo empyrio, quod est immobile.) Illud au
tem cælum habet motum velocissimum: quod patet tam ex
quantitate corporis, quàm ex spacio temporis. Ex quantita-
te quidem corporis, quia cõtinet omnes alios cælos mobiles,
& per consequens est maius omnibus alijs. Ex spacio ve-
ro temporis, quia cum sit tantum corpus infra diem & no-
ctem complet totam cursum suũ, & vocatur motus eius mo
tus diornus, quod nulli alij cælo concessum est sic velociter
moueri, & ita modico spacio temporis complere suum cur-
sum. In illo itaq; cælo sic velociter moto, est primus motor.
Distinguit tamen Philosophus circa finem octaui Physico-
rum duo principia, centrum. s. & circũferentiam, dicens ꝙ
si alicubi est primus motor, vel est in centro, vel in circũfe-
rentia: sed centrum est principium in quo quies, circũferẽ
tia est principium in quo est motus, & quia motus resolget
in circũferentia, concludit Philosophus motorem primũ esse
in circũferentia Habito motorem primum esse in circũferẽ
tia primi mobilis, videndum est in qua parte est illius mobi
lis. Sunt autem sex puncta notabilia in primo mobili, videli
cet, polus arcticus, polus antarcticus, oriens, occidens, meri-
dies, & punctus oppositus meridiei. Sed in centro polorom,
nec in partibus propinquis poli, debet poni primus motor,
cum poli sint immobiles, & partes propinquæ poli tardius
moueantur. Sed quatuor puncta sumpta in æquè distantia
amborum polorum, videlicet, oriens, occidens, meridies, &
punctus ei oppositus, sunt puncta notabilia, et sunt illa quæ
velocissimè mouentur: sed sicut motus magis apparet in illa
parte quæ velocius mouetur, sic magis apparet in illa parte
vnde incipit motus: & quia motus primi cæli est ab oriente
in occidens, & rediens ad oriens: in oriente, quæ est pars ve
lociter mota, & vnde incipit motus, magis resulget ipse mo
tus, & quia vbi hoc est debet poni primus motus, secundum
Philosophum & secundum rationem in oriente primi mobi
lis, est primus motor: & quia dextrum in aliquo, est vnde
habet esse motus, & sinistrum est oppositum eius, dextrom
primi mobilis est in oriente, & sinistrum in occidente. Ad-
uertendum tamen quòd dextrom, & sinistrum, et meridia-
num cæli, & oppositum eius, non accipiuntur materialiter
sed formaliter: nam eo modo debent accipi dextrum et si-
nistrum in aliquo, quo sunt distincta in illo: nam materia-
liter quælibet pars æquè distans à polis, modo est in orien-
te, modo in meridie, modò in occidente: ita ꝙ esset confusio
partium, si hæc acciperentur materialiter: sed oriens et oc-
cidens formaliter semp manẽt distincta Imaginabimur q-
dem quasi simile esse de partibus cæli, & de partibus flu-
uij: nam in fluuio est dare primum vbi oritur fluuius, &
est dare finem vbi intrat mare, vel vbi intrat aliud fluuiũ,
vbi perdit nomen proprium, & est dare medium inter hoc
& illud: nunquam autem initiũ fluuij erit finis fluuij nec
medium fluuij, sed aqua quæ nũc est in initio, posteà est in
medio, & vltimò in fine: semper enim manet forma eadẽ
fluuij secundum initium, mediũ & finem, sed aqua quæ est
materia fluuij nõ semper est eadem hic & ibi: partes itaq;
fluuij secundum initium, medium, & finem, semper manẽt
distinctæ formaliter, sed non materialiter. Eodem etiã mo-
do dicemus de cælo, quòd semper secundum se totum manet

A in eodem Vbi secundum substantiam, & habet eandem for
mam rotundam, & semper est oriens vbi oriuntur lumina-
ria cæli, & semper est occidens vbi occidunt, & semper est
meridies in medio horum, in quo medio ponimus circulum
meridianum, quia semper est meridies habentibus talẽ me-
ridianum, cum Sol attingit huiusmodi circulum. formaliter
ergo erunt semper hæ partes distinctæ, quia nunquã oriens
fit meridies neq; occidens formaliter: sed partes cæli, quæ
sunt materia huius figuræ rotundæ vbi describimus circulũ
cuius vna pars est in oriente & alia in occidente, & circu
lum meridianum cuius vna pars est in nostro hemisphærio
superiori, & alia pars in inferiori, possunt (dico) dictæ par
tes nunc esse in oriente, nunc in circulo meridiano, nunc in
occidente. mouebuntur quidem partes cæli manentibus illis
duobus circulis imaginatis, immobiliter se intersecantibus
B orthogonaliter: quorum vnus secundum vnam partem facit
oriens, secundũ partem oppositam occidens: alter vero cir-
culus qui dicitur meridianus secundum vnam partem facit
meridiem, secũdum aliam constituit angulum oppositũ me-
ridiei mediæ noctis. Dicitur autem circulus ille meridia-
nus, non ꝙ semper faciat meridiẽ, sed quia habitantibus sub
illo circulo quando Sol attingit illum circulum, semper est
meridies. Opposita autem in præcedenti capitulo non est I.
difficile soluere, nam cum dicitur ꝙ cæli non sunt anima-
ti, patet quòd non sunt animati prout anima comparatur ad
corpus dans ei esse, sed sunt animati prout anima compara
tur ad corpus dans ei motũ: quia Intelligentia (vt ꝑ multa si-
milia probauimus) est motor appropriatus sui cæli, sicut
anima corporis sui. Quod vero addebatur secundo quòd si II.
oriens esset dextrum & occidens sinistrũ, oriens fieret oc-
C cidens & econuerso, patet quòd oriens fit occidens materia-
liter, prout pars cæli quæ est in oriente, est postea in occi-
dente: sed formaliter oriens, meridies, & occidens semper
sunt distincta. Quod vero addebatur tertio quòd dextrũ & III.
sinistrum non accipiantur in rebus animatis, nisi prout cor
vel aliquid aliud loco cordis prius influit in dextrom, ꝙ in
sinistram: sed cor vel aliquid aliud membrũ simile cordi nõ
est dare in cælo. Ad quod dici potest quòd in rebus anima-
tis illud dicitur dextrum prout ab aliquo pricipio prius ibi
influitur motus, sed siue illud principiũ sit cor, vel aliquid
simile cordi, vel ipsa anima, vel ipse motor appropriatus im
mediate non refert: nam dextrum & sinistrum sufficit ꝙ
differant per potentiam & virtutem, & per influentiam
motus, vt illud dicatur dextrũ vbi à principio aliquo prius
influitur motus, hoc autem est oriens, vt per habita est ma-
nifestum. Quod autem addebatur quarto ex ipsis partibus, IIII.
D quòd quando vna pars mouetur, alia quiescit, vt prius mo-
uetur pes dexter quiescente sinistro: sed in cælo omnes par
tes mouentur pariter, vt non sit ibi dare hanc partẽ esse mo
tam prius, & illam posterius. Ad quod dicimus ꝙ in parti-
bus cæli quantum ad motum non est dare prius et posterius,
secundum tempus, quia omnes partes mouentur simul, et mo
ta vna parte mouentur omnes: est tamen ibi dare prius &
posterius causalitate, & secundum receptionem influentiæ
motus. Vt si quis teneret lanceam in manu, & hoc mõ mo-
ueret totam lanceam, omnes partes lanceæ essent simul mo- Exemplum.
tæ tempore, sed non causalitate, nec secundum receptionem
influentiæ motus, quia illa pars quæ adhæret manui, primò
reciperet influentiam motus, & mediante illa mouerentur
omnes aliæ partes, & motus illius partis esset causa motus

nis omnium aliarum partium: sic & in proposito, oriens primi mobilis vbi ponitur esse primus motor appropriatus, primò recipit influentiam motus, & eo moto mouetur totũ cœlum, ita quòd motio partis quæ est in oriente (quæcunq; sit illa) est causa motionis omnium aliarum partium, quia oriens primo recipit influentiam motus, & dicitur dextrum cœlum esse in oriente. Et si dicatur, ꝙ nunc vna pars cœli est in oriente, nunc alia. Dicemus ꝙ accidit orienti ista variatio partium, quia non accipitur oriens respectu partium cœli quæ mutant locum etiam secundum substantiã, sed respectu totius cœli quod semper est in eodem loco secundum substantiam, licet non semper sit in eodem loco secundũ dispositionem: ideo oriens semper est in eodem loco, sicut si nauis in medio fluuij semp quiesceret, semper esset in eodẽ loco respectu totius fluuij, quia totus fluuius non mutat locum, sed partes fluuij semper essent aliæ & aliæ, quia semper nauis illa haberet aliam & aliam aquam sub se. simpliciter autem & absolute loquendo, nauis sic se habens, esset in eodem loco, secundum quid autem & materialiter mutaret locũ.

V. *Quod vero addebatur quanto ꝙ plantæ sunt magis animatæ quàm cœli, & tamen in eis non ponimus dextrum & sinistrum. Dixerunt aliqui ꝙ immo, asserentes ꝙ si qs diligenter consideraret folia arboris, videret quòd longe aliter sũt formata folia à parte dextra, quàm à parte sinistra. Sed istud est contra sensum, quia non videmus sic esse: &* Tex. 12. *est contra Philosophum, qui in. 2. Cœli & mundi, negat in plantis esse dextrum & sinistrum: & contra rationem dextri & sinistri, quia dextrum & sinistrum non differunt secundum lineamenta, sed secundum potentiam & virtu-* Solutio ꝑpria. *tem. Propter quod dicere possumus quòd plantæ (quantum ad propositum spectat, & prout in rebus quærimus dextrũ & sinistrum) sunt minus animatæ quàm cœli; nam dextrum & sinistrum non quærimus propter motum alterationis, vel propter motum augmenti, sed propter motum localem, vt in rebus animatis, vel in quibusdam rebus motis à motore proprio, vbi prius recipitur influentia motus localis, ibi ponimus dextrum: & quia cœlum recipit influentiã motus localis a sua aĩa vel à suo motore appropriato (quam influentiam localis motus non recipiunt plantæ ab anima sua, quia non mouentur localiter) manifestè concluditur, ꝙ (prout quærimus dextrũ & sinistrum in rebus) plus sunt animati cœli, quàm plantæ.*

CAPVT XX.

Declarans, quomodo in primo mobili sunt sursum & deorsum, ante & retro.

Tex. 11.



[A]ISI sunt Pythagorici loqui de dextro & sinistro cœli: sed miratur Philosophus in. 2. Cœli & mundi, vbi hanc materiã pertractat, cum sursum et deorsum sint priora quàm dextrũ & sinistrum, & ante & retro sint differentiæ positionũ corporis, sicut dextrum et sinistrum, quare Pythagorici loquuti sunt de dextro et sinistro cœli, nihil tractãtes de positionibus alijs. Ideo in hoc capitulo volumus declarare, quomodo aliæ positiones, vel differen- A *tiæ positionum aliæ à dextro & sinistro, sint in cœlo, siue in primo mobili: & quomodo omnes differentiæ positionũ sint in alijs cœlis inferioribus. In animalibus quidem, & specialiter in homine, vbi ista manifestius apparent, sursum & deorsum dicunt longitudinem, dextrum & sinistrum latitudinem, ante & retro profunditatem siue grossitiem. Est quidem longitudo hominis, à sursum vsq; ad deorsum, siue à capite vsq; ad pedes: latitudo, à dextro vsq; ad sinistrum: profunditas siue grossities, ab ante vsq; retro. Hæc aũt tria, longitudo, latitudo, & profunditas, possunt considerari vel secundum se, vt sunt quantitates quedã, sicut considerat eas Mathematicus; vel vt comparantur ad motum localem, secundum quem modum in animalibus & potissimè in homine accipitur dextrum & sinistrum, & possunt accip positiones aliæ. Si ergo dictæ positiones considerantur secun-* B *dum se, prius est longitudo, postea est latitudo, vltimò profunditas. Imaginabimur quidem ꝙ punctus est principium quantitatis, qui motus facit lineam quæ habet longitudinẽ, linea quidem mota describit superficiem quæ cum longitudine habet latitudinem, superficies vero mota facit corpus quod cum longitudine & latitudine habet profunditatem: linea ergo est prior superficie, et longitudo prior latitudine, & superficies prior est corpore, & per consequens latitudo profunditate prior est. Hæ itaq; dimensiones incipiunt a longo, vadunt in latum, & terminãtur in profundum: quia in animalibus, & specialiter in homine, longum sumitur ab eo quod est sursum, latum ab eo quod est dextrum, profundum ab eo quod est ante, ita quòd secũdum sursum, dextrũ, & ante, & his opposita, sumuntur omnes hæ dimensiones. Immo hæ dimensiones non solum secundum se habent hunc* C *ordinem, sed etiam vt comparantur ad motum localem, & specialiter vt habet esse in homine, quia motus localis in homine incipit a sursum, vadit in dextrum, & terminatur in ante, vt patet per Philosophum, et Commentatorem in. 2. de Cœlo.* Tex. cõ. 12. *Hoc est ergo quod Commentator ait, exponens Philosophum in. 2. de Cœlo, ꝙ superius est principium motus, dextrum est exitus motus vel est vnde incipit exire motus & vbi manifestatur motus, ante est finis motus: & Philosophus ibidem hæc eadem dicit. Hæc autem sic declarantur: quia motus incipit a corde qđ est sursum, recipitur in parte dextra vnde sumitur latitudo, & terminatur in ante vnde sumitur profunditas. Dicitur quidem cor esse sursum, qa est in illa parte quæ est sursum, vt sit propinquius capiti ꝗ pedibus: vel dicitur esse sursum, quia est principalius membrum omnibus alijs: est enim illud quod primo viuit, & vltimo moritur, & à quo procedit vita, iuxta illud Prouerbio-* D *rum, Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit.* Cap. 4. c *Cor ergo dicitur esse sursum, quia intentio fuit naturæ facere ipsum sursum, & fecit ipsum sursum. sed quòd nõ fecerit ipsum omnino sursum, hoc fuit propter salutem et custodiam cordis, quia non posset sic saluari & custodiri, si esset omnino sursum, sicut saluatur et custoditur in loco in quo est. Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus, quòd motus localis in homine est ex influentia cordis; & qa ista influentia recipitur in parte dextra, ideo motus dicitur incipere a corde, & manifestari in parte dextra, vbi primo incipit influentia cordis: sed dicitur terminari in ante, qa cùm homo mouetur naturaliter, primò mouet pedẽ dextrũ, qui deserens locum retrò, terminat motum suum in ante: ergo iste motus a corde incipit, à dextro manifestatur et exit,*

Arist. in libro de Communi animaliũ gressu, a princ.

in ante

A in ante terminatur & finitur. sic est ergo de motu hominis qui mouet se, quia per cor primo mouetur pes dexter et mouetur ante, quia homo secundum suum naturalem motũ non vadit retrorsum, sed antrorsum. etiam cum mouet alia naturaliter, primò applicat ibi manum dextram, & mouet ante se prius, quàm post se, ita quòd & iste motus incipit à corde, exit sic in dextrum, & terminatur in ante: ergo principium motus est à sursum, exitus est in latum, finis & terminatio est in ante. Itaq; si ista volumus adaptare ad primum mobile, dicemus quòd dextrum & sinistrum sunt oriens & occidens, sursum & deorsum sunt poli. ante et retro sunt meridies & eius oppositum. Oportet quidem in motu cœli antequam ponamus dextrum & sinistrum, ponere polos, vbi possumus dicere esse principium motus, quia ibi est fundamentum motus: sicut enim fundamenta se habent vt principium domus, ita poli possunt dici principium B cœlestis motus: nam non potest moueri sphæra circulariter, nisi moueatur super aliquibus polis qui sunt immobiles. **Cap. 21.** Nam (vt vult Augustinus. 8. super Genesim) omnis motus innititur alicui stabili, vt si mouetur digitus innititur palmæ, si palma cubito, si cubitus humero: si mouetur vnus pes innititur alij pedi quiescenti & stanti: si mouetur totus homo, vt in saltu, firmat se super terram stabilem, vt saltum perficere possit. Eodem etiam modo si mouebitur sphæra, fundabitur ille motus super polis stabilibus: semper enim quando mouetur sphæra motu proprio, habet polos stabiles: & inde est quòd primum mobile quod non mouetur, nisi motu proprio, poli eius semper sunt stabiles, super quibus fundatur motus eius: & quia illi poli sunt fundamentum motus, & motus incipit à sursum, oportet alterum polorum esse sursum, & polum oppositum esse C deorsum: ergo sicut secundum oriens & occidens accipitur in cœlo dextrum & sinistrum, sic secundum polos accipitur sursum & deorsum: secundum autem circulũ meridianum & eius oppositum accipietur ante & retro. nam sicut homo per dextrã partem mouetur ante se, sic quia cœlum per oriens quod se habet vt dextrum vadit in meridiẽ, meridies se habet sicut ante. Sed quæres, quis polorum sit sursum? Sed ex quo habemus quid est dextrum in cœlo, quia oriens, & per consequens, sinistrum occidens: & quid est ante, quia meridies siue circulus meridianus in nostro hemisphærio: de leui patere potest, quis polorum sit sursum? Nam si esset vnus homo qui haberet dextram in oriente, & faciem quæ est anterior pars in homine haberet versus meridiem, de necessitate haberet caput versus polum antarcticum: & si dextra est in oriente, sinistra erit D in occidente: & si caput est in polo antarctico, pedes erũt in polo arctico: & si facies que est pars anterior est versus circulum meridianum in nostro hemisphærio, occiput et dorsum quæ sunt posterius erunt versus oppositum nostri hemisphærij, vel versus oppositum meridiani circuli. Per hunc hominem sic se habentem, quem Philosophus descri- **Tex, 15.** bit in. 2. Cœli & mundi, possent apparere omnes differentiæ cœli. Cum ergo quæritur, quis polorum est sursum? dicemus quòd secundum nos sursum est polus arcticus quem videmus, & polus antarcticus deorsum, iuxta illud Poetæ,

Virgil. in. 1. Georg.

> Hic vertex nobis semper sublimis, at illum
> Sub pedibus stix atra videt manesq; profundi.

Videlicet, polus arcticus, qui notatur per verticem, semper est sublimis nobis: at illum, scilicet, polum antarcticum sub A pedibus stix atra, idest, infernus tenet. Sic est ergo quo ad nos, sed respectu cœli, & respectu motus eius, est econuerso: quia si imaginabimur hominem mouentem cœlum, habentem dextram ad oriens, sinistram ad occidens, faciem versus nostrum hemisphærium, occiput & dorsum versus oppositum, ille habebit suum superius & suum caput versus polum antarcticum, & ille erit polus superius: & pedes versus arcticum, & ille erit inferior. Ad clariorem autem intelligentiam prædictorum dicemus quòd motus cœli est propter habitantes in terra, & maxime propter homines: quod secundum Theologos & secundum veritatem simpliciter est verum, quia quando completus erit numerus electorum cessabit motus cœli. **Apoc. 6. c.** Secundum Philosophos vero cœlum propter hoc mouetur, vt assimiletur primo enti: **2. cœli. t. 66.** quod sit, prout mouetur, & prout causat generationem & B corruptionem in istis inferioribus. Nam cum prima causa sit causa omnium, cœlum per motum assimilatur sibi, quia per motum suam causalitatem exercet in istis inferioribus. Ideo etiam secundũ Philosophos verificari poterit quod dictum est, quòd scilicet motus cœli est propter habitantes terram, & specialiter propter homines. Nam in istis inferioribus elementata sunt perfectiora elemẽtis, & inter elementata est perfectior homo: & si motus cœli est propter hæc inferiora, vel propter causalitatem quam habet in istis inferioribus, potissimè erit propter perfectiora in his inferioribus: huiusmodi autem sunt habitatores terræ, & specialiter homines. His itaque prælibatis, dicamus, quòd poli sunt in cœlo secundum se. oriens & occidens, ante & retro, sumentur in cœlo secundum terram habitabilem. Vt si quis esset in medio terræ habitabilis, vbi pri- C mò orirentur sibi stellæ, esset oriens. vbi occiderent, esset occidens: circulus autem, qui esset in medio æquè distans ab oriente & occidente, esset circulus meridianus, quia qñ Sol perueniret ad illum circulum, esset homini sic existenti in terra habitabili meridies. Itaq; sicut hominis motus incipit à dextro, & vadit ante, non retro: sic motus cœli, vtputa alicuius stellæ secundum motum primi mobilis incipit ab oriente, & vadit versus meridiem, non retro, versus eius oppositum: ex quo sequitur ꝙ oriens est dextra pars cœli, et occidens sinistra. circulus meridianus erit pars anterior cœli, et quasi facies eius: oppositum, erit pars posterior, et quasi occiput et dorsum cœli. et polus antarcticus, erit pars supior cœli et quasi caput: et arcticus, pars inferior, et quasi pedes.

CAPVT XXI.

D *Quomodo differentiæ positionis iam habitæ sunt in alijs cœlis inferioribus, & quomodo se habent ad habitatores terræ.*



VM IN primo mobili sint omnes differentiæ positionis, sursum & deorsum, dextrum et sinistrũ, ante & retro: videndum est, quomodo omnes istæ differẽtiæ sunt in alijs cœlis inferioribus. Philosophus aũt. 2. Cœli et mũdi **Tex. 16.** vult ꝙ econtrario sit sursum & deorsum in primo mobili, & in alijs cœlis inferioribus, vbi (vt ait) sunt stellæ er-

ratica, idest, planetæ, forte quòd tempore Aristotelis nondum erat deprehensum, quòd octaua sphæra siue cœlum sydereũ moueretur diuersis motibus, & ideo forte credidit ꝙ proprius motus octauæ sphæræ esset ab oriente in occidens, & solæ sphæræ planetarum mouerentur econtra, ab occidente. s. in oriens sed postea deprehẽsum est octauam sphæram siue cœlum sydereũ moueri diuersis motibus, propter quod necessario cogimur ponere aliam sphæram superiorem, quæ est vltimum mobile, cuius proprius motus est ab oriente in occidens: sphæræ autem octauæ, & omniũ sphærarum planetarum, motus proprius est econtrario. Sed quicquid sit de hoc, quantum ad quærere dextrum et sinistrum non refert: sufficit enim scire ꝙ primum mobile, quodcũque sit illud, siue sit nona sphæra, siue octaua, mouetur ab oriente in occidens: cæteri autem orbes, quicunque sint illi, mouentur econtra. Cum ergo differentias positionum in cœlo ponamus propter motum, si orbes inferiores habent motũ contrarium motui primi mobilis, dextrum et sinistrum, sursum & deorsum ponemus modo contrario in orbibus inferiori-

2. Cœli, t, 16. bus, & in primo mobili, secundum quòd Philosophus dicit: sed non oportet ꝙ ponamus modo contrario ante & retro. Ad cuius euidentiam sciendum, ꝙ intelligibilia patefiunt no-

1. Post, ca, 14. bis per sensibilia, quia nostra cognitio incipit à sensu: quia ergo motor cœli est in illa parte vnde mouet cœlum, inde est quòd quia primum mobile mouetur ab oriente in occidens, motor primus erit in parte orientali, & ibi erit dextrũ primi mobilis, & sinistrũ in occidente: sed quia alij orbes inferiores mouentur ecõtra. s. ab occidente in oriens, consequẽs est ꝙ dextrum inferiorum orbium sit in occidente, & sinistrum in oriente. Sicut ergo in primo mobili præcedens capitulum reducebat hoc ad sensibilia, imaginando vnum hominem habentem dextram in oriente, sinistram in occidente, & faciem versus hemisphæriũ nostrum: sic in orbibus inferioribus imaginabimur hominem habentem dextram in occidente, sinistram in oriente, & faciem versus hemisphærium nostrum, siue versus meridianum. quæ ideo necessariũ est ponere, quia si primi mobilis motus incipit ab oriente, ibi erit dextrum primi mobilis: verum quia homo per dextram mouet rem aliquam ante se, & coram facie sua, non post se versus dorsum, ideo quia primum mobile mouetur ab oriente in meridiem siue in circulum meridianum, quantum ad primum mobile sicut in oriente est dextrum, sic in circulo meridiano est ante: & sicut primum mobile ab oriẽte tendit ad circulum meridianum, & vadit in occidens, sic orbes inferiores ab occidente vadunt ad circulum meridianum, & tendunt in oriens: ita quòd idem erit ante in primo mobili & in alijs: sed non erit idem dextrum & sinistrum, quia licet tam primum mobile quàm alia tendant in circulum meridianum, non tamen ab eadem parte incipiunt suos motus, & ideo non secundum eandem partem habebunt dextrum & sinistrum: sic etiam non secundum eandẽ partem habebunt sursum & deorsum: nam si aliquis homo haberet dextram versus oriens, & sinistram versus occidens, & faciem versus circulum meridianum, de necessitate haberet caput versus polum antarcticum, & pedes versus arcticum, et talis est dispositio primi mobilis. Sed si in alijs orbibus imaginabimur hominem habentem dextram versus occidens, sinistram in oriente, & faciem versus circulum meridianũ, tunc ille homo haberet caput econtrario ab alio homine, quia haberet caput versus polum arcticum, & pe-

A des versus antarcticum. Itaque ante & retro sunt eadem in primo mobili, & in alijs: quia hic & ibi, ante, siue facies, est versus hemisphærium nostrum. siue versus circulum meridianum: sed retro, idest, occiput, & dorsum, habebunt versus partem oppositam. Aliæ autem differentiæ positionum sunt contrariæ in primo mobili, & in alijs. Sed dicet aliquis, si primum cœlum mouetur ab oriente in occidens, & alij orbes inferiores mouentur ab occidente in oriẽs, vbi erit eorum oriens? Ad quod dicemus, quòd aliud est oriens simpliciter, & aliud est oriens huic: nam oriens simpliciter ast secundum polos mundi, & secundum motum primi mobilis, secundum quem omnia alia circumuoluuntur: sed oriens huius potest accipi secundum proprium motum huius, & ita oriens planetarum est secundum proprium motum planetarum. quia ergo planetæ secundum suum propriũ mo-

B tum moueri inceperunt ab occidente in oriens simpliciter, eorum proprium oriens erit in occidente simpliciter vnde moueri inceperunt. Viso, quomodo omnes differentiæ positionum prælibitæ sunt in primo mobili, & in orbibus inferioribus, quia ante & retro sunt eædem, aliæ vero differentiæ sunt contrariæ hic & ibi: volumus declarare quomodo hæ differentiæ secũdum præfatos orbes se habent ad habitatores terræ. Propter quod sciendum quòd de habitatione terræ possumus loqui secundum veritatem, vel secundum opiniones aliquorum. † Creditur autem secundum veritatem, quòd de tota terra habitetur quasi quarta pars, quæ dicitur pars Septentrionalis. Naturale est quidem ꝙ terra (sicut & alia elementa) sit figuræ sphæricæ: & naturale est quòd aqua sit super terram, & sit inter terram et aerem, sicut aer est super aquam, & est inter aquam &

† Ptolemæus lib. 1. cap. 10. suæ Geogr. cõcludit vniuersam cogniti orbis latitudinẽ esse stadiorum 40000.

C ignem. Ideo meritò dubitatur, quare non tota terra cooperta est aquis, sicut tota aqua cooperta est aere? Ad quod dici potest, quòd licet forma terræ sit sphærica, aliquam tamẽ gibbositatem in se habere potest: sicut pomum aliquod sphæricum posset aliquas gibbositates & aliquas concauitates in se habere. Si ergo terra non haberet in se aliquam gibbositatem, tota esset cooperta aquis, quia secundum suam formam merè sphæricam, mare est altius terra: sed terra, voluntate & dispositione diuina, vt animalia terrestria possent in ea viuere, habet quandam gibbositatem in parte Septentrionali, quæ gibbositas est tanta quòd quasi æquatur quartæ parti terræ, secundum quod sensibiliter possumus experiri tantam esse terram habitabilem: hæc autem gibbositas in tantum eleuatur quòd est altior mari. Dixerunt autem quidam quòd virtute diuina retinetur mare ne cooperiat terram, cum naturaliter aqua debeat esse altior terra.

Sub terra maximæ sũt specus aqua & aere plenæ, adeò vt maxima terræ pars supra aquas emineat.

D Sed frustra recurrimus ad miraculum, vbi possumus res naturaliter saluare. Secundum autem aliquorum opiniones etiam aliæ partes terræ sunt habitabiles: sed si secundum omnes partes esset terra habitabilis, non esset dare locum vbi reciperentur maria: sed dicuntur aquæ maris recipi in concauitatibus terræ, quia terra habente hãc gibbositatẽ tota alia terra respectu illius gibbositatis est quasi quædam concauitas, ita ꝙ tota alia terra occupatur à mari: ista aũt gibbositas propter eleuationem occupari non potest. His itaque prælibatis, de habitatione terræ possumus loqui vel secundũ istam gibbositatẽ quam nos credimus habitari, vel secundũ ꝙ Empedocles opinabatur, ꝙ. s. subter nos sunt alij homines habitãtes: ita ꝙ isti quartæ versus Septentrionalem & versus polum arcticum vbi habitamus nos, est

alia

alia quarta versus meridiem & versus polum antarcticum: quo posito dicebat Empedocles quòd nos habitamus superius, & illi inferius. Sed dicet Philosophus, quòd est ecõtra, quò.i.s. nos habitamus inferius, & illi superius, nisi (vt ait) acciperetur inferius & superius secundum orbes erraticarum siue planetarum. Hæc autem satis nota sunt si considerantur præhabita: nam secundum motum primi mobilis caput & pars superior illius cœli, est versus polum antarcticum vbi dicuntur esse illi Antipodes, & pars inferior versus polum arcticum vbi sumus nos. Simpliciter ergo loquendo, illi essent superius in vniuerso, & nos inferius: secundum quid autem, vt secundum motus planetarum secundum quos sursum & deorsum est econtrario à motu primi mobilis, nos sumus sursum, & illi deorsum. Concludamus ergo, & dicamus, quòd si est dare tales habitatores, quilibet sunt sursum secundum se, quia omnes habent caput versus cœlum: sed si consideramus sursum et deorsum secundum sphæras cœlestes quantum ad primum mobile, ipsi sunt sursum, & nos deorsum. quantum autem ad alios cœlos inferiores est econuerso, sed tam respectu primi mobilis, q̃ aliorũ cœlorũ inferiorum nos sumus ante, & ipsi sunt retro: quia licet dextrum & sinistrum, sursum & deorsum differant hic & ibi, ante tamen & retro non differunt, quia tam primi mobilis quàm aliorum cœlorum ante & facies, est versus hemisphærium nostrũ, retro et occiput siue dorsum est versus oppositum. Habito, quomodo hæ differentiæ se habẽt ad habitatores terræ, si erunt aliqui habitantes in parte opposita nobis: volumus declarare, quomodo se habent hæ differentiæ ad hanc quartam partẽ terræ, quam vere credimus habitabilem. Dicemus enim hanc quartam debere diuidi in duas partes, quas diuidit circulus meridianus æquè distans inter oriens & occidens: ita q; pars illa quæ est ab oriẽte vsq; ad circulum meridianum dicitur pars orientalis: alia vero pars à circulo meridiano vsq; ad occidens dicitur occidentalis, vt & Commentator ait. In ista autem parte occidentali sunt omnes partes vltramontanæ, & tota Italia, & tota Græcia, & adhuc vlterius, quia multum est de terra habitabili vltra Græciam antequàm perueniatur ad medium terræ habitabilis: nam & Arist. in. 2. de Cœlo & mũdo, dicit se (idest, Græcos, vt Cõmentator exponit) esse in parte occidentali, quia Græci sunt citra medium terræ habitabilis. Ex his autem satis patere potest, quomodo differentiæ positionum cœlestium se habent ad nos: nam tota nostra terra habitabilis est ante & versus faciem cœli, tam secũdum primum mobile, q̃ secundum alios cœlos. Rursus tota terra nostra habitabilis est deorsum respectu primi mobilis, quia tota respicit polum arcticũ, sed tota est sursum respectu orbium planetarum, qui habent sursum & deorsum econtrario à primo mobili. sed quantum ad dextrũ & sinistrum, nec est tota terra habitabilis in dextra, nec etiã in sinistra: sed terra habitabilis ab oriente vsq; ad circulum meridianum est in dextra quantum ad primum mobile, & est in sinistra quantum ad orbes planetarum: nos autem Itali, & Græci, & Vltramontani, & tota terra habitabilis à circulo meridiano vsq; ad occidens, sumus in sinistra quantum ad motum primi mobilis, & in dextra quantum ad motum planetarum. Aduertendum tamẽ q; circulus meridianus potest accipi vel respectu istius ciuitatis vel illius, vel respectu istius hominis vel illius. & tunc tot. sunt meridiani circuli, quot sunt distantiæ ab oriente in occidens: ita q; non sunt

De Antipodibus q̃d sentiat Lact. Firmia. vide lib. 3. de Diuin. instit. cap. 24.

2. cæli. ca. 16

Tex. cõ. 16.

A duæ ciuitates, nec duo homines, si vnus sit propinquior oriẽti q̃ alius, habentes vnum & idem meridianum: distantia ergo maior & minor secundum polos mundi non diuersificat meridianum, quia si erunt mille homines, vel mille ciuitates, & vnus esset propinquior vni polo, & alius alij haberent idem meridianum: sed distantia inter oriens & occidens diuersificat, quia non sunt duæ res non æquè distantes ab oriente vel occidente habentes idem meridianum: quæcunq; enim non æquè distant ab oriente, consequens est quòd non æquè distent ab occidente, quia quod est propinquius occidenti, longius est ab oriente. ergo si vna res non æquè distat ab oriente sicut alia, quæ est orienti propinquior, non æquè distabit, quia ex quo est orienti propinquior, est ab occidente longinquior. sic ergo loquendum est de meridiano respectu huius ciuitatis vel illius, vel respectu istius hominis vel
B illius. Sed possumus loqui de meridiano non respectu huius habitationis tantum vel huius hominis tantum, sed respectu totius terræ habitabilis: et sic circulus meridianus est semicirculus transiens per polos æquè distans ab oriente & occidente. & sicut circulus meridianus, respectu cuius sumitur facies, & anterior pars cœli, sumendus est non respectu cuiuscũq; habitationis sed respectu totius terræ habitabilis, sic dextrum & sinistrum cœli siue oriens et occidens sunt eodem modo sumenda: ille ergo hõ qui esset in medio terræ habitabilis, vbi sibi orirentur stellæ, esset dextrum cœli: & vbi sibi occiderent, esset sinistrum, loquendo de dextro & sinistro primi mobilis, quia de dextro & sinistro planetarum, esset ecõtra: vbi autem illi homini esset meridies, esset anterior pars siue facies cœli: sursum autem & deorsum accipiuntur in cœlo secundum polos cœli, prout est per
C habitu declaratum.

CAPVT XXII.

Declarans, quare in opere cuiuslibet diei dicitur, Vidit Deus quòd esset bonum, præterquàm in opere secundæ diei.



MIRANTVR multi, quare in factione firmamenti quod fuit opus secũdæ diei, non dicitur Vidit Deus quòd esset bonum, sicut dicitur in operibus omnium aliorũ die-
D rum. Vnde Hugo de Sacramentis libro primo parte prima, ait quòd mirum est, quare non vidit Deus opus secũdæ diei, quòd esset bonum. sicut in cæteris omnibus diebus vidisse legitur. Et subdit quòd opus secũdæ diei, aut dei opus nõ fuit, aut si dei opus fuit, bonum fuit. Assignantur autem ad hoc tres causæ, vt causa vna sumatur ex parte ipsius numeri binarij, alia ex parte ipsius operantis, tertia ex imperfectione operis: possumus autem nos addere rationem quartam, ex parte ipsius firmamenti. Prima ergo ratio potest sumi ex parte ipsius numeri binarij. Dicitur autem numerus binarius infamis, vel dicitur numerus dissensionis, quia est primo recedens ab vnitate: bonum ergo fuit opus secundæ diei, & bonum est firmamentum, quia vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant

Cap. 21.

I.

Hieronym. in lib. 1. cōtra Iouin. & in Apologia.

A valde bona. sed ad insinuãdum numerum binarium esse infamem & esse numerum dissensionis, dicunt doctores quòd ex hoc forte in opere secundæ diei non dicitur, Vidit Deus quòd esset bonum: et hæc est sententia Hugonis, libro et parte præassignatis. qui quærens quare in opere secundæ diei non est dictum Vidit Deus quòd esset bonum, ait fortassis ꝙ binarius signum est diuisionis, & est quia primus ab vnitate recedit. Hoc idẽ tangitur in glossa marginali sup Gen. vbi dicitur, ꝙ huius secundæ diei opera secundum Hebræos non dicũtur bona, cum bona sint sicut cætera: quod fit propter binarium principem alteritatis, quia primus ab vnitate discedit. Hoc idem dicit Magister sententiarum.

Dist. 14.

II. Secũda via ad hoc idem potest sumi ex parte ipsius operantis. Nam opera illorum sex dierum vel sunt multa ex parte operatoris, vel sunt multa ex parte dierum, quia in multis diebus sunt

B facta: sed sunt vnum ex parte operantis, quia omnium illorum operum fuit vnus operans, videlicet, Deus gloriosus: erga Deus fuit primum operans, homo vel diabolus fuit secundum operans, sed quia vterq; secundus operans fuit malus, ideo opus secundæ diei non dicitur esse bonum, non quia in se non esset bonum, sed quia poterat esse signum, & figura secundi operantis, scilicet, diaboli, vel hominis, qui vterq; malum est operatus. Hoc est ergo qđ Hugo ait lib. & par. prædictis, quod sacramentum hic aliquod commendatur, ꝙ non sunt laudanda opera secunda, non quia bona non essent, sed quia malorum signum essent. Et subdit, ꝙ prima opera fecit Deus, & illa omnia valde bona: sed diabolus et homo fecerunt opera secunda post prima quæ fuerunt mala. Sed dices, ꝙ & angeli boni fecerunt opera secunda, & illa fuerunt bona: ergo sicut opus secundæ diei pōt figurare opera diaboli & hominis, quæ fuerunt mala, sic potest significare opera bonorum angelorum quæ fuerũt bona.

C Ad quod dici potest, ꝙ omnia opera sunt opera ipsius Dei, iuxta illud, Omnia opera nostra operatus es domine.

Esa. 26.

Nam secundum Apostolum, Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est.

2. Cor. 3.

Opera itaq; nostra bona non debent appropriari nobis & non sunt propria nobis sed magis sunt ipsius dei, opera vero mala sunt propria nobis. Iuxta illud quod dicitur in Euangelio de diabolo cum mendacium dicit, ex proprijs loquitur.

Ioan. 8.

Opera erga propria hominis & angeli quæ fuerunt opera secunda, fuerunt mala, in cuius signũ de opere secundo non est dictũ, Vidit Deus ꝙ esset bonũ.

III. Tertia via ad hoc idem sumitur ex imperfectione operis: & hæc est multum literalis & bona, & tangitur in glossa marginali super Gen. vbi

D dicitur quòd opera secundæ diei ideo bona non dicuntur, quia in hoc opere aquarum distinctio non est perfecta, quæ perfecta fuit, cum dixit Deus, Congregentur aquæ quæ sub Cælo sunt in locum vnum & appareat arida. Ad huius euidentiam sciendum quòd Strabus exponens illud, Fiat firmamentum in medio aquarum, ait quòd pars superior aquarum est in modum crystallini lapidis, inferior vero est redacta in matricem aquarum, idest in concauitates terræ, vbi est matrix aquarum, & vbi omnes concurrunt aquæ vt iterum fluant: firmamentũ ergo factum est in medio aquarum superiorum quæ sunt cælum crystallinum, & istarum inferiorum quæ sunt redactæ in matricem aquarum: sed nõ fuerunt sic redactæ nisi cum tertia die fuit dictum, Congregentur aquæ in locum vnum & appareat arida. erga quia secunda die remansit opus imperfectum, propter imperfe-

Strabus.

A ctionem operis non fuit dictum, Vidit Deus quòd esset bonum: sed perfecto opere, & congregatis aquis in matrice, dictum est, Vidit Deus quòd esset bonum. Aduertendum itaq; quod in opere tertiæ diei bis dictum est, Vidit Deus ꝙ esset bonum: semel pro perfectione operis secundæ diei quando aquæ congregatæ sunt: & secunda pro germinatione terræ, quod fuit opus tertiæ diei. Ergo cum in oĩbus alijs diebus non habeatur nisi semel, Vidit Deus quòd esset bonum, in tertia die habeatur hoc bis, manifeste cõcluditur in secunda die hoc non fuisse dictum, quia expectabatur ꝑfectia operis secundæ diei, vt in tertia die bis hoc diceretur tã pro perfectione operis secundæ diei, quàm pro opere diei tertiæ.

IIII. Possumus autem ad hoc idem assignare quartam rationem ex parte firmamenti. Nam in ipso firmamento siue cælo sydereo est circulus obliquus, sub quo motus Sol facit

B generationem & corruptionem in istis inferioribus: nam latio prima siue motus primi mobilis semper est vniformis, & idem manens idem, semper facit idem: ille ergo motus non erit causa contrariorum, vel non erit causa generationis et corruptionis, vt dicitur circa finem. 2. de Generatione.

2. de Gene. et corrup. t. 56.

Sed latio circa obliquum circulum, idest, circa zodiacũ, vbi sunt contrarij motus, quia vna pars illius circuli declinat ad Meridiem, alia ad Septentrionem, unde ille circulus sic declinans & sic obliquus contraria causat in istis inferioribus, generationem, videlicet, & corruptionem. In istis itaq; inferioribus est duo considerare, generationem et corruptionem quæ sunt contraria, et continuationem eorũ quæ aliquo modo ad vnitatem vergũt. nã ipsum cõtinuare (quæcunq; sunt illa quæ continuantur) aliquam vniformitatem importat: ergo quia motus primi mobilis est vniformis, motus

Etiam in Beresith Rabbah legitur ꝙ propter litem & cõtrarietatem omissum est, ꝙ esset bonum.

C obliqui circuli siue zodiaci est difformis, quia Sol et planetæ sub eo motu difformitatem habent, nam in vna parte illius circuli accedunt ad nos, in alia parte recedunt a nobis, ideo generationẽ et corruptionem quæ sunt difformia attribuemus obliquo circulo qui est in cælo sydereo siue firmamento, continuationem autem generationis et corruptionis attribuemus lationi primæ siue motui primi mobilis qui est semper vniformis:

Tex. 70.

& quia generabilia & corruptibilia sunt bona defectiua, et multum distantia à primo principio, iuxta illud Philosophi in fine de Generatione, Propter longe distare à primo principia, non possunt perpetuari hæc inferiora in seipsis, propter quod reliquo modo compleuit Deus continuam faciens generationem & corruptionem, vt quæ non possint perpetuari in seipsis eadem numero, perpetuẽtur ĩ suo simili eadẽ specie.

D Quare si circulus obliquus siue zodiacus est in firmamẽto, & ille circulus est causa defectiua bonorum quia est causa generationis & corruptionis, firmamentum factum in secunda die non solum est signum malorum operum vt dicebat Hugo, sed etiam est causa defectiuorum bonorum, ratione cuius forte non dictũ est de factione firmamenti, Vidit Deus quòd esset bonum: est enim bonum firmamẽtum et bona sunt generabilia et corruptibilia, sed sunt bona valde defectiua, non vt ex hoc dicantur mala: nec firmamentum quod est huius causa, sit malum, aut dicatur malum, sed ex hoc taceatur de bonitate eius. Et hæc sufficiant de opere secundæ diei.

Mihi probatur (vt dicebam) abstiuisse Moysen, ne diceret ꝙ esset bonum: quoniã firmamẽtum adhuc imperfectũ erat, cũ non haberet suũ stellarum ornatũ, in quo summa illius pulchritudo consistit, vt iqt R. Leui Bengarsom. Vel qa eo die (ut dixerunt ãtiq Hebræi in Beressith Rabbah) creata fuit gehenna.

Caput

CAPVT XXIII.

Quòd multæ sunt æquiuocationes in operibus sex dierum, & quòd æquiuocè dicatur terra facta in principio, quæ postea die tertio arida est uocata.



VONIAM æquiuocatio impedit intellectū, & multi p æquiuocationis fallaciā sunt decepti: ideo volumus declarare quomodo scriptura sacra multis æquiuocationibus vtitur in operibus sex dierum: & quòd cum Deus aridam vocauit terram (quod factum est tertia die) aliquo modo æquiuocè sumitur ibi terra ab illa terra, de qua dicitur, φ in principio creauit Deus cælum et terram. Quod autem sint multæ æquiuocationes in operibus sex dierum, patet, quia æquiuocè dicitur cælum, cum dicitur, in pricipio creauit Deus cœlum & terram, & postea cum subditur, quòd secunda die factum est firmamentum, & vocauit Deus firmamentū cœlum. Rursus æquiuocè dicitur dies, cum Deus vocauit lucem diem, postea dicitur factum est mane & vespere dies primus. Tertio æquiuocè dicitur aqua, cum dicitur spiritus domini ferebatur super aquas, & cum tenebræ erant sup faciem abyssi, id est, super faciem aquæ. Et quarto (vt tangebatur) terra dicitur æquiuocè vt est in principiu facta, &

Aequoci et vni uoci discrimē,

C vt tertia die arida est vocata. Propter primum, sciendum φ vniuocum semper dicit vnam impositionem, & si conuenit pluribus, hoc erit ex impositione vna: æquiuocum autem (vt æquiuocum est, loquendo de prima æquiuocatione) si conuenit pluribus, hoc est ex pluribus īpositionibus: vt si sunt duo homines quorum quilibet vocetur Petrus, homo dicetur de vtroq; Petro, & Petrus etiam dicetur de vtroq; Petro, sed homo dicetur vniuocè, Petrus autem æquiuocè, quia ex vna impositione omnes homines vocati sunt homines, sed ex vna impositione non omnes Petri vocati sunt, immo tot sūt impositiones quot sunt Petri. Ergo si in principiu creauit Deus cælum & terram, & postea secunda die factum fuit firmamentum, & vocauit Deus firmamentum cælum, fuit ibi noua impositio, vt primo factum sit cælum, & postea ex vocatione diuina quasi ex noua impositione firmamentum vocatum sit cælum: ergu non eodem modo cælum sumitur

D hic & ibi. nam cum in principio creatum est cælum, ibi cœlum accipitur pro empyrio: cum verò secunda die factū est firmamentum & vocatum est cælum, ibi cælum accipitur pro sydereu. Potest quidem cælum sumi æquiuocè et vniuocè: nam quando nomen est vnum & ratio eadem, tunc est vniuocum. Si ergu sumatur cælum secundum vnam rationem, vt quia pertinet ad quintam essentiam, & quia nō est de natura alicuius quatuor elementorum, sed est neutrum à quolibet eorum, neq; est graue neq; leue: sic dicitur cælum vniuocè de omnibus cælis à globo Lunæ supra, eo φ ex vna impositione prædicatur de omnibus illis. Sed potest sumi cælum ex diuersis impositionibus, ex alia & alia ratione: & sic potest dici cælum de empyriu & sydereo: vt empyrium dicatur cælum quasi celsum, & sydereū dicatur quasi

A celās. Empyrium dicitur celsum, quia est omnibus alijs cœlis sublimius: & quia semper cœlum superius continet alia, illud cælum quia est omnino celsum & omnino superius, dicitur continere omnia. Vnde Damascenus lib. 2. diffiniens cælum, dicit ipsum esse continentiam omnium visibilium et inuisibilium creaturarū, quod proprie de cœlo empyrio verificatur. Cœlum enim empyrium cōtinet omnia visibilia, idest, omnia corporalia, cum sit celsius omnibus: & continet omnia inuisibilia, idest, omnia spiritualia, loquendo de creaturis: quia cum vniuersum sit connexum, oportet spiritualia esse vbi sunt corporalia, vt sit connexio & vnio vtrorunq;: & vniuersum ex creaturis corporalibus et spiritualibus cōpositum, sit vnum & connexum. In quibuscunq; ergu corporalibus sint creaturæ spirituales, continentur à cœlo Empyrio: quia si sunt in ipso cœlo Empyriu, continentur ab ipso: si sunt in alijs corporibus, continentur ab eodē cœlo, cum omnia alia corpora contineantur ab ipso. Empyrium itaq; dicitur cœlum, idest, celsum, & continens omnia sed nō dicitur cælum, idest, celans, quia dupliciter aliquid celatur nobis, vel ex carentia luminis quia non possumus ipsum videre: vel ex opacitate corporis, vt quia aliquod corpus opacū non transparens interponitur inter nos & aliquam rem, vt ex hoc aliqua res celetur & abscondatur vt nō videatur à nobis. Cælum autem Empyrium est totum lucidum et splendidum, vt non possit dici cælum quasi celans & abscondēs ex defectu luminis, quia est diaphanum & transparens, quasi serus esset corpora beatorum ibi existentia non possent se inuicem videre, quo posito multū carerent de solatio et gaudio quod habent ex intuitiua visione. Possumus enim dicere, quòd cælum Empyrium assimilatur quasi splendori flā

C mæ: quia in ipsa flamma si ponatur aliquid, & ponitur ūq; si sit splendidū, non celatur ab oculis, sed videtur. in ipso itaq; cœlo Empyrio quasi in quadam flamma non ab ardore sed à splendore erunt corpora beatorū longe lucidiora isto cœlo, & erunt quasi quidam Soles & quasi quædam Stellæ illius cœli se mutuo videntia in ipso cœlo: quia propter diaphaneitatem & propter splendiditatem propriorū corporum, vnum non celabitur alteri, sed simul gaudebunt & lætabuntur ex mutua visione. Cōcludamus ergu & dicamus, φ Empyrium non dicitur cælum quia celans, sed quia celsum. & sydereum non dicitur cœlum quia celsum, cum tam cælum Empyrium quàm cælum aqueum sint celsiora ipso, sed quia celans: celat enim nobis omnia superiora, vt vltra cælum sydereum non transeat visus noster. Bene itaq; dictū est, quòd factu cœlo Empyrio in pricipio, postea secūda die

D Deus vocauit firmamentum cœlum, quia ex alia vocatione & alia impositione, & ex alia ratione potest dici cælum hoc, & illud. Viso quo modo non eodem modo sumitur cælū creatum in principio, & firmamentum vocatum cœlum secunda die, volumus declarare quō æquiuocè dicitur dies, cū Deus vocauit lucem diem, & cum factum est vespere et mane dies vnus. Nam cum Deus vocauit lucem diem ibi dies nō potest sumi nisi pro die artificiali quæ durat quàmdiu lux est super terram. sed cum factum fuit vespere & mane dies vnus, ibi dies sumitur pro die naturali qui tenet viginti quatuor horas, et durat prout lux incipit ab oriente, et transiens per occidens redit ad oriens: et quia æquiuocè dicitur dies prout stat pro artificiali, & prout stat pro die naturali, æquiuocè etiam dicetur dies pro luce et pro vespere, put lux ab oriente iuit in occidens et fecit vesperam sine auro-

Cap. 6.

ra præcedente, & prout iuit versus oriens & fecit aurorã, & sic fecit mane. Rursus æquinocè dicitur dies hoc modo & illo, sicut æquinocè dicitur aliquid tale sumptum causaliter, & sumptum formaliter: sicut æquinocè dicitur calidus Ignis qui est talis formaliter, & Sol qui est talis causaliter: sic cum dies sit quædam pars temporis quia est vna circulatio, vt est transitus totius circuli prout sumitur naturaliter, & vt est transitus dimidij circuli prout sumitur dies artificialiter, lux vero cum non sit pars temporis hoc modo dicetur dies, quia ex luce causatur dies, secundum quẽ modum diffinitur dies quia est latio Solis super terram. nomine ergo diei itelligitur aliqua pars temporis formaliter: sed quia hoc causatur ex latione corporis cœlestis, põt hoc corpori cœlesti competere causaliter. Et si dicatur quòd dies dicitur à dio quod est clarum. Dicemus hoc dictam esse, quia dies est latio siue motus, vel (vt verius dicamus) est numerus motus à claritate causatus, siue à claritate per præsentiam quantum ad diem artificialem, vel à claritate per absentiam quantum ad noctem quæ coniuncta diei artificiali cõstituit diem naturalem. Vtrum autem dies prout est tempus vel pars temporis, sit numerus motus Solis, siue numerus motus lucis, secundũ se, vel vt reuoluitur á primo mobili, vt magis sit numerus motus primi mobilis, quàm cuiuscunq; alterius, non est præsentis speculationis: tamen clare patere potest, ꝙ tempus & quælibet pars temporis est nume-

4. Phy. t. 101

rus motus primi mobilis: & si pertinet ad alios motus, hoc est prout referuntur ad primum motum, vel vt per eos innotescit primus motus. Habito, quomodo in operibus sex dierũ potest sumi æquinocè cœlum et dies: volumus ostendere quõ æquiuocè sumitur aqua, cum dicitur ꝙ spiritus domini ferebatur super aquas: quia ibi aqua accipitur pro tota materia fluctuante, siue pro toto eo quod est inter cœlum empyrium quod est stans, & inter elementum terræ quod est etiã quid

Eccl. cap. 1.

immobile & quid stans, iuxta illud, Terra autem in æternũ stat. Et aliter accipitur aqua, cum dicitur, ꝙ tenebræ erant super faciem abyssi, siue super faciem aquarum. quia ibi aqua non potest accipi pro tota materia tunc fluctuãte supra quam erat cœlum empyrium, quia tunc cœlum empyrium esset tenebra, sed accipitur ibi abyssus pro aqua tunc immixta aeri super quam est elemẽtum ignis. Vel erat tunc purior pars elemẽti ignis quæ dicebatur tenebra. quia ignis in propria sphæra non lucet, et nondum erat facta lux quæ illuminaret ipsam. Sic etiam possumus ad æquinocationẽ referre & alia loca scripturæ, vbi fit mentio de aquis. Postquàm ostẽdimus ꝙ scriptura æquiuoce loquitur de cœlo, de die, & de aquis, volumus ostendere quomodo æquiuocè loquitur de terra, quia aliter accipitur terra, cum dicitur in principio creauit Deus cœlum & terram, & aliter cum tertia die dictum est quòd vocauit Deus aridam terram. Nam cum cœlum & terra in principio creata dicantur, ibi terra stat pro toto elemẽto terræ. sed cũ tertia die aridã vocauit terrã, ibi terra nõ stat pro toto elemẽto terræ, sed stat pro terra habitabili, qa congregatis aquis in locũ vnũ, terra habitabilis apparuit arida, et vocata est terra. Sicut ergo dicebamus de cœlo, sic dicemus de terra: nã cœlũ creatũ fuit prima die, et postea secũda die vocatũ est firmamentũ, cœlum, quasi ex alia vocatione et ex alia impositione sicut cœlum prima die creatum, & secunda die firmamentum cœlum est vocatum: sic in principio creata est terra: & postea tertia die arida, idest, terra habitabilis, vocata est terra, quasi

A ex dei vocatione: & ex alia impositione sit dicta terra in principio creata, & arida terra tertia die vocata: nõ enim esse potest ꝙ idem nomen conueniat toti, & specialiter conueniat alicui parti, quòd non sit alia & alia ratione. Quòd ergo totum elementum dicatur terra, & ꝙ specialiter terra habitabilis dicatur terra, hoc erit secundum aliam et aliam rationem, & per consequens hoc erit secundum aliquã æquocationem. Ergo (vt communiter ponitur, & bene) totum elementum terræ dicitur terra ex natura, quia est naturæ terreæ. sed terra arida & terra habitabilis dicitur terra ex proprietate terræ, et ex ariditate: quia sicut propriũ est aquæ quòd sit frigida, potest tñ non calefieri per ignem, sic proprium est terræ quod sit sicca et arida. potest tamen humectari per aquam: ita aqua calida, est aqua per suã naturam & per suam formam substantialem, sed aqua frigida est aqua non solum per suam formam substantialem, sed

B per suam proprietatem naturalem vt per frigiditatem: sic totum elementum terræ, & partes illæ quæ sunt coniunctæ aquis, sunt terra quantum ad formam substantialem, sed sola terra arida est terra per siccitatem & ariditatem, quæ nominat proprietatem terræ naturalem. Dicamus ergo ꝙ terra habitabilis & terra arida potest dici terra dupliciter, videlicet, ex forma sua substantiali, & habet hoc commune cum toto elemento terræ & cum omnibus partibus eius: & potest dici terra ex siccitate quasi ex quadam proprietate naturali, & hoc habet proprium sibi terra habitabilis, vt quasi secundum aliam rationem dicatur terra ab alijs partibus terræ. & ex hoc terra arida & terra habitabilis indigebat alia vocatione & alia impositione: postquàm ergo prima die creata est terra secundum substantialem formã, postea tertia die arida vocata est terra secundum proprie-

C tatem naturalem.

CAPVT XXIIII.

Quomodo congregatæ sunt aquæ in locum unum, & apparuit arida.



VIDETVR autem ex congregatione aquarum triplex difficultas consurgere: vna ex parte ipsius aeris, cui immixtæ erant aquæ: alia ex parte ipsarum aquarũ, quæ congregatæ dicuntur: tertia ex parte ipsius aridæ siue ipsius terræ,

D quæ apparuisse dicitur. Propter primum, sciẽdum ꝙ (vt supra tetigimus) cum dixit Deus Fiat firmamentum in medio aquarum, dupliciter potest exponi: vel vt ipsum cœlum vbi sunt stellæ vocetur firmamentum: vel vt ipse aer firmamentum dicatur, quos duos modos ponendi tangit Augu.

2. super Gen. ad literam in principio. Sed si pro firmamento accipiatur cœlum sydereum, nullũ dubium resultat quantum ad hoc in præsenti materia: sed si pro firmamẽto accipiatur aer, idest, illud interstitium aeris quod diuidit iter aquas pluuiales & inter illas aquas inferiores, tunc cum factum fuit firmamentum congregatæ etiam sunt aquæ. nihil enim fuit aliud dicere, Fiat firmamentum, & diuidat inter aquas pluuiales, & istas inferiores, quàm comprimantur aquæ et non inficiant totum aerem sicut nunc inficiũt, & hæc sit lex imposita aquis quòd non amplius ascendant Cap. 1.

supra

A supra firmamentum, idest, super illam partem aeris super
quam est continuum frigus, ad quam partem venientes va-
pores, inspissantur, fiunt nubes, & resoluuntur in pluuiam.
Sed cum aqua primitus infecta aere, & cum nubes multum
parum ascendant, quia creditur ꝙ non protendantur in al-
tum cōpletè per tria miliaria, de necessitate cōcluditur ꝙ in
factione firmamēti (accipiendo ꝓ firmamento partē aeris
iam dictā) cōgregatæ et inspissatæ sunt aquæ, vt de cætero
nō inficiant totū aerem, sed solum istam partē aeris inferio
rem, quam etiam nunc inficiunt. Propter quod sciendum ꝙ
Cap. 17. (vt dicebatur in hac secunda parte huius operis) sufficit po
nere firmamentum esse factum eo modo quo magis con-
cordat scripturæ sacræ, & (vt patet per habita) magis est
consonum sacræ scripturæ ꝙ firmamentū factum secunda
die sit cœlum sydereum, quàm interstitium aeris: quo posi-
to omnis huiusmodi difficultas tollitur. Attamen, si ponatur
B huiusmodi firmamentum esse interstitium aeris, dicemus (vt
tetigimus in prima parte, & vt tetigimus in hac secunda
parte) quòd accipiendo firmamentum pro interstitio ae-
ris, prima die fuit facta distinctio cœlorum: statim enim
cum dixit Deus, fiat lux, & facta est lux: illa lux incepit
moueri contra motum primi mobilis, & omnes orbes tam
octaua sphæra vbi positæ fuerunt quarta die stellæ, quàm
omnes alij orbes planetarum vbi eadem die fuerunt positi
omnes planetæ, inceperunt moueri contra primum motum.
Vt primus motus cuius passio est tempus, fuerit ab ipso pri-
mordio, & vnà cum tempore fuerit de quatuor coæuis: po-
stea in factione lucis fuerunt alij motus per quos fuit facta
distinctio cœlorum, postea secunda die in factione firma-
menti (accipiendo pro firmamento interstitium aeris) fue-
C runt inspissatæ & congregatæ aquæ vsq; ad medium aeris
interstitium. & ex hoc elementa super illud interstitiū fue-
runt mundata & purgata, sed ex hoc nondum apparebat
terra: postea tertia die quando dixit Deus, Congregentur
aquæ in locum vnū, & appareat arida, fuit facta tanta in-
spissatio aquarum, & ita occupauerunt paruum locum, ꝙ
non cooperiebant totam terram, sed ex tunc incepit appere-
re arida. Ad formam autem arguendi, cum dicitur quod in
factione firmamenti congregatæ sunt aquæ & inspissatæ:
si accipiatur pro firmamento interstitium aeris, patet quòd
tenendo hāc opinionem, fuit facta duplex inspissatio aquæ:
vna secunda die in factione firmamenti, per quam nōdum
apparuit arida. & alia inspissatio fuit facta tertia die, cum
dixit Deus, Congregentur aquæ &c. & ex tunc incepit a-
rida apparere. Sequēdo quidē hanc opinionem, erant aquæ
D primitus ita raræ & nebulosæ, vt totum inficerent aerem,
& etiam illam partem ignis quæ dicitur mixta: sed postea
secunda die in factione firmamenti, fuerunt ita inspissatæ,
vt clarificarent ignem & aerem vsq; ad medium intersti-
tium. sed postea tertia die specialiter dicuntur aquæ congre
gatæ, quia ita fuerunt inspissatæ, & ita occupauerunt par-
uum spacium, vt non cooperirent totam terram, sed appare
ret pars terræ arida. Sed dices, ꝙ & nunc ascendunt aquæ
vsq; ad medium aeris interstitium, nec tamen ꝓꝓ hoc terra
est inuisibilis. Ad quod de leui responderi potest, quòd nunc
non tota aqua efficitur vaporalis, nec tota sic se immiscet
aeri, ideo non potest aerem sic connubilare vt terra sit om-
nino inuisibilis: sed tunc tota aqua erat sic nebulosa & sic
immixta, vt ex hoc terra apparere non posset: nam et mo-
dò ex ista modica infectione aliquando est tanta nebula, ꝙ

A vix vnus homo potest respicere alium, et vix potest respice-
re terram: multo ergo magis erat tūc, quando nō pars aquæ
nec aliqui vapores, sed tota aqua sic erat aeri permixta.
Hoc itaq; modo dicemus, accipiendo pro firmamento aerē:
sed non oportet in hoc multum insistere, quia quod firma-
mentum factum secunda die sit cœlum sydereum, ꝙ̄ talis
aeris interstitium, magis scripturæ sacræ est consonum, &
illud est magis tenendum; quia non in prima die in factione
lucis fuit facta distinctio cœlorum, sed tunc fuit facta distin
ctio angelorum, & fuit tam lux corporalis quàm lux spiri
tualis diuisa à tenebris, iuxta illud Hugonis lib. primo, par- Cap. 11.
te prima, quòd eodem prorsus temporis momento, quo visibi
liter & corporaliter diuisa est lux à tenebris, inuisibiliter
quoq;, idest, spiritualiter angeli distincti sunt à malis illis
in tenebris peccati cadentibus, alijs ad lucem iustitiæ conuer
B sis: secunda vero die in factione firmamenti facta fuit di-
stinctio cœlorum: in tertia quidem in congregatione aqua-
rum distinctio elementorum. Posita & soluta difficultate
prima de aere cui immixta erat aqua, volumus ponere &
soluere difficultatem secundā de ipsa aqua, quæ dicitur con
gregata. Circa quod est triplex modus dicendi: vt vno mo- II.
do dicatur aqua congregata & apparuisse arida, vt si in
aliqua platea essent sparsi multi lapides siue multæ paleæ
vt non sinerent illam plateam apparere, possent illi lapides
vel illæ paleæ congregari in aliquem locum, & fieri ex eis
aceruus, vt ex tunc non occuparent totam plateam, sed eam
permitterent apparere: ita volunt quidam ꝙ ad verbum di
uinum fuerunt congregatæ aquæ quasi in aceruum vnū vt
ex tunc appareret arida: propter quod planè isti dicunt ꝙ
mare est multo altius terra, & ꝙ virtute diuina tenetur ma
C re ne cooperiatur terra. Et ista positio videtur multum con-
sona scripturæ sacræ: quia legitur Iob. 38. Quis conclu-
sit ostijs mare, quādo erumpebat quasi de vulua procedens?
Et post pauca, Circūdedi (supple, ego Deus) illud terminis
meis, & posui vectem & ostia. & dixi, Vsq; huc venies, et
non procedes amplius. Et in Psalmo dicitur, Cōgregans si- Psal. 32.
cut in vtre aquas maris. Et prouerb. 8. Quando circūdabat
mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirēt
fines suos. Hoc ergo modo videntur aquæ congregatæ, quia
faciunt quasi quendam montem & quendam aceruum: &
virtute diuina quasi per quædam ostia & per quosdam ve
ctes retinentur, ne cooperiant terram. Sed (vt supra dixi-
mus) frustra recurritur ad miraculum, quando possumus
scripturam sacram naturaliter saluare: immo August. in
principio. 2. super Gen. videtur multum inconueniens secū-
D dum ꝙ in operibus sex dierum vbi instituta est natura, re-
curramus ad miraculum cōtra naturam. Constat autem ꝙ
aqua & omne humidum est male terminabile termino pro-
prio: naturale est enim ꝙ aqua descendat & tendat ad in-
fima. Si ergo aqua esset sic congregata in modum cuiusdam
aceruu, & esset sic altior terra, contra naturam teneretur ꝙ
non cooperiretur terra, et ꝙ contra naturam esset aliquid
perpetuum: sed ꝙ semper sic teneatur aqua cōtra naturam
suam, videtur inconueniens, quia secundum omnes doctores
Deus sic administrat entia vt eorum proprios cursus agere
sinat. Ad tempus tamen quandoq; ea à suis cursibus suspen
dit, ita ꝙ virtute diuina ignis ardens non calefacit, sicut qū
protecti fuerunt tres Pueri in medio ignis. & ad tempus, qū
filij Israel ingressi sunt per medium maris, & erant aquæ
quasi murus ad dextram eorum & leuam, vt dicitur Exo-

di. 14. sed ꝙ semper et perpetuo sic teneantur aquæ et contra naturam aliquid sit perpetuum (vt videtur) non decet diuinam sapientiam.

II. Propter hoc est secundus dicendi modus, ꝙ congregatio aquarum non fuit nisi quædam inspissatio: quia aquæ primitus raræ & nebulosæ occupabant magnum locum, postea inspissatæ occupauerunt minorem locum. Hoc est ergo quod ait Beda, ꝙ credi potest primarias aquas rariores fuisse, quæ sicut nebula tegerent terram, sed congregatione esse factas spissas. Sed adhuc nõ videtur hoc sufficere: quia non creditur esse defraudatum elementum aquæ, quin sit decuplum ad elementum terræ, sicut elementum aeris est decuplum ad elementum aquæ, cum secundum

1. Meteo. ca. 1

Philosophum ex vno pugillo aquæ fiant decem aeris. sed ꝙ aqua sit decupla ad terram & non cooperiat terram, videtur inconueniens. Ideo (vt supra diximus) ad hanc veritatem declarandam, quomodo s. congregatæ sunt aquæ et apparuit arida, parat difficultatem ipse aer, cui immixta erat aqua, & maxime si accipiatur pro firmamẽto interstitium aeris: sed hoc in principio huius capituli satis est declaratũ. Parat secundò difficultatem ipsa aqua quomodo sit cõgregata. Parat & tertio difficultatem ipsa arida quomodo potuit apparere.

III. Propter hoc est tertius modus dicendi de congregatione aquarum, vt ex hoc etiam soluatur difficultas de apparitione terræ, vt dicamus ꝙ aqua non solum fuit cõgregata per alterationem vt quia fuit inspissata quod sine alteratione fieri non potuit, sed etiam fuit congregata secundũ receptionem quia fuit tota recepta in concauitatibus terræ, quæ sunt tantæ, ꝙ aquæ sic receptæ non possunt cooperire terram. Hoc est ergo quod Beda ait, exponens illud verbum, Congregentur aquæ &c. quod potuit fieri vt terra subsidens partes concauas præberet, quibus fluentes aquas reciperet. Quæ autem sunt illæ concauæ partes terræ, & quomodo elementum aquæ nõ est defraudatum, quia debet esse circa decuplum quàm terra, & quomodo sunt intelligendæ authoritates scripturæ ꝙ aquæ maris sunt congregatæ quasi in vtre, & quomodo Deus posuit ostia & vectes ne mare transiret fines suos, in sequentibus capitulis intendimus declarare. In præsenti autem capitulo scire sufficiat, quòd aquæ fuerunt dupliciter congregatæ, videlicet, per alterationem quia inspissatæ, & per receptionem siue per localẽ motionem quia in concauitatibus terræ receptæ, & ad illas concauitates fluxere et localiter perrexerũt, vt ex tunc posset arida, idest, illa pars terræ quæ dicitur arida & quæ est habitabilis, apparere.

CAPVT XXV.

Quomodo sine defraudatione elementorum saluare possumus naturaliter, quòd aqua non cooperit totam terram.



IDETVR istud capitulum postulare ꝙ nos tractemus de proportionibus elementorum, quibus scitis inuestigare poterimus, quare aqua etiam naturaliter non cooperuit totam terram. Possumus autem assignare quatuor proportiones inter elementa, iuxta illud Boetij,

A

Tu numeris elementa ligas vt frigora flammis,
Arida conueniunt liquidis, &c.

Lib. 3. de cõs. met. 9.

Deus enim ligat, idest connectit elementa numeris, idest, proportionibus, vt frigora, idest, elementa frigida conueniãt flammis, idest, elementis calidis & humida conueniant siccis, vt aer qui est calidus conueniat aquæ quæ est frigida: & aqua quæ est humida conueniat terræ quæ est sicca. & aer qui est humidus conueniat igni qui est siccus. Has autem proportiones & has conuenientias possumus (vt prædiximus) quadrupliciter tangere, vt sit vna proportio secũdum quantitatem materiæ, alia secundum conuenientiam qualitatis, tertia secundum aliqualem æqualitatem virtutis, quarta secundum vicissitudinem generationis.

Aegid. contra exemp. cap. 5.

I. Erit itaque proportio in elementis secundum quantitatem materiæ: credimus quidem ꝙ tantum sit de materia in vno elemento quantum in alio.

B Verùm quia continue elementa generantur & corrumpuntur ex seinuicem, non oportet ꝙ istud tantum de materia semper contineatur secundum esse punctale, sed sufficit ipsum continuari secundum notabilem excessum: & quia vnum elementum est rarius alio, necesse est vnum elementum plus occupare de loco quàm aliud, & ex hoc ꝙ vnum elementum est rarius & formalius alio, est & cõtinens aliud. Credimus enim ꝙ aer sit in decuplo rarior aqua, iuxta illud Philosophi, ꝙ ex vno pugillo aquæ fiunt decem aeris: et quia (vt diximus) elementa proportionantur secundũ quantitatem materiæ, si tantũ de materia in aere propter sui raritatem occupat decies tantũ quantũ in aqua, dicemus sphæram aeris esse decuplam ad sphæram aquæ. sic etiam quia credimus ignem esse in decuplo rariorẽ aere, dicemus sphæram ignis esse decuplam ad sphæram aeris, sic forte diceret

1. Meteor. c. 1

C aliquis sphæram aquæ esse decuplam ad sphærã terræ, sed de hoc in hoc capitulo tractabitur.

II. Secunda proportio elementorum est secundum conuenientiam qualitatis. non sunt enim duo elementa sibi inuicem cohærentia et approximantia quæ non conueniant in aliqua qualitate: vt si ignis cohæret aeri & est proximus aeri, conuenit cum aere in caliditate: differt autem in siccitate, quia ignis est siccus, aer autem est humidus. & si aer cohæret aquæ et est proximus aquæ, conuenit cum aqua in humiditate: differt autem in caliditate, quia aer est calidus, & aqua frigida. Eodem etiam modo si aqua cohæret terræ, & est proxima terræ, conuenit cum terra in frigiditate: differt autem in humiditate, quia aqua est humida, & terra sicca. Non sunt ergo duo elemẽta proxima, quæ non differant in vna qualitate & conueniant in alia, ratione cuius est quædã proportio inter ipsa.

D

III. Tertia proportio inter elementa est secundum aliqualem æqualitatem virtutis. nam & si vnum elementũ est virtuosius & actiuius alio, non tamen sunt duo elementa proxima, quorum vnũ sit tanto actiuius & tanto virtuosius alio, ꝙ possit ipsum consumere, sed semper reseruantur in sua proportione. ideo inter quælibet elemẽta proxima est quædam æqualitas virtutis, vt vnum non consumat aliud, sed in sua proportione permaneant. Ad hanc autem æqualitatem virtutis vt vnum elementum non consumat aliud, tria cõcurrunt, videlicet, duæ primæ proportiones, et supercœlestia corpora. Nam cum prima proportio tacta fuerit secundum æqualitatem materiæ, secunda vero secundum cõuenientiam qualitatis, ex quo elementa sunt æquata in materia, & non sunt duo elementa proxima quæ non conueniant in aliqua qualitate, consequens est ꝙ æquatio in materia, & conue-

nientia

nientia in aliqua qualitate, teneant ipsa elementa proxi-
ma agentia & patientia adinuicem, vt vnum non confu-
mat aliud, sed conseruentur in sua proportione. Tertium
autem faciens ad hoc, est supercœleste corpus, vbi saltem
effectiuè & virtualiter aliquæ signa vel aliquæ stellæ
& aliqui planetæ sunt calidi, aliqui frigidi, aliqui hu-
midi, & aliqui sicci: & aliqui dominantur in vna par-
te, aliqui in alia: aliqui vno tempore, aliqui alio, & sic
circulariter, sicut apparet; quia cœleste corpus circula-
riter vertitur. ideo si in vna parte dominantur calida pro-
pter signa cœlestia, in alia parte dominantur frigida, in
vna parte dominantur humida, in alia sicca: & si in vno
tempore hæc, in alio illa: & sic circulariter semper cœle-
stia corpora in hac parte vel in hoc tempore influendo ele-
mentis ipsis in alia parte & in alio tempore alijs, semper fit
IIII. reseruatio elemētorum secundum se, vt totū vnum non cor-
rumpatur ab alio. Quarta proportio elementorum est secun-
dum vicissitudinem generationis, vt si in hac parte aer in-
spissatur & fit inde aqua, in alia parte aqua rarefit & fit
inde aer. Credimus enī ꝙ in illa parte vbi Sol transit dia-
metraliter supra mare, propter nimiā caliditatem radiorum
solarium, multum de aqua rarefiat & conuertatur in aerē,
vt ex hoc mare restringatur, et se retrahat: sic et sub Aq-
Maris fluxus et refluxus. lone & sub stella nautica vbi est tanta frigiditas, multum de
aere inspissatur et conuertitur in aquā, vt ex hoc aqua ma-
ris dilatetur et fluat, & sic vicissim aer generatur ex aqua
& econuerso: et quia ista sunt omni die, quotidie fit fluxus
& refluxus maris, & potissimè in illis maribus, in quibus
ex aqua matrice, siue ex magno mari, magis fit diminutio,
& augmentatio naturæ aquarū. Hæc omnia quidem nar-
rauimus nō propter elementa alia, sed ꝓp aquam et terrā,
de quibus volumus in hoc capitulo pertractare. Direximus
quidem sermonem nostrum ad omnia elementa, vt magis co-
gnoscat intellectus noster verificari de aqua & terra, quæ
verificātur de omnibus elementis. Aqua itaq; & terra sunt
æquata secundum materiam, sicut alia elementa, & conue-
niunt in aliqua qualitate, & in aliqua æqualitate vir-
tutis, & potissimè vt vnum non possit omnino superare
aliud, sed semper manent & manebunt in sua proportione:
& si est generatio & corruptio inter ea, vt si in vna parte
vel in vno tempore augmentatur aqua, in alia parte vel in
alio tempore augmentabitur terra, vt (sicut prædiximus)
in sua proportione permaneant. Aduertendum autē quòd
licet assignauerimus quatuor proportiones siue quatuor cō-
uenientias inter omnia elementa, quia nulla sunt elementa
proxima quæ non conueniant in æqualitate materiæ, in as-
similatione alicuius qualitatis, in aliquali æqualitate vir-
tutis & potentiæ, & in reciproca & mutua communica-
V. tione: possumus tamen quintam proportionem assignare in-
ter aquam & terram quantum ad vnitatem sphæræ terræ,
vt dicamus quòd licet elemētum superius faciat suam sphæ-
ram, & circundet totum elementum inferius, vt licet ignis
faciat suam sphæram & circūdat totam terram, aqua ta-
men & terra faciunt quasi vnam sphæram. Imaginabi-
mur quidem quòd terra habet suam formam rotundam, su-
per hanc autem formam rotundam est vna magna gibbosi-
tas alta & eleuata: & in hac gibbositate etiam in forma
hac rotunda terræ sunt multi montes & multæ gibbosita-
tes & concauitates: ipsa quidem gibbositas propter sui al-
titudinem & eleuationem remanet arida, vt aqua nō pos-

A sit cooperire totum spacium terræ habitabilis, quæ quasi
continet quartam partem terræ: in hac autem terra habita-
bili propter suas aliquas concauitates sunt flumina fluentia
ad mare, & sunt brachia maris: matrix autem aquæ vel
magnum mare facit vnam sphæram cum gibbositate terræ,
vt patet si circumscribatur figura. His itaq; prælibatis, di-
cemus, quòd elementum aquæ non defraudatur sua quan-
titate: nam dato quòd aqua esset decupla maior quàm ter-
ra, sicut aer est decuplus quàm aqua, & ignis decuplus quàm
aer, non tamen propter hoc aqua cooperiret terram habi-
bilem, nam gibbositas terræ quæ est terra habitabilis, est
plus quàm quarta pars terræ: sed quod dicitur habitari mi-
nus de terra quàm quarta pars, hoc est quia aqua aliquid co-
operit de illa gibbositate. Constat autem quòd quarta pars
sphæræ tenet medietatem diametri: nam si diuidatur sphæ-
B ra in quatuor partes, cuilibet quartæ respondebit medie-
tas diametri. Gibbositas ergo terræ, quæ est aliquid plus
quàm quarta pars, eleuatur vel potest eleuari aliquantulum
plus quàm medietas diametri terræ eleuetur, quod est qua-
si per octauam partem plus, ita gibbositas terræ eleuetur
super terram per medietatem diametri, & quasi per octa-
uam partem: quo posito diameter aquæ erit duplus ad dia-
metrum terræ, & continebit vlterius quartam partē: nam
aqua faciens vnam sphæram cum gibbositate, tantum erit
eleuata circa terram, quantum eleuatur gibbositas terræ:
& quia gibbositas terræ continet medietatem diametri, &
octauam partem, aqua ex vna parte superabit diametrum
terræ per medietatem diametri, & octauam partem: itaq;
diameter aquæ bis continebit totum diametrum terræ &
& bis octauam partem, quæ omnia coniuncta simul facient
C bis diametrum terræ, & quartam partem, quæ multipli-
cata cubicè, resultabunt inde vndecim & aliquid vl tra
tota ergo sphæra tam aquæ quàm terræ erit vndecies for-
ma terræ & aliquid amplius: subtracta ergo inde vnde-
cima parte propter formam terræ, & illo aliquo modo
amplius propter gibbositatem terræ, remanebit aqua de-
cupla ad terram siue ad formam terræ. Secundum hoc
ergo non defraudatur aqua à sua quantitate, & ponendo
in terra præfatam gibbositatem, remanebit terra habitabi-
lis discooperta aquis naturaliter, quia si aqua cooperiret
illam, ascenderet. Sed forte quæres, si aqua cum illa gibbo-
sitate facit vnam sphæram, & illa gibbositas eleuatur super
terram per medietatem diametri & octauam partem, et ex
hoc aqua vndiq; eleuabitur supra formam terræ tantum, et
per consequens diameter aquæ ex vtraq; parte vltra dia-
metrum terræ continebit medietatem diametri & octauam
D partem, vel (ꝙ idem est) continebit bis diametrum terræ
et quartam partem, quare oportebit hoc multiplicare cubi-
cè, vt sciatur tota quantitas sphæræ? Ad quod dicemus
esse in rotundis corporibus secundum diametros, quod &
in quadratis secundum superficiem. vt si esset aliqua ar-
ca quæ in qualibet facie esset vnius palmi, & alia quæ
in qualibet facie esset duorum palmorum, acciperemus
cubitum binarij, & diceremus bis duo quatuor, bisq;
quatuor octo, & concluderemus quòd arca habens in
qualibet facie duos palmos, contineret octo arcas ha-
bentes in qualibet facie vnum palmum: sic si esset alia
qua sphæra cuius diameter esset duplex ad alium dia-
metrum alterius sphæræ, illa sphæra contineret octo de
illis: quare si diameter aquæ continet bis diametrum

terræ et quartam partem, quia duo & quarta multiplicata cubicè faciunt vndecim & aliquid amplius, habebunt se aqua & terra secundum proportionem prædictam, & erit aqua decupla ad terram, & tamen non cooperiret terram totam. Aduertendū autem ꝙ diximus gibbositatem terræ se prætendere super terram per medietatē diametri & octauam partem, & ex hoc conclusimus quòd diameter aquæ facientis vnam sphæram cum gibbositate terræ, est bis diameter terræ & quarta pars, vt ex hoc concluderemus terram esse vndecimam partem illius sphæræ, & aquam esse decem partes, vt ex hoc saluaremus aquam esse decuplam ad terram, & non cooperire totam terram: quòd si ratio huius non est punctaliter facta, pōt quis ponere gibbositatem terræ aliquid plus vel aliquid minus, et sic saluare punctaliter proportionem. Aduertendum etiam ꝙ diceret aliquis, & satis rationabiliter, ꝙ nō oportet aquam esse decuplam ad terrā, quia terra nō est tātū densior aqua quātum aqua aere, quia si aer est decuplus ad aquam, est, quia est tanto rarior aqua ꝙ vnus pugillus aquæ facit decem aeris. Aduertendum etiam nos non descripsisse montes tā in forma terræ q̄, in gibbositate terræ ꝙ ibi sint vbi eos descripsimus, ac si vellemus describere Mappāmundi: sed solum hoc fecimus ad ostēdendum ꝙ tam in forma terræ quàm in gibbositate eius sunt mōtes. Quot autem sint huiusmodi montes & vbi sint situati, relinquimus describentibus Mappam mundi. Eodem autem modo in ipsa gibbositate terræ vel in ipsa terra habitabili descripsimus brachia maris & flumina, non ꝙ ita sint situata sicut ea descripsimus, sed ad ostendendum ꝙ sicut circa formam terræ sunt aquæ matrices et magnum mare describens cum gibbositate terræ sphæram vnam: sic in ipsa gibbositate terræ vel in ipsa terra habitabili sunt brachia maris & flumina.

CAPVT XXVI.

Quomodo mare est altius nobis, & quomodo Deus ipsum uectibus & ostys clausit, & terminauit.



E VIDEAMVR omnino despicere dicta doctorū dicentum mare habere altitudinem supra nos, volumus ostendere quomodo hoc verificari possit. Sensibiliter enim videmus ꝙ si sumus in portu videmus ibi nauem quā longe existentem discedentem à portu videre non possumus. Illi etiam qui sunt in naui aliquā non vident terram, qui si ascendant arborē nauis, forte eam videbunt: multotiens quidem existens in arbore nauis videt terram, quam non videt in naui: sed constat longiorem esse lineam à summitate arboris ad terrā, quam a terra ad infimam partem illius arboris. Quia si describeretur unus triangulus cuius vnum latus esset arbor nauis, aliud latus linea à terra vsq; ad infimam partem illius arboris, tertium autem latus esset à summitate arboris vsq; ad terram: linea procedens à summitate, esset maior, quia eēt opposita angulo recto. longinquitas ergo non esset causa, quare oculus in naui non videt terram, quam oculus videt in summitate arboris.

Ioan. de Sacro Busto cap. 1.



A erit itaq; causa, quia aqua maris se īterponit inter nauem, & terram. Sciendū ergo ꝙ oportet nos ponere mare et omnem aquam habere aliquam gibbositatem, quia nunquā res plana secundum totam planiciem potest distare æqualiter à rotundo. Cum ergo cœlum sit rotundum, oportet aliquam rotunditatem aquam habere, vt possit æqualiter distare à cœlo, quia si esset plana in extremitatibus suis, magis appropinquaret cœlo quàm in medio: & quia extrema illius aquæ quæ ponitur plana essent altiora qa essent cœlo propinquiora, descenderent versus medium, & facerent ibi aliquam gibbositatem: & non solū in mari vbi est tanta aqua, sed etiam si in ipso cypho vel in quocūq; vase ponatur aqua (siue impleatur vas illud siue non) semper gibbositatem faceret, aliter enim aqua circa latera vasis ꝓpinquior esset cœlo q̄ in medio, & tunc aqua circa latera quia altior, descē B deret ad medium, & faceret gibbositatem in medio. mare itaq; est gibbosum, & habet altitudinem respectu nostri, quia interponit se inter nos & naues quæ sunt in ipso: sed respectu vniuersi habet æqualitatem, vel habet esse infimum respectu terræ habitabilis: nam cum omnia flumina tendāt ad mare, et aqua nunquàm naturaliter tendat ad superius sed semper ad inferius, mare erit inferius quàm terra. Viso, quomodo mare respectu nostri potest habere aliquam altitudinem ratione suæ gibbositatis, respectu tamen vniuersi facit vnam sphæram cum gibbositate terræ siue cum terra habitabili, immo habet quandam inferioritatē respectu eius: restat videre, quare scriptura dicat ꝙ Deus conclusit mare ostijs, & posuit vectem, ne transiret fines suos, & congregauit sicut in vtre aquas maris: cum enim mare non possit cooperire terram habitabilem nisi ascenderet, non oportet ibi C ponere ostia, nec vectem, nec alios terminos, cū contra eius naturam sit ascendere. Ad hoc autem potest dupliciter responderi, vt sit vna responsio ex gibbositate maris, alia vero ex actione maris. Congregatæ sunt quidem aquæ quasi in vtre propter gibbositatem eius: eo enim ipso quòd Deus dedit mari naturam grauem, conclusit ipsum ostiis, & posuit sibi terminos, & constituit circa eum quasi vectem, ne ampliaret se dimittendo suam gibbositatem & accipiendo planiciem. Constat autem quòd tanta aqua quanta est aqua maris si esset plana sicut est gibbosa, maiorem locum occuparet quàm modo occupet. Legem itaq; Deus posuit aquis, ne dilatarent se per planiciem, sed constringerent & congregarent se per gibbositatem: quam legem acceperunt, accipiendo naturam grauis. Nam cum ad naturam grauis pertineat recedere à cœlo quantum potest, oportet D aquam habere gibbositatem, vt ex omni sui parte possit æqualiter fugere cœlum. Ista tamen gibbositas est pars magni circuli. vt si poneretur pes circini immobilis in centro terræ, & alius pes in aqua maris vel in quacunq; aqua, illam gibbositatem haberet aqua illa, quam describeret ille circinus: & quia rotundum (si sit magnum) minus habet de circuitate, ideo aqua in vase vel in flumine vel in mare quantumcunq; videatur plana, semper gibbositatem habet. In mari tamen magis apparet gibbosa, quàm in flumine vel in vase: nam qui videret totum circulum rotūdum, vel medietatem eius, vel etiam quartam partem, non dubitaret de curuitate eius: sed ita modicum posset accipi de circulo vel de sphæra, quòd oculus non apprehenderet curuitatem eius. quia in modico gibboso magis decipimus quàm in multo, propter quòd magis

Iob. 38.
Psal. 32.
Prouerb. 8.

decipimur

decipimur de gibbositate fluminis quàm maris. Secunda via ad hoc idem potest sumi ex actione maris. Nam si mare semper susciperet flumina, & semper infrigidaret aerem circa se, & converteret ipsum in aquam, forte cresceret tantum ꝙ cooperiret totam terram; sed Deus limitauit istam actionem maris, & istam susceptionem eius, vt sicut crescit in partibus frigidis conuertendo aerem ad se, sic diminuitur per actionem Solis, qui cum transit diametraliter sup mare, multum de aqua maris facit euaporare: & sicut crescit mare suscipiendo flumina, ita diminuitur madefaciendo terram: itaq; omnia flumina intrant mare, & mare non redundat, quia sicut suscipit mare flumina à terra vnde augmentatur, ita inebriat terram vnde diminuitur: & ex ista mutua datione & receptione sicut recipit a terra, sic dat terræ: & sicut ex nimio frigore mare conuertit aerem ad se, (B) & generatur inde aqua: sic ex nimio calore Solis fit multa euaporatio a mari, et generatur inde aer. Clauditur itaq; mare quasi quibusdam ostijs, & posuit Deus circa mare quasi vectem & terminos, ne tantum crescat quód transeat fines suos.

CAPVT XXVII.

Quomodo terra fundata est super aquas, & quis est ille locus unus ubi congregatæ sunt aquæ ut appareat arida, & quomodo congregationes aquarum appellantur Maria.



FORTE videretur alicui contradictiones quasdã continere scripturas sacras, secundum quas terra fundata est super aquas: videtur ergo ꝙ terra supernatet aqs, id autem quod supernatat alteri semper apparet sup illud, non ergo oportuit aquas congregari vt appareret arida, idest, terra. Aduertendum ergo ꝙ terra non dicitur fundata super aquas ꝙ supernatet aquis. Vnde August. 2. super Gene. ad literam circa principium ait, Quo circa nec ad literam quisquàm põt sic intelligere quod dictum est, Fundauit terrã super aquas: vt aquarum pondus terreno ponderi supportando naturali ordine quasi subiectum esse arbitretur. Tripliciter itaq; potest intelligi secundum Augustinum, Terram fundatam esse super aquam. Primo mysticè: sic enim iacet textus Prophetæ, Qui fecit cœlos in intellectu, qui fundauit terram super (D) aquas. Cœlos igitur, idest, sapientes fecit in intellectu, quia fecit vt vigerent intellectu, et sapientia: terram autem, idest, simplices fundauit sup aquas baptismales, vnde habent firmitatem. Secundo potest intelligi quo ad sensum literalem, & hoc dupliciter. Primo, quia aliquæ partes terræ sunt altiores aquis. terra ergo fundata est super aquas, qa ex fundamento suo habet aliquas partes altiores aquis. Alio quidẽ mõ exponit terrã fundatã esse super aquas. i. vltra aquas, & plusq̃ aquæ, quia est solidior q̃ aquæ: illa. n. domus fundata est super alia, quæ est solidior et firmior illa. Hæc aũt expositio literalis ꝙ terra fundata est super aquas quia est firmior & solidior aquis, potissimè habet veritatem, qa istã soliditatem & firmitatem non põt habere terra nisi per aquas, vt quia est conglutinata per humidum aqueum: ipsum

Cap. 1.

Psal. 135.

(A) enim humidum per se non est stabile, quia non est bene terminabile termino proprio: & ipsum siccum sine humido totum est dissolutum, & totum est puluis, conglutinatũ autem siccum per humidum fit stabile & solidum. Terra ergo fundata est super aquas non quantum ad natationem, sed quantum ad admixtionẽ, quia admixta aquis dicitur ex hoc habere quoddã fundamentum, qa habet inde quandã soliditatẽ & firmitatẽ. Concludamus ergo, et dicamus, ꝙ quãtum ad natationem terra non est fundata super aquas ꝙ aquæ supportent eam, sed hoc mõ fundata est super stabilitatẽ suam, vt nõ inclinetur in seculũ seculi, vt dicit scriptura. Eo. n. ipso ꝙ terra habet grauitatem sup omnia alia elemẽta, est in centro et in medio: et est longior a cœlo q̃ aliquod aliud elementum: ergo ex stabilitate sua. i. ex grauitate sua competit sibi ille locus, vt nõ declinet ab illo in seculũ seculi, sed (B) semper in æternum stet. Ex hoc quidem põt intelligi scriptura alia quæ dicit, ꝙ terra fundata est super nihil: quia nihil est aliud à terra quod sustineat terrã, sed de se cõpetit terræ locus quẽ habet terra. Cum ergo dicebatur supra ꝙ si terra fundata est super aquas, supernatat aquis, et semper appareret visibilis sup aquas, et non oportebat aquas congregare, vt appareret arida: patet ꝙ non ex supnatatiõe, sed ex admixtiõe ad aquas dicitur terra fundata super aquas: habet tamen suum intellectum, quare congregatæ sunt aquæ, & qũo apparuit arida, vt infra patebit. Viso, qũo terra fundata est sup aquas, volumus declarare quis est ille locus vnus, vbi congregatæ sunt aquæ, vt appareret arida. Dicemus ergo ꝙ ille locus vnus est inter aerẽ et terrã: nam aquæ quantum ad supnatationem sunt leuiores terra & grauiores aere, ascendũt. n. a terra & descendunt ab aere: si. n. terra (C) ponatur sup aquas, terra ibit inferius, & aqua remanebit superius, vt ex hoc dicatur aqua ascendere à terra, vel (qđ idẽ est) aer ascendit ab eis: ergo vnus competit locus aquis medius inter terram, à qua ascendunt, & aerem, à quo descendunt. Et si quæratur, qũo vocatur locus ille? Dicemus ꝙ cõi nomine vocatur Oceanũ, vbi esse dicitur magnum mare. Et si quæratur vlterius, si aquæ ascendunt à terra, & descendunt ab aere, & sunt mediæ inter terram & aerem, quare non cooperiunt terrã totam? Hoc est (vt patet per habita) propter gibbositatẽ quam habet terra, quã gibbositatem dedit ei Deus, vt hoĩes & animalia respirantia possent habitare ĩ ipsa. et qa illa gibbositas est altior alia reliqua terra, totum illud spacium circa terrã vsq; ad summitatẽ gibbositatis, põt dici quędã concauitas: & quia ibi habent esse aquæ matrices, & ibi habet esse mare magnum: cõgregatio(D)nes aquarum quæ appellantur maria vel quæ appellantur magnum mare, dicuntur esse receptæ in concauitate terræ: ita tamen ꝙ non cooperiunt terrã totam, quia nõ cooperiũt summitatẽ gibbositatis terræ, vbi est terra habitabilis. Oportuit ergo aquas congregari vt appareret arida, quia aquæ prius raræ & nebulosæ occupabant tantum locũ, ꝙ etiam summitas gibbositatis terræ non poterat apparere. Sed quia aquæ fuerunt congregatæ. i. inspissatæ: & occupantes minorem locum, summitas gibbositatis terræ quæ est terra habitabilis & est terra arida nõ cooperta aquis, incepit apparere. His aũt prælibatis volumus declarare, quare cõgregationes aquarũ vocatæ sunt Maria in plurali. Quod põt dupliciter declarari, primo rõne pluralitatis brachiorũ, secundo rõne facilis diuisionis aquarũ. Propter primum sciendum ꝙ imaginatur Psalmista congregationes mariũ quasi in vtre,

Psal. 103.

Eccl. 1. a

Locus cõgregationis aquarum.

si enim esset vter habens collum & bracchia in similitudinem crurium, & esset plenum vsq; ad summum, tunc in cruribus & in collo vtris essent deriuationes aquarum: sic magnum mare quod dicitur Oceanum, est quasi carpus istius vtris: bracchia vero maris quæ procedunt per nostram terram habitabilem, dicuntur quasi collum & crura istius vtris: & quia magnum mare habet plura talia bracchia, ideo illæ congregationes aquarum pluraliter appellatæ sunt maria. Secunda via ad hoc idem potest sumi ex facilitate diuisionis: nam quia aqua faciliter diuiditur, & de facili vna aqua potest fieri multæ aquæ, & etiam quia possunt de facili congregari & fieri vna aqua, ideo indifferenter in numera plurali & singulari, & de aliquo loco vbi est aqua, possumus indifferenter dicere singulariter, Hic est multa aqua: & pluraliter, Hic sunt multæ aquæ: illæ atq; congregationes aquarum indifferenter possunt dici singulariter mare, & pluraliter maria.

Nunc etiam à terris propinquis Oceanus denominatur, vt apud Britāniā dicitur Britannicus, apud Gados Gadicanus, apud Indiam Indicus.

CAPVT XXVIII.

Quòd secundum communem Sanctorum sentētiam plantæ fuerunt productæ tertia die, quia hoc concordat magis Textui scripturæ sacræ, & ex hoc difficultates difficiles enarrantur.



ICIMVS autem secundum communem Sanctorum sententiā tertia die fuisse plantas productas: vel fuisse productas ea die, quando dixit Deus, Congregentur aquæ &c. ad differentiā August. discordantis in hac parte à communi Sanctorum sententia. Dicunt quidem sancti communiter ea die congregatas fuisse aquas, & apparuisse aridam, & productas fuisse arbores & plantas, quantum ad suum perfectum esse, cum folijs et fructibus. Vnde glossa interlinearis (& est Bedæ) super illo verbo, Germinet terra, &c. dicit quod omnia creata sunt perfecta, et arbores creatæ sunt perfectæ cum folijs & fructibus. Augu. autem cum dixit Deus, Congregentur aquæ, & postea cū subdit, Germinet terra, vult arbores factas esse non secundum se, sed secundum rationes seminales, & prout habent esse in terra causaliter. Tunc enim cum dixit Deus, Germinet terra, secundum ipsum non fuerunt productæ arbores & plantæ, sed tunc accepit terra vim & virtutem producendi arbores & plantas: quod probat per textum Geneseos, dicentis, Istæ sunt generationes cæli & terræ, quanda creatæ sunt, in die quo fecit dominus Deus cœlum et terrā, et omne virgultum agri antequàm oriretur in terra, omnemq; herbam regionis prius quàm germinaret. Sed non potest intelligi (vt videtur) virgultum factum antequàm oriatur in terra, nisi intelligatur causaliter factum, & non in se: & (vt videtur) non potest intelligi herba regionis producta prius quàm germinaret terra, nisi intelligatur producta causaliter, & non in se. Hoc est ergo quod dicit Augustinus. 5. super Gene. quòd causaliter tunc dictum est produxisse terram, herbam, et lignum, idest, producendi accepisse virtutem. Et subdit, quod in ea iam quippe tanquàm in radicibus (vt ita dixerim) facta erant. Cum ergo congregatæ fuerunt aquæ, productæ fue- A *runt arbores, non in se, sed in quadam radice causali, prout terra radicaliter accepit virtutem & causam producendi plantas & arbores. Dicemus ergo quòd terra non produxit herbas & arbores secundum rationes seminales, nisi prout res sunt subiectæ agentibus naturalibus. Hæ autem rationes seminales sunt in plantis tripliciter, vt communiter ponitur, videlicet, in radicibus, ramis, & seminibus: sicut videmus in vite, quia si plantetur vitis cum radice, germinat: & si plantetur ramus vitis sine radice germinat: et si grana quæ sunt in vitibus siue semina commendentur terræ, germinantur inde vites. ergo antequàm essent arbores, non erant rami, nec radices, nec semina arborum, vnde poterat terra accipere virtutem generandi & producendi ipsa. Sed dices magnam esse differentiam inter generationem animalium & plantarum: quia in generatione animalium sic sunt determinatæ origines, vt non sit nisi vnus modus communicandi naturam in huiusmodi natura: & inde est quod nata ex putrefactione non nascuntur ex semine: inde est etiam quòd nullum animal natum ex putrefactione, generat. Et si dicatur quod mures nascuntur ex putrefactione & ex semine. Dicemus cum Commentatore quod isti & illi non sunt eiusdem speciei: sed mures nati ex putrefactione nunquàm generāt, et mures nati ex coitu nunquàm nascuntur ex putrefactione. Patet enim diuersos esse hos ab illis, quia mures nati ex coitu sunt magni & habent pilos grossos, nati autem ex putrefactione sunt parui & nunquàm adæquantur illis et habent pilos imbecilles alios ab illis. Solus autem Deus praut placet sibi potest facere hominem eiusdem speciei cū alio homine de terra vel de quacūq; materia: sed nunquàm natura potest facere duo animalia eiusdem speciei alio et alio* C *modo genita, vt quod vnum generetur ex putrefactione, et aliud ex coitu: immo adeò est determinatus iste generationis modus in animalibus, quod non solum animal natum ex putrefactione non generat, quia tunc natura eiusdem animalis cōmunicaretur per putrefactionem & per coitum, sed etiam nullum animal natum ex coniunctione diuersorum animalium generat: in talibus quidem oēs femellæ sunt steriles, & omnes mares habent semina infecunda, vt quia mula generatur ex coniunctione diuersorum, omnis mula est sterilis, et nullus mulus generat, quia si generaret mulus, aut generaret mulum, aut generaret non mulum: si generaret mulum, tunc mulus acciperet duplex esse, à mulo s. & ab asino: si vero generaret non mulum: tunc agens non assimilaret sibi passum: & quia non est dare medium inter affirmationem & negationem, siue inter mulum & non mulum, concluditur quod mulus generare non possit. sic etiā concluditur quod omnis mula est sterilis: nec esset dicendū quod mulus ex mula generare non posset sed ex alio animali generaret, quia si non generaret asinus ex asina, nunquàm generaret asinus ex equa. Reuertamur ergo ad propositum & dicamus, quod forte diceret aliquis sic esse determinatum modum in generatione animalium, sed nō est sic determinatus modus in generatione elementorum & in generatione plantarum: vt ignis non solum generatur ab igne, sed etiam à motu, et ignis generatus à motu ita calefacit & generat ignem, sicut alius ignis. Ita forte & herbæ non solum generantur ex radicibus vel ex ramusculis siue ex seminibus similium herbarum, sed ex putrefactione: ex cæmento enim antiquato generātur quædam herbæ quæ dicuntur rutæ, ex quarum seminibus generantur aliæ rutæ, vt manifeste videmus in antiquis parieti-*

bus

Beda.

Cap. 2. a

Cap. 4.

B

Auerr. 8. phy. cō. 46. & 7. Met. 22.

Plinius lib. 8. cap. 44. inquit, Est in annalibus nostris mulas peperisse sæpe, verùm prodigij loco habitum. Iulius itē Obsequens tradit mulā Reate peperisse. L. Scipione, C. Lælia Coss. Theaphrastus vulgò parere in Cappadocia tradit: sed esse id animal ibi sui gnis. Romæ item temporibus nostris mula peperit.

D

bus ex putrefactiōe cœmenti herbas rutas generari: sic etiā dicunt aliqui, ꝙ si funis ille vbi quiescunt muscæ facientes ibi immūditias suas, poneretur subter terram, ꝙ nasceretur inde menta. ergo à simili ex materia putri, terra potest accipere virtutem producendi herbas & plantas absq; eo ꝙ essent tunc actu productæ, sed postea in futurum producere eas. Sed non est verisimile nec rationabile, immo est cōtra ea quæ sensibiliter videmus, oēs. s. herbas & omnes arbores esse ita imperfectas ꝙ cum simili & sine simili generari possint: quia videmus aliquas herbas & aliquas arbores ita se habere ꝙ nunquam fiunt alicubi, nisi vel radices, vel ramusculi, vel semina earum portentur ibi. Has autem difficultates non incurrunt dicentes virtute diuina primas plantas & herbas esse productas, & postea per rationes seminales ex terra similia ex eis similibus procreatas, quantū ad herbas & plantas perfectas. vel ex similibus & non similibus B quantum ad herbas & plantas imperfectas: immo ea quæ sunt facta in pœnitentiam hominis sicut spinæ & tribuli à principio fuerunt producta, sed non in pœnitentiā hominis, sed propter peccatum est factum, vt esset ad hominis pœnitentiam: quare si imperfectæ plantæ vel arbores fuerunt primo productæ, multo magis fuerunt productæ perfectæ etiam secundum se, non solum secūdum rationes seminales. Vnde super illo verbo, Germinet terra &c dicit glossa, ꝙ quæritur de spinis & tribulis & de quibusdam lignis infructuosis, cur & quando creata sunt (& subdit) ꝙ nōie fructus quædam vtilitas designatur (& ait) ꝙ multæ vtilitates sunt manifestæ vel occultæ omnium quæ terra radicitus alit (& subdit) ꝙ ista prius & postea (idest, ante peccatum & post) nascebantur, sed prius non nascebantur

August. 3. de Gene. ad lit. cap. 18. homini ad laborem, sed post. sic. Et quædam glossa marginalis super illo verbo, Spinas & tribulos germinabit terra, dicit ꝙ spinæ antea erant, sed non vt laborem homini inferrent, sed post peccatum fuerunt ad laborem & afflictionē, C

CAPVT XXIX.

Quòd eodem die quo fuit discooperta terra & apparuit arida, decuit plantas esse productas.



POSSVMVS autem triplici via inuestigare, ꝙ illo eodē die quo fuit discooperta terra et apparuit arida, decuit plantas esse productas. D Prima quidem via sumetur ex parte plantarum, secunda vt comparantur ad terram, tertia ex parte informitatis terræ. Propter primum sciendum ꝙ posset aliquis credere, decere diuinam sapientiam ꝙ in productione prius essent producta semina, & postea ex seminibus plantæ essent exortæ: nam secūdum sapientes Philosophos principia debent esse minima quantitate & maxima virtute. ideo in arboribus semē habet rationem principij, quia est modicum quantitate & magnū virtute, cum ex paruo semine videamus consurgere magnam arborem. Et hoc forte attendētes quidam, dixerunt plantas prius esse factas in seminibus q̃

Cap. 4. in seipsis: quam opinionem tangit Aug. 5. super Gen. dicēs,

A An in ipsa terra causaliter & rationaliter, sicut in seminibus iam sunt omnia antequàm euoluant quodammodo atq; explicent incrementa & species suas per numeros temporum? (& parū infra.) An ideo antequàm exorta sunt, facta sunt, quia tunc exorta sunt, cùm semina germinarint? Erit ergo iste intellectus secundum hanc opinionem scripturæ sacræ. ꝙ Deus fecit omne virgultum antequàm oriretur in terra, & omnem herbam prius quàm germinaret terra, quia ista prius fuerunt facta in seminibus antequàm orirentur in terra, & post factionem seminum fuerunt exorta ex terra. Sed verba scripturæ sacræ magis sonant ꝙ à principio fuerunt semina ex arboribus, q̃ arbores ex seminibus: vtrumq; autem videmus modò: nā ex semine oritur arbor, & postea semen ex arbore, & sic arbor ex arbore, & semen ex semine, & totum ex terra, vt vult August. circa fi- Cap. 24.

B nem. 5. super Gen. Sed licet omnia circulariter modo fiant, quia ex gallina ouum, & ex ouo gallina, oportuit tamē ista à principio secundum modum aliquē inchoari: quia vel incepit Deus à seminibus ex quibus productæ sunt arbores, vel econuerso. Scriptura autem diuina sonat ꝙ econuerso.

Hoc est ergo quod Augu. ait. 5. super Gen. ꝙ non dicit scri- Cap. 4. ptura germinent semina in terra herbam et lignum fructiferum: sed ait germinet terra herbam virentem & facientem semen. Ideo concludit idem Augu. ꝙ dicit scriptura sacra à principio fuisse semen ex herba, non herbam ex semine. Differt enim operatio naturæ ab operatione diuina, quia semper natura ab imperfecto ad perfectum tendit, vt nunq̃ facit hominem nisi faciat ipsum puerum qui est homo imperfectus et ætatis imperfectæ. sed dei perfecta sunt opera. Adam enim factus à deo, non est factus in ætate puerili, sed

C factus est in ætate perfecta: & arbores factæ à deo, nō fuerunt factæ primò in seminibus vbi sunt arbores imperfectæ, sed factæ sunt secundum se perfectæ cum folijs & fructibus Hoc est ergo quod Beda dicit super illo verbo, Germinet terra, ꝙ omnia creata sunt ꝑfecta, quia homo factus est ætate perfectus, & arbores perfectæ cum folijs & fructibus. Ex hoc ergo apparet solutio illius quæstionis vulgaris, quid. s. fuit ante, an gallina, an ouum? quia Deus primitus non fecit oua, sed fecit aues ꝑfectas ex quibus orta sunt oua, & ex ouis aues, & sic facta est continuatio auiū: gallina ergo præcessit ouum, sicut arbores præcesserunt semina: & si nō præcesserunt tempore, quia totum fuit factum simul arbor cum folijs & fructibus in quibus sunt semina, præcesserunt tamen origine, quia dixit Deus, Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomi-

D ferum faciens fructum iuxta genus suum: verum si non tēpore, saltem origine & natura lignum siue arbor præcessit fructum & semen, et vniuersaliter perfectum præcessit imperfectum. Secunda via ad hoc idem patet non solum prout plantæ comparātur ad semina tanquàm ad imperfecta, sed etiam prout comparantur ad terram ex qua fiunt, & ex qua perfectionem suscipiunt: quia (vt tangit Augu. 2. su- Cap. 12. per Gen.) plantæ cum sunt distinctæ à terra, debebant alio productionis modo fieri à terra: vt autem sunt coniunctæ terræ, deberent eodem tempore, vel eodem die fieri cū terra, vt dicatur tunc terra facta, quando fuit discooperta, & quando apparuit: nam secundum se fuit facta terra à principio: sed tertia die fuit discooperta, et eodem die fuerunt in ea arbores & plantæ productæ. Hoc est ergo qđ Augu. ait. 2. super Gene. ꝙ aduertendū est huiusmodi moderamen

ordinatoris, vt quoniam distincta quædam creatura est her
barum atq; lignorum à specie terrarum & aquarum, vt in
elementis numerari non possint, seorsum de illis diceretur
vt exirēt de terra. Et subdit, qđ tamen quia fixa radicibus
continuantur terris & connectuntur, ista quoq; ad eundem
diem voluit pertinere. Ergo quia ista sunt fixa terræ, eodem
die debuerunt oriri quo discooperta fuit terra, vt statim ap=
parerent cum apparuit terra cum sint cōnexa terræ. Ter=
tia via ad hoc idem patet ex informitate terræ : nam circa
terram narratur duplex informitas, s. ꝙ erat inanis, & va=
LXX. *cua, vel (vt habet alia litera, & clarius) quòd erat inuisi=*
bilis, & incomposita. A principio quidem erat terra inuisi=
bilis, quia erat aquis cooperta: & erat incomposita, quia nō
erat plantis & arboribus coniuncta. & sicut duplex nar=
ratur à principio eius informitas, sic duplicem debuit for=
mositatem accipere : & ideo communiter dicitur, ꝙ sicut
prius erat informis quia erat inuisibilis et aquis cooperta,
et sicut à principio erat incōposita quia non erat plantis et
arboribus coniuncta, sic eodem tertio die produxit arbores
& plantas quibus est coniuncta & composita. Sed dicet ali
quis, quomodo translatio nostra ꝙ terra erat inanis & va=
cua, concordat cum translatione altera quòd erat inuisibilis
& incomposita ? Sed vtraq; translatio vult exprimere du=
plicem informitatem terræ : nam a forma habet res ꝙ co=
gnoscatur & videatur, & a forma habet materia ꝙ cōplea
tur & repleatur: translatio ergo dicens ꝙ terra erat inuisi
bilis, informitatem quandam expressit, cum a forma habeat
materia ꝙ videatur & cognoscatur: & translatio dicens ꝙ
erat inanis, informitatem expressit, cum materia sit quasi q=
dam locus recipiens formam : ergo materia informis potest
dici quasi inanis, quia caret forma : sic etiam translatio
dicens ꝙ terra erat vacua, quandā informitatem voluit ex=
primere, quia non erat repleta arboribus: & translatio di=
cens quòd erat incōposita, eandem informitatem voluit ex=
primere, quia non erat arboribus coniuncta. De operibus
itaq; diei tertiæ hæc dicta sint.

CAPVT XXX.

De ortu rerum, ubi ostenditur quòd sicut tres dies fuerunt appositi ad res distinguendum, sic fuerunt tres appositi ad ornandum.

Dei opus triplex.



RIPLEX *diuinū opus*
(quantum ad præsens spe=
ctat) distinguere possumus,
videlicet, creationis, perfe=
ctionis, & ornatus. quātum
ad opus creatiōis, nulla fuit
diuersitas temporū, nec plu
ralitas dierum : sed in ipso
primordio omnia fuerūt si=
mul producta, iuxta illud Eccl. 18. qui viuit ī æternū, crea
uit omnia simul. Sed licet oīa sint simul creata, non tamen
fuerunt omnia simul perfecta & ornata : sed tres dies fue=
runt appositi ad res perficiendas, & tres ad ornandas, itaq;
sexta die omnia fuerunt perfecta & ornata, et die septimo
Deus ab omni opere huiusmodi requieuit. Inde etiam quòd
Gen. 2. a *Moyses narrato opere sextæ diei, recapitulādo subdit. Igi=*

A *tur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum.*
In quibus verbis volens recapitulare omnia perfecta in sex
diebus, nō recapitulat nisi duplex diuinum opus, perfectio=
nis. s. & ornatus. quia in sex diebus fuerunt omnia perfe=
cta & ornata. De opere autem creationis nihil recapitu=
lat, quia illud non fuit factum secundum pluralitatem die=
rum, sed in ipso primordio simul omnia sunt creata. Aduer
tendum tamen ꝙ forma perficit, & distinguit: & vt perfi=
cit, dat esse & facit ꝙ res sit ens : vt distinguit, separat &
facit ꝙ quælibet res sit vna : & quia vnum & ens se con=
sequuntur cum quodlibet ens sit vnum, & econuerso, quæli
bet forma perficit, & distinguit: & quia omnia fuerunt fa=
cta aliquo modo informia, & per tres dies primos accepe=
runt formam & speciem, ideo opus illorum trium dierū po
test dici distinctionis, & perfectionis. Moyses itaq; narran
B *do opera primorum trium dierum, magis est vsus nomine di*
stinctionis, seu diuisionis, vt primo die diuisit lucem a tene=
bris, secundo aquas ab aquis, tertio terram ab alijs elemētis:
recapitulando verò magis est vsus nomine perfectionis, di=
cens ꝙ post sex dies perfecti sunt cœli & terra & omnis
ornatus eorum. Aduertendum etiam ꝙ illa informitas re=
rum magis fuit quantum ad quandam confusionem, quàm
quantum ad carentiam substantialis formæ. nam (vt supra
diximus) omnia fuerunt creata sub suis substantialibus for
mis, tamen sub quadam confusione : quia cœli non appare=
bant distincti, & elementa propter immixtionem aquarum
non videbantur distincta. In primo itaq; ternario dierum
licet res fuerint distinctæ & perfectæ quia confusio et in=
distinctia ad imperfectionem pertinent, magis tamen vtimur
sub nomine distinctionis quàm perfectionis, cum illa infor=
C *mitas sub qua res sunt productæ non fuerat nisi quædā con*
fusio & indistinctio rei. Volumus erga declarare in hoc
Capitulo, cum in primo ternario dierum fuerunt res distin
ctæ, quomodo in alio ternario fuerunt res ornatæ : & quia
primo res fuerunt creatæ, postea distinctæ, postea ornatæ,
oportet ipsis rebus creatis adaptare opera distinctionis &
ornatus. Quidam itaq; sic adaptant, dicentes, In principio de D. Thomas. 1. parte summæ, q. 70. art. 1.
tribus diebus creatis meminisse Scripturam, videlicet, de cœ
lo, & terra, cum dixit ꝙ in principio creauit Deus cœlum
& terram. & de aquis etiam cum addidit ꝙ Spiritus domi
ni ferebatur super aquas. Secundum ergo hæc tria (vt aiūt)
accipiuntur tres dies ad distinguendum, & tres dies ad or=
nandum : quia primo die facta fuit distinctio cœlorū, cum
fuit facta lux. secunda, aquarum, cum factum fuit firmamē=
tum diuidens aquas ab aquis: tertia die congregatæ sunt a=
D *quæ, & apparuit arida, idest, terra diuisa ab alijs elemen=*
tis. Propter quòd tres dies fuerunt positi ad distinguendū, et
tres ad ornandum. quia quarta die fuit ornatum cœlū, cum
facta sunt luminaria in firmamento cœli : quinto die fue=
runt ornatæ aquæ, cum ex aquis fuerunt pisces producti et
volatilia: sexto die fuit ornata terra, cum facta fuerunt re=
ptilia, bestiæ, & homo. Sed hæc multum pulchrè sonant, sed
forte non æquè cōcordant rebus: nam supra in hac opinio=
ne residebamus ꝙ prima die facta fuit distinctio angelorū,
secunda cœlorum, tertia elementorum. Sed opinio iam dicta
primam diem adaptat distinctioni cœlorum, secundam di=
stinctioni aquarum : & si cōsiderare volumus de ipsis, præ
fata positio non est realis, sed verbalis et æquiuoca: nam se=
quendo literam Gen. cum diuisæ fuerunt aquæ, non fuit fa
cta immutatio circa elementa, sed circa cœlos : cum autem
fuerunt

fuerunt ornatæ aquæ per pisces & aues,non fuit facta im-
mutatio circa cælos,sed circa elementa,quod sine æquuo-
catione aquarum esse non potest. Si enim acciperemus fir
mamentum pro aere ad quem ascendunt nubes, posset dicta
positio stare. sed accipiẽdo firmamentũ pro firmamento cæ
li,in quo posita sunt sydera, vt sonat litera Geneseos,cuius
est maior authoritas q̃ totius humani ingenij perspicacitas,
stare non potest. Viso,quomodo quãtum ad incorruptibilia
fuerunt appositi duo dies ad distinguendum & vnus ad or-
nandum,volumus ostendere ꝙ quãtum ad corruptibilia fuit
econuerso,vnus.s.ad distinguendum,& duo ad ornandum:
ad distinguendum quidẽ corporalia,idest,elementa non re-
quirebatur nisi vna dies, quia vno elemento erant confusa
& indistincta omnia alia elementa: nam elementum aquæ
ita erat rarum & nebulosum ꝙ cooperiebat totam terram;
inficiebat totum aerem,& inficiebat aliquam partẽ ignis:
congregato ergo hoc elemento & apparente arida, oĩa ap-
paruerunt distincta:& quia vnum elemẽtum sufficiebat ad
confundendum omnia,sufficiebat vna dies, immo vnũ opus
videlicet,congregatio aquarum ad distinctionem omnium.
Habito,quomodo vna die omnia corporalia siue omnia ele-
menta sunt distincta,volumus videre quomodo duobus die-
bus sunt ornata: nam licet immutatio vnius elementi suffi-
ceret ad elementa distinguenda, quodlibet tamen elementũ
(excepto igne) suum ornatum requirebat. Aduertendũ ta-
men ꝙ non totus aer ornatur auibus,sed solum iste vaporo-
sus aer multum vicinus terræ & aquæ dicitur auibus ador
nari,vnde pisces & volatilia ex aquis dicuntur esse produ
cta, quãuis pisces pertineant ad aquas,aues vero quantum
ad ornatum ad aerem humidum et vaporosum:tamen pro-
pter hanc conuenientiam vtrũq; genus,piscium.s.& auium
naturæ humidæ,idest,aqueæ deputatur,vt Aug.vult.3.su-
Cap.6. per Gen. Et ita vtrũq; elementum aeris et aquæ rõne huius
conuenientiæ ornatur vno die: propter quod duos dies fue
runt oppositi ad ornandum elementa,vnus ad ornandum ae
rem & aquam,& alius ad ornandum terram: primo ergo
& secundo die fuerunt distincti angeli & cæli,quarto ve-
ro die fuerunt ornati cæli,sed tertio die fuerũt distincta ele
menta.quinto & sexto die modo quo diximus sunt ornata.

CAPVT XXXI.

Declarans, quòd quarta die luminaria cœlestia sunt producta.



VOLENTES declarare ꝙ
quarta die cœlestia luminaria
sunt producta,duplicem diffi-
cultatem incurrimus:vnam ex
parte diei,aliam ex parte lu-
minum: & licet difficultatem
ex parte diei supra tetigeri-
mus,volumus eam iterum tan-
gere,vt ipsam perfectius dissoluamus. Ad quod mouent nos
verba August.multotiens replicantis, omnia esse facta vno
et eodem die,cum scriptura sacra dicat, Istæ sunt genera-
tiones cœli & terræ, quando creatæ sunt, in die quo fecit
Deus cœlum & terram,& omne virgultum: vel (vt ha-
bet alia litera) hic est liber creaturæ cœli & terræ,cũ fa-
ctus est dies,in quo fecit Deus cœlum & terram, & omne
viride agri. Secundum enim literam nostram ratione illius,

A ET interpositi,cum dicitur ꝙ in die fecit Deus cœlũ et ter-
ram & omne viride agri,iterum repetendus est ille ablati-
uus (die) vt supra tetigimus,vt sit sensus ꝙ in die fecit Deus
cœlum & terram,& (supple) in die fecit omne virgultũ
agri:non ergo vno die fuerunt hæc facta,sed in vno die fuit
factum hoc,& in die alio aliud. Sed ista enarratio nõ suf-
ficit ad translationem quam pertractat Augu. vbi dicitur,
Hic est liber creaturæ cœli et terræ, cum factus est dies,in
quo fecit Deus cœlum & terram,& oẽ viride agri. Ergo
videtur ꝙ eodem die omnia ista sint facta. Et quia viride
agri factum est tertia die,videtur idem esse tertia dies cum
prima: pari etiam ratione quarta dies in qua facta sunt
luminaria magna,& omnes alij planetæ, sunt idem cum
prima die. Ad quod possumus tripliciter respondere, pri-
mo per Augustinum: nam cum dicitur in Genesi ꝙ fons Cap.2.
B ascendebat & irrigabat vniuersam faciem terræ, exponit
August.5.super Gene.ꝙ pro numero plurali posuit singu- Cap.10.
larem,vt sic intelligamus fontes multos per vniuersam terrã
regiones proprias irrigantes. Pari itaq; ratione responde-
bimus rationibus Aug.ꝙ ibi pro plurali ponitur singulare,
vt intelligamus dies plures in quibus facta sunt ista. Est au-
tem in scriptura sacra iste modus satis vsitatus ꝙ pro plu-
rali ponitur singulare,sicut idem August.in eodem 5.indu Cap.30.
cit,quia in singulari locusta & rana nominata est in pla-
gis quibus Egyptij sunt percussi, cum esset (vt ait) innume
rabilis locustarum numerus & ranarũ. Secundo possumus
ad hoc respondere sicut respõdet Beda ꝙ ibi accipitur dies
pro omni eo tẽpore,quo primordialis creatura formata est:
in die ergo,idest,in tempore fecit Deus cœlum & terram,
& omne virgultum,& cætera alia: ibi ergo dies non stat
C pro uno die,sed pro toto illo tempore,in quo ista sunt facta.
Et (vt inducit ibidẽ Beda in glossa marginali super Gen. Legitur ĩ Psa.
vbi ista tanguntur) sic accipiendus est hic dies, sicut acci- secũdum diem
pitur,cum ait Apostolus, Ecce nunc dies salutis.ibi dicit Be tentationis. Itẽ
da ꝙ dies significat totum tempus, quo hic viuimus, sic dies Luc.19. Abra
potest significare totum tempus quo primordialis natura ham exultauit
facta fuit. Tertio modo respondere possumus accipiendo vt videret diẽ
diem pro vna die: vt dicamus ꝙ in vna die fecit Deus cœ- meum. et Ioã.
lum,& terrã,& omne virgultum agri,& omnia alia ope 9. Me oporte
ra facta in Genesi,quæ in sex diebus dicuntur esse produ- operari done
cta: nam omnia illa sunt partes totius vnius,quia sunt par- dies ẽ. Et Pau.
tes vnius & eiusdem Vniuersi. Sed partes alicuius totius lus, Nox præ-
possunt dupliciter considerari,vel vt sunt secundum se, vel cessit, dies aũt
vt sunt factione totius: nã cum totum sit omnes partes,ideo appropinqua-
eodem die quo factum est totum,factione totius possunt dici uit.
D fieri omnes partes: ergo si vna die fieret fundamentũ, alia
paries,& tertia tectum,partes istæ secundum se fierẽt alia
& alia die,sed factione totius factæ,fierent vno & eodem
die: nam cum prima die factum fuit fundamentum, nõ po
terat dici ꝙ facta erat domus,nec secunda die cum additus
fuit fundamento paries,dici poterat facta domus, sed tertia
die quando superpositum fuit tectum parieti & fundamen
to,tunc dici poterat facta domus, domus.s. fundamentum,
paries,& tectum.ergo vna & eadẽ die facta sunt hæc om-
nia non secundum se, sed vt pertinent ad domum totam,&
non vt facta sunt secundum se, sed vt facta sunt factione to
tius. Sed quæres,cuiusmodi sit factio totius,et cuiusmodi fa
ctione dicũtur fieri partes? Ad quod dicemus ꝙ est factio
secũdum bonitatem, & factio secundũ perfectionẽ: nam (vt
pluries recipit Augu.) perfectior est pars in suo toto quàm

in se: & ideo de vtoquoq; opere diuino dicitur ꝙ est bo-
Nota quare in fine num, sed de omnibus simul scribitur ꝙ vidit Deus cuncta
cōditionis re- quæ fecerat, & erant valde bona. partes ergo singulæ in
rum sit dictū se sunt bonæ, & sunt factæ factione bonitatis, sed in toto
valde bonum. sūt valde bonæ, et sūt factæ factiōe ꝑfectionis. illo ergo die
quo oīa sunt perfecta, omnes partes acceperunt quādam ꝑ-
fectionem in toto, vt factione perfectionis vno & eodem die
oīa sint producta: et ista videtur esse intētio literæ: nā cum
sexta die oīa producta essent, loquens Moyses de factione
perfectionis, ait, Igitur ꝑfecti sūt cœli et terra, et omnis or-
natus eorum (& aliquibus interpositis, subdit) ꝙ istæ sunt
generationes cœli & terræ, quando creatæ sunt, in die quo
fecit Deus cœlum & terram, & omne virgultum, & etiam
omnia opera primordialia: nam quando fecit Deus diem,
in quo die perfecta sunt omnia, siue accipiatur ille dies se-
B xtus, siue septimus, quia aliter & aliter tam sexto die quàm
septimo perfecta sunt omnia, quando fecit Deus huiusmodi
diem, factione perfectionis fecit cœlum & terram, & om-
ne virgultum, & omnia quæ in primordialibus operibus e-
narrantur. Soluta difficultate quantum ad diem, volumus
soluere difficultatem quantum ad luminaria. Diceret forte
aliquis, quarta die nō fuisse facta luminaria cœlestia, quia
si elementa fuerunt producta secundū suas substantiales for
mas, multo magis secundum suas substantiales formas cœli
luminaria sunt producta: si ergo ab ipso primordio habue
runt luminaria cœli suas substantiales formas, non quarta
die, sed in ipso primordio secundum veritatem producta vi-
dentur. Sciendum ergo ꝙ (vt communiter ponitur) lumi-
naria cœli ab ipso primordio habuerunt suas substantiales
formas, sed in quadam informitate, quia ab ipso primordio
C non habuerunt omnem formositatem, quam postea accepe-
runt. Videndum est ergo quæ sit illa informitas sub qua ꝓ-
D. Thomas, 1. ducta sunt luminaria cœli. Dixerunt autem quidam illam
parte summæ. informitatem esse quantum ad carentiam virtutis specialis,
q. 70. art. 1. habebant enim secundum eos luminaria cœli ab ipso pri-
mordio quandam virtutem cōmunem et generalem ad pro-
ducendum effectus: sed postea quarta die data fuit eis vir-
tus specialis & determinata ad producendum hos effectus
& illos, sicut data fuit terræ, tertia die, virtus specialis ad
germinandum herbas & arbores, cum dictum fuit, Germi-
net terra &c. Quam opinionē sequendo, luminaria quæ nūc
sunt, ab ipso primordio (vt videtur) fuerunt luminosa &
lucebant, sed non habebant illam specialem & determina-
tam virtutem quam acceperunt postea quarta die. Sed hic
modus dicendi non concordat cum textu, quia ab ipso pri-
D mordio luminaria quæ nunc sunt non lucebant, sed (vt di-
citur in textu) tenebræ erant super faciem abyssi. Et si di
catur, ꝙ lux facta fuit prima die: ergo prima die fuerunt
facta luminaria cœli. Dicemus quòd lux prima die fuit fa
cta, sed quarta die quando fuerūt producta luminaria, fuit
lux augmentata. Vnde August. sequendo communem San-
Cap. 11. ctorum opinionē, primo super Gen. ait, cur ergo factus est
Sol in potestatem diei, qui luceret super terram, si lux illa
diei suffecerat? Et respondet, quòd lux illa forte illumina-
bat regiones superiores, & non plene illuminabat istas in-
feriores partes: ideo oportebat Solem fieri, per quem dies
inferioribus mundi partibus appareret. Vel potest secun-
dum eundem Augustinum dici, quòd factus fuit Sol ad au-
gmentandum fulgorem diei. Sic etiam dicere possumus fa-
cta fuisse luminaria & stellas quarta die ad illuminandam

A noctem, quia (vt Sancti tradunt) illi tres primi dies ha-
buerunt noctes sine aliquo lumine. Vnde Beda super Gen.
ait, Notandum esse quòd nox toto illo triduo omnino tene-
brosa fuit, quæ post creata sydera aliqua luce claruit. Sed
quia intellectus humanus non quiescit, dubitaret forte aliqs,
quomodo luminaria cœli fuerunt ab ipso primordio produ
cta sub suis substantialibus formis, et postea quarta die in-
ceperunt lucere? Dicemus ergo quòd sequendo Diony. lux Lib. 4. de diui
illa facta fuit prima dies & factus fuit Sol, & quòd lux nis nominibus.
illa erat lux solaris, sed cum quadam informitate, Sol ha-
buit triplicem condensationem, Luna autem & aliæ stellæ
duplicem: nam non differt stella quæ lucet à suo orbe qui
non lucet, nisi quia est densior pars sui orbis, vt supra teti-
gimus, sequendo sapientes Philosophos. In ipso ergo primor
dio dicere possumus, quòd vbi debebat esse Sol & Luna &
B aliæ stellæ, erat pars densior quàm suus orbis, sed non erat
tantum densitas ꝙ luceret: sed quādo prima die dixit Deus,
Fiat lux, tunc illa pars orbis in qua debebat esse Sol, lucere
incepit, & diuisit diem à nocte: sed non lucebat ita clare
& ita splendide, sicut nunc lucet. sed postea quarta die qū
fecit Deus Solem Lunam & stellas, tunc illa lux facta pri-
ma die adeò condensata fuit, & ita splendere incepit ꝙ di-
citur tunc factus Sol. Aliæ autē partes cœlestes vnde factæ
sunt stellæ & Luna ita condensatæ sunt, vt recipiendo lu-
men à Sole, lucere possent. Itaq; tripliciter fuit Sol cōden
satus: primo in ipsa primordiali factione, per quam cōden-
sationem lucere non poterat: secundam autem condensatio-
nem accepit, cum primo die facta fuit lux, ex qua conden-
satione lucebat, non tamen recipiendo lumen ab alio corpo-
re, sed non lucebat ita clare & ita splendidè sicut nunc lu
C cet: sed postea quarta die est illa materia tertiò condensa-
ta, ex qua condensatione dicitur factus Sol lucens clarè &
splendidè, sicut nunc videmus. Sed Luna et stellæ duplicem
condensationem tantum acceperunt: vnam primordialem,
ex qua non lucebant, nec potuissent lucere, etiam recipien-
do lumen ab alio: secundam autem condensationem acce-
perunt ꝙ possent lucere, non per se, sed recipiendo lumē ab
alio, quam condensationem acceperunt quarta die, qua di-
citur Deus fecisse Lunam & stellas. Ex quo patet ꝙ etiam
secunda condensatio Solis fuit maior quàm secunda conden
satio Lunæ & stellarum, quia ex illa condensatione secūda
lucebat illa lux, quæ postea facta est Sol, non accipiendo lu
men ab alio corpore: sed ex condensatione sua secūda non
lucent Luna & stellæ, nisi recipiant lumen à Sole. Sic ergo
secundum hunc modū dicendi facta sunt luminaria cœli ꝑ
D condensationem cuiuslibet luminaris. possumus tamen per
solam cōdensationem illius lucis de qua factus est Sol, pone-
re productionem omnium luminarium: factæ enim erant
substantiæ omnium luminarium, sed non lucebant, quia nec
modò lucerent, si non haberent lumen à Sole. Quando ergo
primo die fuit facta lux illa, lux non habebat tantum de lu-
mine quòd luceret in se, & quòd faceret lucere alia lumi
naria: sed quando quarta die de illa luce factus est Sol, fuit
tantum augmentatum lumen eius, vt luceret in se,
& faceret lucere alia luminaria, vt ex
tunc dici potuit facta fuisse om
nia luminaria, quia om
nia lucere ince
perunt,
quæ antea non lucebant.

Caput

CAPVT XXXII.[1]

Vtrum sit unum cælum uel plures, ubi lumi- naria dicuntur esse producta.



BEDA IN quadam glossa marginali super Gen. dicit septem esse cælos, quorũ hæc sunt nomina, aereum æthereum, olympicũ, igneũ, firmamentum, cælum angelorum, & Trinitatis. Gregorius quidẽ, et habetur in glossa su-
per Gen. dicit primum cælum esse Trinitatis, secũdum an-
B *gelorum, tertium firmamentum. In vtraq; autem huiusmodi*
narratione prætermittitur cælum crystallinum, de quo fit
mentio super illo verbo, Fiat firmamentum in medio aqua-
rum, in quadam glossa. Erunt ergo secundum hoc octo cæ-
li, aereum, æthereum, olympicum, igneum, firmamẽtum, cry-
stallinum, empyrium siue cælum angelorũ, & cælum Tri-
nitatis. Sed omissa cælo Trinitatis, quia illud non est cælum
corporeum; septem cæli corporei sunt enarrati. Qui sic di-
stinguuntur, quia cælum aereum est ipse aer quantum ad
partem inferiorem, cælum æthereũ est etiam ipse aer quan-
tum ad partem superiorem, cælum olympicum est ipse ignis
quantum ad partem inferiorem, cælum igneum est etiã ipse
ignis quãtum ad partem superiorẽ, firmamentũ aũt (vt hic
accipitur) est à globo lunari supra vsq; ad cælũ sydereum,
C *cælum aũt aqueum siue crystallinũ est vltimũ mobile, cælũ*
angelorũ siue cælũ empyriũ est vltimũ corpus, quod creatũ
mox sanctis angelis est repletum. Itaq; non cõputatis cælo
Trinitatis, et non cõputatis elemẽtis, solùm tres cæli nomi-
nati sunt, Empyrium vbi sunt angeli, Crystallinum, & Fir-
mamentum. Damascenus tamen ponit septem Zonas cæle-
stes, in quibus dicit esse septem planetas, quas dicit se habe-
Lib. 2. cap. 6. *re secundum superius & inferius, sicut ipsæ planetæ se ha-*
bent. Erit ergo tota difficultas quæsiti, Vtrum sphæræ pla-
netarum faciant vnam sphæram cum cælo sydereo, quod
multum videtur concordare cum textu, vbi dicitur quòd fecit
Deus duo luminaria magna & stellas, & posuit eas in fir-
mamento cæli. Si ergo luminaria et stellæ sunt in firmamẽ-
to cæli & planetæ computantur inter luminaria cæli, vi-
detur quòd omnes planetæ sint in firmamento cæli, quod
esse non posset nisi sphæræ planetarum facerent vnã sphæ-
D *ram cum firmamento, siue cum cælo sydereo. Aduerten-*
dum ergo quòd propter ista tria posset aliquis moueri ad
ponendum distinctionem in cælestibus secundum tres diffe-
rentias quas videmus in ipso cælo. Est enim ibi differentia
secundum rarum & densum, quia videmus orbes raros &
stellas densas, vel videmus sphæras planetarũ raras et sphæ-
ram sydeream densam, quia sphæras planetarum pertran-
sit visus, sphæram autem sydeream pertransire non po-
test, cum cælum crystallinum & empyrium qui sunt supra
octauam sphæram à nobis videri non possint. Secunda diffe-
rentia in cælo est secundum superius & inferius: quia sy-
dera fixa sunt supra Saturnum, Saturnus supra Iouẽ, Iup-
piter supra Martem, & sic de planetis alijs. Tertia differẽ-
tia est secundum motum, et hoc est duplex: primo penes de-
A *xtrum & sinistrum, quia videmus in cælo motum ad de-*
xtrum & sinistrum siue ab oriente in occidens, & ecõuer-
so ab occidente in oriens. Est autem & alia differentia mo-
tus penes velox & tardum, vel secundum citius & tardius
complere cursum suũ: quia Saturnus cõplet cursum suum
in. xxx. annis, Iuppiter in. xij. & sic de alijs. His ita prælia-
batis dicemus aliquem negare in cælo eccentricos & epicy-
clos, vt patet per Commentat. in. 12. Met. & per Alpetra- Com. 45.
gium, quod si sic esset quòd planetæ non haberent eccentricos
& epicyclos, sed solùm mouerentur per motum sphærarum
suarum, nullus posset negare quin sphæræ planetarum es-
sent diuisæ inter se, & ab octaua sphæra. quod patet ex ip-
sis motibus: nam octaua sphæra siue firmamentum dicitur
in septem millibus annis perficere cursum suum, Saturnus
vero totum suum cursum complet in. xxx. annis, Iuppiter in
B *12. Mars in duobus, reliqui suo tempore: quod esse nõ pos-*
set, si omnes huiusmodi sphæræ essent vna sphæra: sed po-
nentes eccentricos & epicyclos, nulla ratio cogit quin om-
nes sphæræ planetarum possint facere vnum corpus cum
octaua sphæra, quod non ponendo, nõ possunt, nisi forte ali-
quis vellet in fatuas opiniones incidere, dicens quòd stellæ per
se mouentur in orbibus sicut pisces mouentur in aquis, quia
tunc esset scissio orbis, vel esset vacuum, vel essent duo cor-
pora in eodem: vel nisi quis vellet in aliam fatuam opinio-
nem incidere, quòd sicut aqua manens continua potest secundũ
vnam partem moueri ad vnum locum, & secundũ aliam ad
alium locum, sic possunt & orbes: sed hoc non est sine scis-
sione aquæ, sic hoc non posset poni orbibus sine scissione or-
bium: sed cum cæli sint solidissimi, nullam scissuram pati
possunt, iuxta illud Iob, Tu forsitan cũ eo fabricatus es cæ- Cap. 37.
C *los, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. Ponendo tamen (vt di-*
ximus) eccentricos & epicyclos nihil obstat quin omnes
prædictæ sphæræ sint vna & eadem sphæra. Hoc enim nõ
impedit primam differentiam cælestium penes densum &
diaphanum, quia quicquid ponamus (nisi velimus in fatuas
opiniones incidere) de necessitate ponere cogimur vnũ &
idem corpus continuum esse partim densum & partim dia-
phanum: nam si planeta non habet epicyclum nec eccen-
tricum, sed est fixus in suo orbe, vnus & idem orbis conti-
nuus, erit in vna parte densus vbi est planeta, & in alia dia-
phanus vbi est alia pars orbis. Secundo, hæc non impedit
differentiam secundam penes sursum & deorsum, quia tan-
tum est spacium à Luna vsq; ad cælum sydereum, quòd in tan-
to spacio possunt describi deferentes vel eccentrici maiores
& minores, quia Saturnus habebit maximum circulum de-
ferentem vel maximum eccentricũ. qui deferens vel eccen-
D *tricus erit in orbe quasi medulla in osse quæ est contigua*
ossi & non continua: & si esset in ipsa medulla Intelligen-
tia mouens, posset moueri medulla motu proprio velocius osse,
vel in contrarium nisi, si esset in in modum circuli, & me-
dulla in ipso. Post Saturnum habet quidem maximum defe-
rentem & eccentricum Iuppiter, & sic de alijs. Ponendo er-
go vnam sphæram tantum, & ponendo varios deferentes po-
terimus saluare aliquos planetas esse superiores, aliquos ve-
ro inferiores, quia habentes maiores deferentes sunt supe-
riores, minores autẽ inferiores. Tertia etiã differentia pe-
nes motum ad dextrum, vel ad sinistrum, vel penes motum
velocem & tardum, non impedit: quia sphæræ planetarum
non possunt habere alium motũ ab octaua sphæra cæli: er-
go planetæ possunt dici vnum cælum cum octaua sphæra, et

possunt dici alij cæli ab octaua sphæra. nam quantũ ad ipsas sphæras possunt dici vnum cælum, & frustra fit ꝑ plura quod potest fieri per vnum: sphæra erga potest dici vna, sed deferentes debent dici plures, & debent dici alij et alij: erunt ergo septem planetarum septem deferentes respectu quorum cælum sydereum põt dici octaua sphæra. Rursus præter deferentes siue eccentricos planetarũ ponimus epicyclos, quia aliq͂ videmus planetas retrogrados, aliq͂ directos, quod ex deferentibus tantũ saluare non possumus. Si q̃s tamen vellet ponere sphæras planetarũ non esse vnũ corpus continuum cum octaua sphæra: de leui respondetur ad Argumẽtum, quia cum dicitur ꝙ Deus posuit luminaria in firmamento cæli, quantũ ad planetas, dicemus ꝙ illa luminaria sunt posita in firmamento. i. sub firmamento, quia sub cælo sydereo: tamen ex quo sphæræ planetarum non habẽt alium motũ ab octaua sphæra, sed deferentes et epicycli habent alium motum, non videmus quare sphæræ planetarum non possint poni vnum corpus continuũ cum octaua sphæra, existentibus deferentibus planetarũ & epicyclis in illo corpore non continuis sed contiguis, vt possint planetæ per eos proprios & varios habere motus. Erit itaq; octaua sphæra vnum corpus cõtinuum cum omnibus sphæris inferioribus, in quo sunt multæ varietates: sicut in eodem corpore aĩalis sunt multæ venæ per quas currit alius & alius sanguis, & multa ossa in quibus sunt aliæ & aliæ medullæ, licet venæ & ossa in animali non se habeant circulariter, quia ipsum animal non est figuræ circularis: sic in ipso cælo erunt multi deferentes circulariter se hñtes qui mouebuntur in hmõi corpore quasi medulla in osse, si esset os & medulla ad modum circuli, quod ponimus in cælo, quia est figuræ circularis, non in animali, quia nõ habet circularem figuram. Hoc autem satis visus est imaginari Auicenna, cum dixit ꝙ cælum esse animal obediẽs deo. Ex hoc autem possumus saluare numerum motorum ꝙ tot erunt motores, quot sunt sphæræ cælestes, & quot sunt deferentes & epicycli. Et si dicatur ꝙ in. 12. Met. ponuntur motores. 47. vel. 55. Dicemus hoc non dixisse Philosophum secundum mentem propriam: opinio enim sua propria est ꝙ tot sunt ibi motores, quot sunt ibi motus, & quot sunt ibi mobilia. Et quia aliqui Astronomi tunc temporis ponebant ibi esse. 47. motus, alij 55. ideo dixit Philosophus tot esse motores. immo si poneremus sphæras planetarum non esse continuas cum octaua sphæra, nõ propter hoc cuilibet sphæræ daremus suum motorem, cum dictis sphæris non demus alium motum ab octaua sphæra. Ex hoc etiam magis concordamus cum scriptura sacra dicente Solem & Lunam & omnes stellas esse in firmamento cæli, quia ex quo omnes sphæræ planetarũ faciunt vnum corpus cũ octaua sphæra, quod dicitur firmamentum, omnia hmõi luminaria sunt in firmamẽto cæli, et oĩa hmõi luminaria hñtia suos deferentes et suos epicyclos habent eos in firmamento cæli. Insuper ex hoc magis concordamus cum scriptura sacra dicente, Fiat firmamentũ in medio aquarum & diuidat aquas ab aquis: nam cum tunc temporis aquæ secundum Sanctorum sententiã essent raræ & nebulosæ, & inficerent omnia elementa, si à globo lunari supra cum octaua sphæra est vnum corpus quod dicitur firmamentum, cum hmõi corpus sit inter cælum crystallinum quod dicitur aqueum non à frigiditate sed à diaphaneitate, et ista elementa quæ erant infecta aquis, & ex hoc poterant dici aquæ, ideo congruè dicitur firmamentum

Tex.cõ.47.

A se factum inter aquas & aquas. Aduertendum tamen ꝙ in hac materia diuersimode locuti sunt Sancti et Doctores, et nos ipsi multotiens non curauimus de modo loquẽdi. et idea siue dicatur vnum cælum et vna sphæra à globo lunari vsq; ad cælum sydereũ, siue dicantur esse octo cæli et octo sphæræ, quia septem cæli, idest, septem sphæræ septem planetarum, & octaua sphæra, idest, cælum sydereum, patet omnia hæc verificari posse: nam propter vnitatem totius corporis est vna sphæra & vnum cælum, propter diuersitatem aũt deferentium & eccentricorum possunt dici multæ sphæræ & cæli multi. Aduertendum autem ꝙ vnum animal vtputa vnus homo vel vnus leo dicitur esse vnum corpus, nõ tamen omnia quæ sunt in ipso, sunt continua, vt medulla nõ est continua ossi, sed contigua, & sanguis non est continuus venæ sed contiguus: sic potest a globo lunari vsq; ad octauã sphæram

B includendo ipsam sphæram octauam dici vnum corpus propter cõtinuationem totius: non tamen omnia quæ sunt in eo sunt continua, quia deferentes siue eccentrici nõ sunt cõtinui cum hmõi cælo, sed habent suos proprios motus ꝑ quos deferuntur planetæ, & epicycli, vbi sunt fixi planetæ, non sunt continui ipsis circulis deferentibus: & inde est ꝙ habent suos motus proprios per quos dicitur planeta retrogradus vel directus. Si enim esset vnum os tantum rotũdum ad modum circuli, et esset plenũ medulla non continua ossi sed contigua, & in illa medulla esset quasi quoddam pomũ non continuum medullæ sed contiguum, & in illo pomo esset fixa quedam gẽma: medulla se haberet vt circulus deferens siue vt eccentricus, pomum vt epicyclus, gemma vt planeta. Secundum hoc erga saluata cõtinuitate totius à globo lunari cum octaua sphæra, possumus saluare diuersitates motuũ

C planetarum per deferentes & epicyclos. Aduertendũ etiam ꝙ sicut in animali omnes partes non sunt æquæ densæ, quia os est densius carne: sic in hmõi cælo omnes partes nõ sunt æque densæ, quia stella est densior orbe: immo partes illæ vbi collocati sunt planetæ, siue sint deferentes, siue epicycli, siue aliæ partes cæli, sunt ita raræ ꝙ sunt diaphanæ & transparentes. differunt tamen hæc in animalibus et in cælo, quia in animalibus partes magis raræ sunt magis passibiles, sed in cælo ita est impassibilis & ita inalterabilis & semota ab omni peregrina impressione pars rara, sicut & densa: si ergo aliquis cum aliquo Instrumenta ferrea esset in cælo ita esset impossibile sibi infigere aliquid in partem raram sicut in dẽsam. Aduertendũ etiam ꝙ sicut in eodem animali omnia quæ sunt in ipso non sunt eiusdem qualitatis formaliter, quia aliqua membra sunt ibi calida & aliqua

D frigida. & aliqui humores sunt ibi calidi, aliqui frigidi, aliqui humidi, & aliqui sicci: his tamen omnibus non obstantibus, totum animal dicitur vnũ carpus: sic in ipso cælo non formaliter sed effectiue aliquæ stellæ sũt calidæ, aliquæ frigidæ, aliquæ humidæ, et aliquæ siccæ His tamen oĩbus non obstantibus a globo lunari supra cum octaua sphæra modo quo diximus dici poterit vnũ corpus. Secundũ hoc ergo sunt tres cæli et decẽ cæli: nã si à globo lunari supra cũ octaua sphæra cõputatur vnũ cælum qđ dicitur firmamentũ, erunt tres cæli, videlicet, cælũ firmamentum, cælũ aqueum, qđ dicitur crystallinum, vel quod dicitur vltimum mobile: & empyrium quod dicitur cælum angelorũ sed si à globo lunari supra cum octaua sphæra dicantur octo cæli propter septem deferentes septem planetarum, & propter cælum sydereum, tunc erunt decem cæli vt est ꝑ habita manifestũ.

Capue

CAP. XXXIII.

Quod non obstantibus condensationibus in partibus illis cælestibus ubi luminaria sunt producta, nulla uacuitas est in cœlo, ubi multæ raritates traduntur ad naturalia cuncta proficuæ.



DICEBATVR *autem supra ꝙ non per alterius formæ substantialis susceptionẽ, sed ꝑ solã condensationem, prima die facta est lux: sic etiã per solam huiusmodi condensationem factæ sunt quarta die oĩa luminaria cœli, Sol, Luna, & Stellæ. Merito ergo potest aliquis dubitare ꝙ in cœlo sint multæ vacuitates: nam si materia illa vnde facta est lux prima die ab ipso primordio, erat densior q̃ aliæ partes orbis, sed non erat ita densa ꝙ luceret, sed ad verbum diuinum, cum dixit Deus Fiat lux, illa materia fuit magis condensata, & lucere cœpit: cũ materia magis condensata occupet minorem locum, videtur ibi quoddam vacuum remansisse? Rursus, si illa eadem materia vnde fuit facta lux, quarta die postea magis condensata factus fuit inde Sol; videtur ibidem magis vacuum remãsisse? Amplius, si partes illæ cœlestes vnde facti sunt planetæ & aliæ stellæ ab ipso primordio habebant quandam densitatem, sed non tantam ꝙ lucerent, sed postea quarta die partes illæ fuerunt magis condensatæ, & fuerunt inde factæ Luna & aliæ Stellæ: videtur ꝙ in omnibus illis partibus remansit quoddam vacuum, cum corpus condensatum non occupat tantum locum vt primitus occupabat? Sciendum ergo ꝙ aliter operatur Deus, & aliter agentia alia: nam Deus operatur imediate per suam substantiã, omnia autem alia agentia operantur mediante aliqua virtute, siue mediante aliqua qualitate, vel mediante aliquo accidente.* Com. 31. *Vñ et Cõmentat. vult sup. 7. Met. ꝙ nulla actio egreditur imediate à forma substantiali. Si autẽ quæratur huius cã: triplex causa poterit assignari, vt sit pria ex parte diuinæ simplicitatis: secunda ex parte diuinæ ꝑfectiõis: tertia ex ꝑte diuinæ infinitatis. Pria via sic patet: nã ab essentia est* Cap. 1. *esse, à potentia posse, vel agere. Vñ Aug. 7. de Trinit. vult, quòd sicut ab essentia est esse, ita à potentia est posse. Verùm quia Deus est tantæ simplicitatis, quia sua essentia est sua potentia & sua virtus, ideo actio quæ immediate egreditur à virtute, dicitur in deo immediate egredi à substantia, quia idem est ibi substãtia quod sua virtus. Sed in creaturis non est tanta simplicitas quòd idem sit ibi essentia q̃d sua potentia vel virtus, sed potentia in creaturis est quoddã accidens & quædam qualitas superaddita substantiæ vel essentiæ creaturæ, vt potentia actiua & virtus per quam agit ignis, est calor qui est quædam qualitas, & quoddam accidens superadditũ substantiæ ignis: et quia potentia actiua siue virtus in creaturis à qua egreditur immediate actio, est quoddam accidens & quædam qualitas, & nõ est ipsa substantia creaturæ, inde dictum est quòd nulla actio egreditur immediate à substantia creaturæ: quod idem est dicere, quòd creatura non est tantæ simplicitatis, quòd ibi idem sit sua substantia quod sua potẽtia vel sua virtus. Secunda via ad hoc idem sumitur ex parte diuinæ perfectionis: nam res quæ agit intelligitur aliquo modo esse perfecta, nam vnũ quodq; tunc perfectum est, cum põt sibi aliq̃d simile facere: sed in deo omnes huiusmodi perfectiones trãseunt in substantiam. Vnde August. 5. de Trinit. vult, quòd in deo nihil sit per accidẽs.* Cap. 2. *Et idem August. ait, quòd Deus* 6. de tri. ca. 7 *est sine qualitate bonus, sine quantitate magnus. Bonitas ergo in deo nõ est qualitas sed est sua substantia, & magnitudo in deo non est quantitas quæ est accidens sed est sua substantia. Et quia Deus per suam substantiã est ꝑfectus: si ex hoc dicitur res perfecta quia põt agere, Deus agit ꝑ suam substantiam. sed creatura perficitur per proprietates & accidentia superaddita substantiæ, & per huiusmodi perfectiones agit quæ non sunt sua substantia: ideo in creatura actio non dicitur imediate egredi à sua substantia: q̃d idem est dicere, ꝙ creatura non est eo modo perfecta, ita ꝙ suæ perfectiones sint sua substantia. Tertia via ad hoc idẽ sumitur ex parte diuinæ infinitatis: Deus enim ꝑpter suã infinitatẽ nõ determinatur ad aliquod Prædicamentũ. Et si dicatur ꝙ Boethius dicit duo Prædicamenta esse in deo,* In li. de Trin. *scilicet, substantiam, et relationẽ. illa Prædicamenta sumũtur æquiuocè hic & ibi: substantia enim quæ est in deo nõ est eiusdem rationis cum substantia de qua loquitur Philosophus, quæ est vnum de decem prædicamentis: & relatio quæ est in deo longe semota est à relatione, quã Philosophi dixerunt vnum esse de decem prædicamentis, quia huiusmodi relatio est accidens, in deo autẽ nullum accidens esse potest. Nõ dicimus autem quin sit aliqua similitudo vel aliqua analogia substantiæ creatæ ad substantiam diuinam, & relationis in creatura ad relationem in deo: sed non est illa similitudo & analogia ꝙ substantia in deo determinetur ad Prædicamentũ substantiæ, quod prædicatur de creaturis: nec relatio in deo determinatur ad Prædicamentum relationis, quod est accidens in creaturis, quia in deo nullũ cadit accidens. Id ergo per quod agit Deus, est sua substantia. sed quia illa substantia est incõprehensibilis & infinita, & est quoddam pelagus claritatis & perfectionis, ideo includit in se perfectiones omnium generũ. Propter quod dicit Philosophus, 5. Meta. ꝙ est quoddã perfectum, quod* Tex. c. 21. *includit in se perfectiones omnium generũ. & ista est ꝑfectio primi Principij, videlicet, Dei. Immo non solum omnes perfectiones quæ sunt in quibuscunq; generibus, sed omnes perfectiones quæ sunt & quæ possunt esse, sunt in deo, ita ꝙ in eo sunt infinitæ perfectiones. Hoc est ergo quod vult Dionysius ꝙ laudare nos conuenit eum qui est infinitorum* Lib. 12. de diuinis noibus. *nominũ. Nam quia secundũ quãlibet perfectionẽ põt nominari Deus, vt secundũ sapientiã dicatur sapiens, secundum iustitiam iustus, & sic de alijs: quia ergo ipse est infinitarũ perfectionum, consequens est ꝙ sit infinitorum nominum. Reuertamur ergo ad ꝑpositum, & dicamus, ꝙ quia Deus immediate agit per suam substantiam, põt immediate producere ipsam substantiam: creatura vero quia id per quod immediate agit est accidens, non põt immediate producere nisi accidens. Sed dices, ꝙ etiam ipsam substantiam producit agens creatũ siue agens naturale: quia ipsam materiam sua substantiali forma expoliat agens naturale, & eam induit alia forma. Dicemus ergo, ꝙ agens naturale habet posse in ipsam substantialem formã non immediate sed mediantibus accidentibus, vt ignis potest expoliare aerẽ sua substantiali forma nõ immediate sed mediante caliditate, quia potest tantũ calefacere aerem quòd cum tanto ca*

lore non potest stare forma aeris sed introducitur ibi forma ignis. Erit ergo vna differentia inter agens creatũ & deum, quia ipse deus habet posse immediate sup ipsam substantiam, sed agens creatũ nõ hẽt suũ posse immediate super ipsam substantiam sed hoc hẽt media vt aliquo accidẽte, vt multipliciter est per habita declaratum. Ex hac autem differẽtia sequitur alia, ꝙ Deus attingit rem quae est substãtia vt est substantia, cũ immediate & secundum se attingat ipsam substantiam, sed agens creatũ per suũ posse si attingit rem quae est substantia non attingit eam vt est substantia, sed vt comparatur ad accidentia, cũ non attingat eũ nisi per accidentia. Agens itaq; creatũ hoc modo substantiam attingit, quia inducit accidentia quae contrariantur substantiae, quibus inductis oportet ꝙ tollatur substantia, sicut tollitur forma aeris cum tantũ est calefactus ꝙ illa calefactio sic contrariatur suae formae ꝙ non potest vlterius ibi stare huiusmodi forma. Ideo sapientes philosophi omnes generationes & corruptiones dixerunt esse ex contrariis & in contraria: & omnia haec ad contraria reduxerunt. Ex hoc autem patet ꝙ nullum agens naturale siue mediate siue immediate nullũ posse habet in ipsam materiae essentiam, quòd possit ipsam essentiam materiae tollere. quia nulla accidentia contrariantur essentiae materiae, sed cum quibuscunq; accidentibus stat eadem essentia materiae, nam eadẽ essentia materiae numero modò est sub summe calido, modò est sub summe frigido, modò sub medio: potest tamen agẽs naturale tollere essentiã formae, quia non stat eadem essentia formae cum quibuscunq; accidentibus, vt forma ignis non stat cum frigido, & forma aeris non stat cũ summe calido, & sic de aliis. Agens itaq; naturale quia non agit nisi per accidentia, non potest tollere essentiam materiae, cui nulla accidentia sunt cõtraria: sed potest tollere essentiam formae, cui in hoc contrariantur accidentia aliqua, quia non stat cum quibuscunq; accidentibus. Ex hac autem differentia sequitur alia, vt quia non potest tollere essentiam materiae, necesse est ꝙ praesupponat essentiam materiae non autem sic praesupponit essentiam formae. Ex his etiam sequitur differentia tertia ꝙ non possit tollere quãtitatem materiae, vt ꝙ possit eam augmentare nisi addito quanto, quia non posset facere ex materia quae est in vno pugillo, esse tãtum de materia quantum est in duobus pugillis, nisi addito quãto, vel addito aliquo corporeo. Ideo dicit Philosophus in libro de Generatione in capite de Augmento, ꝙ debemus supponere augmentum fieri per additionẽ alicuius corporis, potest enim agens naturale rarefacere, sed ex hoc (secundum Philosophum) non proprie augmentat, sed maiorem tumorem generat. Concludamus ergo, & dicamus, ꝙ sicut ipsa essentia materiae stat cum quacunq; raritate plurificabili in natura, & cum quacunq; calefactione & infrigidatione & condensatione, & cum omnibus huiusmodi permutationibus: sic stat ipsa quantitas materiae per quam materia est multa vel pauca, quia in oibus huiusmodi permutationibus non minuitur materia neq; crescit, quia si ex aqua fiat aer vel quodcũq; aliud corpus, illud idem & tantum, nec plus nec minus, quod erat de materia sub forma aquae, fit sub forma aeris vel cuiuscunq; alterius corporis. Ex quo manifeste sequitur ꝙ agens naturale sicut non potest tollere essentiam materiae, sed necesse est ipsum ipsam supponere: sic non potest tollere nec immutare quantitatem materiae, sed necesse habet ipsam supponere, quia quantitas

1. Phi. 41. et 42.

1. de Gener. Tex. 31. & inde.

A materiae stat cũ omnibus istis transmutationibus naturalibus, sicut & ipsa materia. His autem omnibus praelibatis, in quibus diutius nos sitimus ppter multas veritates ibi contentas, quae non solum ad hoc capitulum, sed quasi ad omnia naturalia deseruiunt: descendamus ad declarandũ nostrum propositum. Dicemus ergo ꝙ sex põt Deus quae non possũt alia agentia: põt. n. prĩo de aliquo facere nihil: secũdo potest de nihilo facere aliquid: tertio potest augmentare non rarefaciendo nec aliquod corpus addendo: quarto põt minuere non condẽsando nec aliquid de materia remouendo: quinto potest condensare nõ occupando locũ minorem, sexto põt rarefacere non occupando locum maiorem. Nã quia Deus attingit ipsum substantiam secundũ se & immediate nõ habito respectu prout cõparatur ad accidentia cõtraria, cum ipsa essentia materiae sit quaedã substantia, suũ

Sex. põt deus quae non põt alia agentia.

B posse attingit ipsam essentiam materiae: & nõ obstante ꝙ nulla accidentia sint ei contraria, potest ipsam essentiã materiae tollere, quod si faceret, annihilaret. Secundo quia põt tollere essentiam materiae, consequens est ꝙ in agendo nõ praesupponat eam: potest ergo producere ipsam essentiam materiae, sicut agens naturale potest producere ipsam essentiam formae, quia non praesupponit formã, cum possit tollere formam: põt ergo Deus producere aliquid non producẽdo materiam, quia faciendo creat & facit de nihilo aliqd. Tertio põt augmentare non rarefaciendo nec aliquid addendo, quia cũ posse diuinũ attingat ipsam essentiã materiae, et etiam ipsam essentiam quãtitatis quia attingit essentiam cuiuslibet rei praedicabilis, cum sint in eo perfectiones omnium praedicamentorum, poterit essentiam materiae trãsmutare ad maiorem quantitatem, poterit enim facere ꝙ parum de materia fiat multũ de materia: quod faciendo aug-

C mentabit nõ rarefaciendo, nec aliquid aliud addendo, sed illam eandẽ materiam ad maiorẽ quãtitatem transmutando. quarto poterit diminuere, non condẽsando nec materiã diminuendo, sed ipsam ad minorem quãtitatem transmutãdo: nam si potest facere ꝙ parum de materia fiat multum, poterit facere econuerso quòd multum de materia fiat parum, quod faciendo diminuit rem modo quo diximus. Quinto potest condensare non occupando minorem locum: nam si potest facere quòd parum de materia fiat multum, poterit condensare non occupando locum minorem, cum in hoc differat densum a minus denso, quia plus est de materia in tanto loco in re magis densa quàm in minus densa. Sexto poterit rarefacere non occupando locum maiorem: quia sicut transmutando materiam ad maiorem quantitatem potest rem condensare non occupando locum minorem, sic

D transmutando materiam ad minorem quantitatem potest rem rarefacere non occupando maiorem. Quare si Deus potest rem condensare non occupando locum minorem, cum fuerant partes illae caelestes condensatae vnde factus fuit Sol, Luna & caeterae Stellae, factum est hoc virtute diuina non occupantes minorem locum, vt nulle vacuitates remanerent in caelo: quod declarare volebamus.

quomodo

CAP. XXXIIII.

Quomodo luminaria, quæ sunt fixa in cœlo, dicuntur ornamenta cæli.

VOLENTES tractare de
luminaribus fixis in cœlo quō
sunt ornamenta cœli, incurre-
mus difficultatem quandā de
terra, quia arbores quæ sunt
fixæ in terra non dicūtur or-
namēta terræ, quia terra dici-
tur ornata die sexta, arbores,
vero fuerunt productæ die tertia. Ad hanc autē difficulta-
tem soluendam volumus declarare quō accipiatur ornatus B
in operibus sex dierum. Videntur autem omnia huiusmodi
opera ad duo esse referenda, ad perfectionē, & ad orna-
tum. nam cum sexta die vidisset Deus cuncta quæ fecerat,
& erant valde bona, quasi concludēdo infert scriptura di-
cens, Igitur perfecti sunt cœli & terra & omnis ornatus
eorū. Videndū est itaq; quō ornatus differt à perfectione.
Aliqui aūt distinguunt hæc duo penes interius et exterius:
aliqui autē penes agere vniuersaliter & specialiter: aliqui
vero penes finē & ad finem. Nā perfectio videtur perti-
nere ad interiora, vt ex hoc dicitur perfectus quis ex for-
mis & ex qualitatibus quæ sunt in ipso: sed dicitur orna-
tus propter aliqua exteriora quæ adhibet circa se, vtputa
vestes, vel aliqua alia ornamenta. igitur bestiæ et homines
dicuntur ornamenta terræ, quia sunt circa terram. Rursus
in terra est quædam virtus generalis producendi hæc, cum C
hæc in quadam generalitate causaliter sint in elementis,
quia per virtutes actiuas et passiuas elementorū fit mixtio
vnde ista producuntur, tamē nō posset terra nec possent et
omnia elementa simul sine homine producere hominē, nec
sine equa equū: ideo hæc ornamenta terræ videntur facere
ad specialitatē productorū, nam terra secundū suam per-
fectionē videtur habere quādam generalitatem ad ista, sed
per hæc ornamēta determinatur specialiter ad productio-
nem istorum: ergo perfectio & ornatus non solū possunt
accipi penes interius & exterius, sed etiam penes vni-
uersale & speciale. Ex his aūt dicunt aliqui, arbores &
plantas non pertinere ad ornatum terræ, quia terra de se
potest omnia illa producere: sed animalia dicuntur orna-
menta terræ, quia terra non potest producere animalia per-
fecta sine simili in specie. Terra itaq; secundū istos habet D
gn̄ralem & spālem virtutem respectu oīum arborū, quia oēs
arbores potest de se producere; sed respectu aīalium perfe-
ctorum habet virtutem generalem non specialem, quia nisi
determinetur per simile in specie, non potest illa produce-
re. Sed hoc non est verisimile nec rationabile ꝙ omnes ar-
bores sint ita imperfectæ ꝙ omnes fiant ex terra sine semi-
ne, cum semper perfectiora determinent sibi modum gene-
rationis. Animalia quidem sunt perfectiora plantis, quia
omnia animalia determinant sibi modos generationis, vt
animalia quæ fiunt ex putrefactione semper determinant
sibi illum modum vt nunquam fiant ex semine, & quæ
fiunt de semine nunq̄ fiant ex putrefactione. Et si dican-
tur aliqua fieri ex semine & aliqua ex putrefactione.
Hæc & illa non erunt eiusdem speciei vt supra de muribus

A tangebamus. Sed ꝙ nullæ plantæ sint ita perfectæ ꝙ deter-
minent sibi modum generationis, non consonat rationi, cum
videamus aliquas plantas participare masculinum & fœ-
mininum, in quo participant modū animalium, talia enim
credimus sibi determinare modum generationis: & quia ta-
lia fiunt ex semine: non fiunt ex putrefactione. Et si inue-
niatur, ꝙ sola virtus terræ sufficeret ad productionē plan-
tarum potest exponi non simpliciter, sed ꝙ magna par-
te. Tertio modo distinguunt aliqui perfectionem & orna-
tum, quia perfectio (vt dicunt) se habet vt finis respectu
perfecti, quia perfectum tendit in suam perfectionem tan-
quam in finem: sed ornatum respectu ornati non se habet
vt finis, sed vt ad finem: nam homo non ordinat se ad suas
vestes, sed suas vestes ordinat ad seipsum. Sed isti modi ac-
cipiendi perfectionē & ornatū penes interius et exterius
B vt dicebat distinctio prima, aut penes agere generaliter &
specialiter vt dicebat distinctio secunda, vel penes finem
& ad finem vt dicebat distinctio tertia, non videntur per
se fumi, nec conuenire videntur omnibus ornamentis et per-
fectionibus: nam aliqua penes sui intrinseca videntur or-
nari, vt agri vestiri, quia lilia agri dicuntur melius esse ve-
stita, quàm Salomon in omni gloria sua. & angeli dicuntur Matth. 6.
esse ornati, iuxta illud Ezechielis de Lucifero, Tu si- Cap. 28.
gnaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore.
Et subditur ibi, Omnis lapis pretiosus ornamentum tuum.
Et narrat nouem lapides pretiosos ornamentum eius, quo
numero (secundū Isid. 1. de summo bono) intelliguntur nouē Cap. 10.
ordines angelorū, quos (vt ait) apostata angelus ante lapsum
quasi in vestimento ornamenti sui, affixos habuit. Constat
aūt, ꝙ angeli non possunt habere ornamenta exteriora, sed
C ipsæ perfectiones angelorum dicuntur ornamenta eorum:
vn̄ supremus angelus dicebatur esse ornatus omnibus alijs
angelis, quia quasi omnes perfectiones aliorum angelorum
congregabantur in ipso: ipse etiam Deus dicitur esse vesti-
tus & ornatus, iuxta illud Psalmi, Amictus lumine sicut Psal. 103.
vestimento. Lumen autem, quo Deus dicitur amictus & ve-
stitus, est ipsemet, qui est lux, in qua tenebræ nō sunt vllæ:
vnde ipse est lux qua vestitur, ipse est lux quam inhabitat,
iuxta illud Apostoli. 1. ad Thim. Lucem inhabitat inacces- Cap. 6
sibilem. Itaq; in talibus spiritualibus substantijs nō poterūt
accipi perfectio & ornamentum secundum modos prædi-
ctos, vt dicatur Deus ornatus per exteriora, vel per ea quæ
sunt ad finem, vel penes agere in alia, siue generaliter si-
ue specialiter. Possumus ergo dicere Perfectionem posse
accipere penes dare esse; & ideo forma dicitur perfectio 2. Ph. tex. 27.
D rei, quia dat esse rei: Ornatum autem posse accipi penes
dare pulchritudinem & decorem, vndecūq; sit illa pulchri-
tudo & decor, siue per interiora siue per exteriora. Vnde
lilia dicuntur ornata penes ea quæ reddunt ea pulchra,
vt penes suos colores, et penes alia q̄ reddunt ea pulchra.
Videtur autem pulchritudo et decor facere ad delectatio-
nem; sicut perfectio facit ad esse, & ad distinctionem. Vn-
de ex hoc est res perfecta, quia habet esse in actu, & habet
esse distinctum sed ex hoc est pulchra. quia ipsa delectatur
in seipsa, vel quia alia delectantur in ea. Vnde ille supre-
mus angelus quia delectabatur in seipso, ex sua pulchritu-
dine corruit: et quia res delectatur in bono, eo ꝙ bonū est
illud quod omnia appetunt, vt sapientes Philosophi dixe- 3. de aīa. t. 51
runt: hoc forte motiuo motus dixit Diony. de diui. nomi. ꝙ Cap. 4.
omne pulchrum bonum, et omne bonū pulchrum, quia (vt ait)

bonũ & pulchrũ secundũ quẽ eãm cuncta desiderãt. His
itaq; prælibatis dicemus φ quãto res sunt pfectiores, tãto mi
nus indigent ornamẽtis exterioribus, qa ipsæ sibi sunt orna
Cap. 12. menta, iuxta illud Apost. 1. ad Corin. Quæ putamus igno
biliora mẽbra esse corporis, his abũdantiorẽ honorẽ circũ
damus. Et subdit, φ honesta mẽbra nullius egent ornamẽti.
Videmus quidẽ φ Deus ornatur seipso, qa ornamentũ eius
est ipsa substantia quæ est actus purus et lux pura. Orna
mentũ autẽ angeli sunt intellectus et sapientia eius, quæ nõ
sunt ipsa substãtia eius, sed sunt superaddita substantiæ: sunt
tñ bona intrinseca eius. Homo autẽ ornatur p bona exte
riora, vt per vestes, & per aurũ, et argentũ, et per gemmas
pretiosas appositas circa ipsum. Sic ẽt videmus in elemen
tis, quia ignis qui est nobilissimus elementorũ, nullũ habet or
namentũ nisi seipsum: aer aũt ornatur auibus: aqua pisci
B bus: terra autem (quæ est fex elementoram) est magis orna
ta cæteris elementis, quia ornatur arboribus, bestijs, & ho
minibus, ornatur ẽt auibus & piscibus, quia aues licet vo
lent in aere, quiescunt tñ in terra: et pisces licet natent in
aqua, multi eorũ quiescunt in terra. Sed vt ad nostrũ pposi
tũ descendamus, et vt obiectiones factas vel fieri possibiles
persoluamus: dicamus in ornatibus rerũ esse multitudinẽ et
paucitatẽ, qa aliqua ornãtur pluribus, aliqua paucioribus,
et quãto sun: aliqua ignobiliora, tanto plura hñt ornamẽta.
Rursus in ornamẽtis inuenimus maioritatẽ et minoritatẽ:
qñ ergo in aliqua re inuenimus multa gña ornamentorum
quorũ aliqua se tenent cũ re, aliqua sunt separata à re, ali
qua sunt maiora, aliqua minora: tunc quæ se tenent cũ re,
quasi amittunt nomẽ ornamenti, nõ quin possint dici orna
menta, sed quia hñt aliud spãle nomẽ, quia vñr ptinere ad
C pfectionẽ. sed ornamẽta separata spãliter dñr ornamenta,
quia nõ ptinent sic ad pfectionẽ, sicut cõiũcta. Et in hoc bñ
dicebant dicẽtes φ ornamẽta sunt in exterioribus, pfectiões
in interioribus. qđ verũ est vbi est dare ornamẽta exterio
ra sed vbi nõ sunt ornamẽta exteriora, idẽ erit pfectio &
ornamentũ, scđm aliud et aliud dictũ. Vel verũ dicũt sic di
centes, vbi sunt ornamenta exteriora, et additur ibi magis
pfectum nomẽ quia exteriora magis se tenẽt cũ ornamentis vt
distinguamus ea ab iterioribus, dicemus interiora magis se
tenere cũ pfectiõibus, nõ quin et ipsa sint ornamẽta, sed qa
in hoc distinguuntur ab exterioribus bonis. Scđo, vt diceba
mus, in ornamẽtis inuenitur maioritas et minoritas, qa ali
qua sunt nobiliora, aliqua ignobiliora: sicut ergo adueniẽte
maiori lumine obfuscatur minus, sic minus ornamentũ pdit
nomẽ ornamẽti pp maius. Ex his aũt possumus soluere ob
D iectionẽ prætactã superius, quare luminaria quæ sunt fixa
in cœlo, sunt ornamẽta cœli: et arbores quæ sũt fixæ in ter
ra nõ dñr ornamẽta terræ? Ad qđ aliqui dixerũt, φ lumi
naria non sunt fixa sicut arbores, qa arbores sic sunt fixæ,
qa nullo modo mouẽtur: sed luminaria cœli mouẽtur et suo
cursu peragunt circuitus suos. Sed dato φ cœlũ staret, et lu
minaria nõ mouerẽtur, essent nihilominus ornamẽta cœli.
Propter hoc dicere possumus put antea diximus: nã qa in
cœlo nõ sunt alia ornamẽta nisi luminaria, iõ quãtũcũq; sint
ibi fixa, quia nõ sunt addita ibi aliqua alia vñ possint pde
re nomẽ ornamẽti, vocata sũt ornamẽta cœli. terra aũt hñs
in se arbores fixas, qa hẽt alia ornamẽta separata lõge me
liora et potiora, pdiderunt arbores nomẽ ornamẽti, quãuis ve
re sint ornamẽta: et exinde Deus forte fecit arbores statim,
cũ apparuit terra, significans φ volebat dare terræ alia or
A namẽta. Amplius dato φ in cœlo possent assignari aliqua
alia quæ dicerẽtur ornamẽta, cũ nulla alia pñt assignari in
cœlo ita digna et ita nobilia sicut sũt luminaria. iõ pp nul
la alia potuerunt pdere nomẽ suũ quin vocarẽtur ornamẽ
ta. sed terra (vt diximus) pter arbores hẽt alia ornamẽta lõ
ge nobiliora, qa hẽt sensitiua, et scđm locũ motiua, quæ sũt
longe nobiliora qȝ vegetatiua: habet insup itellectiua, idest,
hoĩes. qui sunt longe nobiliores prædictis, licet hoĩes nõ sint
simpliciter ornamẽta terræ. ideo pp tot nobiliora ornamen
ta meritò arbores nomẽ ornamentorum perdiderunt.

CAP. XXXV.

Declarans unde habent esse diaphaneitates, & tot
B modi coloris, & tot modi lucis, quot uidemus
in cœlis.



VERVNT quidã vo
lẽtes dicere φ de cœlo nihil
videmus nisi stellas, assumẽ
tes rõnem ex aere et igne. q
in sua puritate videri non
possunt: et quia (vt aiunt) cœ
li quãto superiores, tanto pu
riores, & per consequens tã
to rariores, & ideo de eis
(vt asserunt) nihil videre possumus, nisi stellas. Sed hæc po
sitio stare non põt. primo prout cœli cõparantur ad elemẽ
ta: secundo prout cõparantur ad visum nostrũ. In elemen
C tis quidẽ quanto densiora, tanto viliora, & minus habentia
de actualitate: sed cum cœlũ sit naturæ luminosæ, nihil est
densa pars cœli, qȝ aggregatio luminis: sed diuersitas est in
densitate, quia põt esse tanta densitas φ resultat ibi color
& non lux, & põt esse tanta densitas φ resultat ibi lux, et
tanta densitas φ resultat non solũ ibi lux sed fons luminis, Ex densitate
vt patet in Sole qui creditur densior oĩbus alijs: densitas er color, lux, &
go in supercœlestibus nõ pertinet ad vilitatem, sicut in ele fons lucis, cau
mentis, sed magis ad nobilitatem & aggregationẽ luminis. santur.
pars ergo illa cœli vbi fixa sunt sydera, est superior, & tñ
densior alijs partibus, vbi sunt fixæ planetæ. Secũdo dicta
positio stare non põt prout cœli cõparantur ad visum no
strum: nam si oẽs cœli præter stellas essent rari, appareret
nobis cœlum empyrium qđ est totum lucidũ, cuius contra
rium videmus ad sensum. Prætermissa igitur hac opinio
D ne, dicamus φ in cœlo non videmus aliquid nisi diaphanũ
& luminosum, in quibus cõuenit cœlũ cum istis inferiori
bus. vnde Philosophus in. 2. de aĩa dicit, φ nõ secundum se Tex. 68.
aqua & aer est quid lucidũ, sed qm̃ natura eadẽ est in his
vtrisq;, & in perpetuo superius corpore. In alijs. n. qualita
tibus, vtputa in calido, frigido, humido, & sicco, non conue
niunt supercœlestia cum istis inferioribus formaliter: qa
hæc sunt in istis inferioribus formaliter, in superioribus qui
dem non sunt formaliter sed virtualiter. Sed rarum et den
sum, luminosum & diaphanum vere & formaliter sunt in
istis inferioribus & in supercœlestibus: differunt tñ hæc
multipliciter, primo quantũ ad scissionẽ, scđo quãtũ ad origi
nẽ, tertio quãtũ ad actionẽ. quãtũ ad scissionem quidẽ, qa clemẽ
ta rara facilius scindũtur qȝ densa. nisi forte pp nimiã a
ctiuitatẽ cõtrasistãt, sicut ignis q est rarior aere, nõ ita p
transiretur

transfertur propter nimiam actiuitatem, sicut pertransitur aer: ipsum tamen rarum (secundum quòd huiusmodi) in his quæ patiuntur peregrinas impressiones, leuius scissuram patitur quàm densum. sed in supercœlestibus non sic, quia (vt supra tangebatur) ita esset impossibile scindere rarum sicut & densum, & scindere orbem sicut & stellam, quia neutrum pati potest peregrinas impressiones. Secundo differunt hæc & illa quantum ad originem, quia hic rarum oritur ex calido dilatante, densum ex frigido constringente: ibi autem hæc oriuntur ex deo producente vel iubente. Nam nihil est ibi secundum rationes seminales, vt vult Augustinus circa principium. 6.

Cap. 1. super Gene. Non sunt in cœlo aliqua producta prout secundum rationes seminales materia est subiecta naturalibus agentibus, sed solum prout secundum rationes obedientiales est subiecta deo. Et ideo rarum & densum vel est in eo à principio producente, vel post productionem deo sic iubente. nam producto cœlo ex materia sub forma cœli, aliquæ partes cœli fuerunt diuino iussu magis condensatæ, quàm prius essent: quia (vt supra dicebatur) lux facta est prima die per condensationem suæ materiæ: sic Sol, Luna, & stellæ producti sunt quarta die per condensationem suæ materiæ. Tertio differunt hæc & illa quantum ad actionem, quia densa in elemẽtis, vt humor & humus, idest, aqua & terra, sunt magis passiua: rara, vt

Cap. 10. ignis & aer, magis actiua. Vnde Augustinus. 3. super Gen. ait, quòd sunt duo elementa ad patiendũ, humor & humus, idest, aqua & terra: ad faciendum autem alia duo, aer, videlicet, & ignis. Aduertendum tamen quòd quodlibet calidum est actiuum, frigidum subactiuum: & quia aer et ignis sunt calida, dicuntur elementa ad agendum. Inuenimus tamen aliquando aerem esse valde passiuum: quorum vtrũq; verum est, quia si consideramus ipsam caliditatem secundũ se, aer scribitur inter elemẽta actiua, quia calidus: sed si cõsideramus modum secundum quem aer participat caliditatem, quia simul cum raritate participat remissam caliditatem, dicitur esse valde passiuus. Vel possumus dicere ꝙ aer iste inferior propter infectionem quam habet ab elementis frigidis, semper est frigidus, nisi calefiat per supercœlestes radios: & quia frigidus & rarus, ideo passiuus multum quantum ad istam inferiorem partem. Densitas itaq; in elementis, facit ad passibilitatem, vel in elementis secundum aliquem modum diminuit actiuitatem: nam & iste aer inferior qui dicitur multum passiuus, est magis aliqualiter spissior, quàm aer superior qui est magis actiuus. Sed in supercœlestibus densitas facit ad actionem, quia influentia et actio magis est à stella quæ est pars densior, quàm ab orbe qui est pars rarior. Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus ꝙ licet rarũ & densum sint in superioribus formaliter, longe tñ aliter q̃ in elemẽtis: & licet elementa habeãt hæc longe dissimiliter à supercœlestibus, aliqua tamẽ elementata (quantum ad aliqua) imitantur in his supercœlestia, vt ferrum ignitum quia est densius longe plus vrit & agit quàm stuppa vel palea ignita quia est rarior. Sed in his non oportet sermonem producere. Sufficiat autem scire, quòd in supercœlestibus est rarum & densum, & est ibi magis densum & minus densum, sicut in his inferioribus. Prætermissa ergo actione & passione, quia de his nunc loqui non intendimus, saluare poterimus omnia quæ videmus in cœlis vel omnia quæ in eis visu percipimus. Nam vide-

A mus ibi aliqua quasi colorem: aliqua, lucem: aliqua, nec colorem nec lucem, sed diaphaneitatem & transparentiam. Diaphaneitas ergo & transparentia sumuntur secundum raritatem, color autem & lux secundum maiorem & minorem densitatem. Assignabimus quidem in cœlo duplicem colorem, & triplicem lucem, quæ omnia contingunt ex maiori & minori densitate: est enim in cœlo duplex color maculosus, qui est in quadam parte Lunæ, qui dicitur macula Lunæ: nam Luna in illa parte vbi est macula non lucet, sed apparet ibi quasi quidam color obscurus & quasi nebulosus & maculosus: vnde dicit Auerr. in. 2. Cœli & mundi, Lunam sapere naturam terrestrem. tamen sine terrestreitate sed ex sola quadam debili densitate, possumus maculam illam saluare. Secundo est in cœlo quidam color lazurinus non splendidus, idest, non illuminans: quem colo- Com. 49.

B rem prætendit octaua sphæra, vel illa pars cœli, vbi sunt sydera: nam inter ipsa sydera, quando est tempus clarum, videmus colorem lazurinum. Sunt ergo in cœlo duo modi colorum, & sunt ibi tres modi lucis: quia est ibi quædam lux ab alio recepta, quæ est quasi rubea sicut Mars, qui totus apparet igneus, & sicut sunt aliquæ aliæ stellæ, quæ videntur quasi igneæ, non tamen habent hmõi stellæ lumen ab alio quàm à Sole, sed in recipiendo illã lucem prætendunt colorem rubeum vel igneum. Secunda lux est in cœlo recepta per modum quasi cuiusdam albedinis, sicut lux Lunæ in illa parte vbi non habet maculam quæ videtur alba & clara, & sicut planeta qui dicitur Venus, qui recipiens lumen à Sole offert huiusmodi lumen oculis nostris per modum claritatis & albedinis. Tertius modus lucis est in cœlo, quæ non est recepta ab alio, sed est fons lumi-

C nis in se, & est principium luminis in alijs, cuiusmodi est lux Solis, à quo omnia alia recipiunt lumẽ. Erunt itaq; sex in cœlo: videlicet, diaphaneitas, quantum ad partes illas cœli, vbi sunt Planetæ: color maculosus, quantum ad maculam Lunæ: color lazurinus, quantum ad octauam sphæram, vel quantum ad partem illam cœli, vbi sunt fixa sydera: lux ab alio recepta quasi ignea, cuiusmodi sunt multæ stellæ talem colorem prætendentes: lux recepta quasi clara & alba, sicut sunt multæ stellæ talem faciem demonstrantes: lux non recepta ab alio corpore, sed quæ est principium & fons luminis, cuiusmodi est lux solaris. Diaphaneitatem ergo saluabimus sola raritate, vt partes illæ cœli vbi sunt planetæ, sunt diaphanæ propter raritatem quam habent: sed alia quinq;, videlicet, duos modos coloris, & tres modos lucis, saluabimus ex maiori & minori

D densitate. Ad cuius euidentiam, est sciendum, quòd in istis inferioribus color albus plus participat de luce, & niger minus. Omnes autem alij colores conficiuntur ex albo & nigro. In cœlo autem non ponemus album & nigrum, sed ponemus maiorem & minorem densitatem, & ex hoc ponemus maiorem & minorem aggregationem luminis: & vbi est maior aggregatio luminis & maior densitas, magis accedit ad lucem: sed illa densitas facit lucem, vel si non facit lucem, sed colorem, magis accedit ad colorem illum, qui plus habet de albo, vel plus habet de luce. Dabimus ergo quinq; modos densitatis solum secundum magis & minus, ex quibus duobus accipientur duo modi coloris, & ex alijs tribus tres modi lucis. Dicemus ergo quòd macula Lunæ densa est, quia non transparet, & eclipsat nobis Solem, cum supponitur Soli: & quia Luna secundum

A se totam tam secundum partem lucidam quàm maculosam Soli suppositam, Solem eclipsat, ideo est densa secundum se totam: densa est ergo macula Lunæ, sed est minor densitas, quæ reperiatur in cœlo: & quia minus est ibi de densitate, minus ibi est de aggregatione luminis: & ideo plus accedit ad colorem maculosum & obscurum, cum ibi minus sit de participatione luminis. Fuerunt enim aliqui dicentes quod illa macula est vmbra terræ vel alicuius montis. Sed nō semper terra nec aliquis mons se interponit inter Solem & Lunā, sed solum hoc fit in illis intersectionibus, vbi deferens Lunæ intersecat deferentem Solis, quarū vna intersecatio dicitur caput, & alia cauda Draconis. semper autē est in Luna illa macula, non autem semper se interponit terra vel aliquis mons inter Lunam & Solem. ergo illa macula non est vmbra terræ, vel alicuius montis. Dixerunt autem alij, quod illa macula est idolum maris, vel idolum terræ. Imaginātur autem quidam quod Luna sit quasi speculum, ubi apparet imago & idolum: & quia Luna semper respicit terram & mare, semper apparet ibi idolum terræ & maris, & per consequens semper apparet ibi illa macula. Sed nec hoc stare potest, quia cùm Luna moueatur semper, terra stante stabili, & mari stante in eodem loco, idem idolum non semper appareret in eodem loco in Luna: quia re stante, et speculo moto, idolum & imago mutatur ad motum speculi. Nos ergo non plus diffundentes in opinionibus talibus, dicamus Lunam in aliqua parte sui esse lucidam, et in aliqua maculosam: quia in illa parte vbi est maculosa, ita modicam densitatem habet, & ita modicam aggregationem luminis, quod ratione densitatis in parte illa non est diaphana nec transparens: ratione uero eius, quia illa densitas est valde modica, & parum habet de aggregatione luminis, redditur obscura & etiam maculosa. ergo tam modica densitas reddit colorē obscurum, vbi parum participatur de lumine: omnis enim color participat aliquid de luce. sed color obscurus minus participat de luce quàm alij. Præter itaque hanc densitatem, quæ est in macula Lunæ, est dare maiorē densitatem in cælestibus, quæ nō est tanta densitas, quod luceat vel quod possit recipere lumen, & ipsum refundere in alia, sed ex illa densitate resultat quidam color magis participans de luce, quàm macula Lunæ: & huiusmodi, est color lazurinus, cuius similitudinem prætendit octaua sphæra. Erūt ergo illæ partes vbi sunt sydera fixa, quæ apparent lazurinæ, magis densæ, & plus habentes de aggregatione luminis, quàm pars illa Lunæ, vbi apparet macula. sed non erunt ita densæ, nec habebunt tantam aggregationem luminis, sicut reliquæ partes Lunæ quæ lucent. Amplius autem præter has duas densitates ex quibus resultat lux, color obscurus, & lazurinus, est dare alias tres maiores densitates, ex quibus resultat lux: quarum una est recepta et quasi ignea, alia est recepta et quasi alba, tertia non est recepta sed est fons & principium luminis. Stellæ enim quæ videntur quasi igneæ, plus habent de densitate & de aggregatione luminis, quàm habeant partes illæ cœli quæ vidētur lazurinæ, tū quia illæ lucent, partes cœli lazurinæ non lucent: tum etiā quia color rubeus plus accedit ad lucem & albedinem quàm lazurinus, et plus habent de luce stellæ rubeæ lucentes, quàm partes cœli lazurinæ. Vnde manifeste videmus in istis inferioribus, quod si sint parietes antiquati & denigrati, & ponamus ibi calcem albam, resultat ibi quasi color rubeus: sed si carbones vitis triti misceantur cum calce, resultat ibi quasi color lazurinus: quia ergo plus habet de nigredine in carbonibus vitis quàm in parietibus antiquatis, plus accedit ad lucem & ad album color rubeus quàm lazurinus. Sed est dare aliam maiorem densitatem in supercœlestibus, ex qua resultat lux recepta prætendens claritatem et albedinem. sicut sunt partes lucidæ lunæ: & ista est maior densitas quàm sit lux recepta prætendens colorem rubeum, quia albus color plus participat de natura lucis vel de luce quàm rubeus, omnes enim stellæ tam prætendentes colorem album quàm rubeum, habent lucem receptam à Sole: sed prætendentes colorem album, habent plus de densitate & aggregatione luminis, quàm prætendentes rubeum. Est autem vltima densitas in cœlo & vltima aggregatio luminis, quæ est tanta, quia ex ea non resultat lux recepta ab alio, sed resultat inde fons luminis in se, & origo & principium luminis in alijs: et ista est lux solaris propter quod Sol est densius corpus, quod reperiatur in cœlo, vt vult Comment. 2. Cœli et mundi. Erit ergo in cœlo diaphaneitas ratione raritatis, & erit ibi duplex modus coloris, et triplex modus lucis ex maiori & minori densitate, vt est per habita manifestum. De eo autem quod videtur Philosophus dicere, quod Luna videtur sapere naturam terrestrem: non hoc dictum est quod Luna nō pertineat ad quintam essentiam, sed ratione illius maculæ, quæ colorem obscurum & terrestrem videtur prætendere.

Auer. in. 2. de Cœlo, cō. 49.

2. de Anima. Tex. 66.

Origo coloris rubei & lazurinei.

B

Commen. 42.

Lib. de animalibus, vt refert Auerr. 2. cap. de subst. or.

CAPVT XXXVI.

Pertractans de situ, & multitudine, & paucitate stellarum.

C



PHILOSOPHVS in 2. Cœli & mundi quærit, quare in primo mobili sunt multæ stellæ, in quolibet vero orbe planetarum est vna tantum stella? In quibus verbis aliam quæstionem mouet de situ stellarum, prout stellæ quæ sunt in cœli parte syderea, sunt superiores, planetæ autem inferiores. ipsi etiā planetæ se habent penes superius et inferius, quia Saturnus est superior inter planetas: postea est Iuppiter: & sic de alijs. In eisdem etiam verbis mouet quæstionē de multitudine et paucitate stellarum, cum quærit, quare in primo mobili siue in supremo cœlo sunt multæ stellæ, in alijs autē orbibus inferioribus, in quolibet est tantum vna stella? Sed videtur quæ-

D stio Philosophi præsupponere falsum, quia cœlū sydereum vbi sunt multæ stellæ, non est primum mobile, nec vltimum cœlum. Ad quod dici potest, quod omnino verba Philosophi sonare videntur in. 2. Cœli & mundi, quod octaua sphæra sit vltimum cœlum & primum mobile; quia forte ante eius tempora, vel quando illum librum composuit, nondum compertum erat octauam sphæram moueri diuersis motibus: nunc autem certum est orbem illum qui non mouetur nisi vno motu, esse primum mobile; nō tamen certum est, immo falsum est, ipsum esse supremum cœlum, quia supra primum mobile est cœlum empyriū. Tamen apud Philosophos hoc habitū est pro indubitabili veritate, quod idem sit primum mobile & supremum cœlum: quia posuerunt omne corpus mobile, & econuerso. Nec possumus in hoc recte reprehēdere Philosophos, quia cœlum empyrium, quod est supremum cœlum &

Tex. 61.

est supra

est supra primum mobile, dicta rationis sufficienter inuestigari non pôt. Supponens itaq; philosophus, omne corpus esse mobile, & opinans octauam sphæram moueri vno tantum motu, ex hoc credidit ipsum esse supremum corpus, quia ex quo erat primum mobile, nullum erat aliud mobile supra ipsum. & si nullum aliud mobile, ergo secundũ ipsum nullum aliud corpus. Hoc ergo Philosophus præsupponẽs, dicit & quærit circa finem. 2. de Cœlo & mundo, quare in orbe primo habente motũ vnum, sunt stellæ multæ, quæ non comprehenduntur (idest, quæ sunt in tanta multitudine quod cõprehendi non possunt,) & in vnoquoq; orbiũ

Tex. 67. reliquorum habẽtium motus multos, est stella vna? Et post pauca hoc idem habetur, quod secundum quidẽ primam sphæram vnã existẽtẽ lationẽ magna constat multitudo astrorum: aliorum autem sigillatim vnumquodq; accipit proprios motus. Ergo secundum Philosophum octaua sphæra est primus orbis, & habet vnum motum, & multas stellas: cæteri autem orbes planetarum, qui sunt inferiores, e conuerso se habent, quia quilibet eorum habet vnam stellam, & plu-

Com. 67 res motus. Sed translatio Cõmentatoris veteri translationi videtur esse cõtraria, vbi dicitur, quare in octauo orbe propinquo orbi primo habente vnum motũ sunt plures stellæ non numeratæ (idest, innumerabiles), & in aliorũ orbium vnoquoq; habentiũ plures motus, est vna stella? Igitur videtur hic, quòd octaua sphæra non sit primus orbis, sed sit propinquus primo orbi. Sed patet translationẽ Commenti esse falsam, & præter mentem philosophi ibi esse additum de sphæra octaua propinqua primo mobili: nam primo est ibi contrarietas ex verbis ipsius textus, cum dicitur, quare in octauo orbe propinquo orbi primo habenti vnum motũ. Si enim octauus orbis habet vnũ motum secundũ Philosophorum opinionẽ, nõ est propinquus primo orbi, sed ipse est primus orbis: nam secundũ Philosophorũ opinionem ille orbis qui habet vnum motũ, ille est primus orbis, cum secundum rei veritatem illud sit primũ mobile: & secundũ Philosophos vltra primum mobile non est alius orbis, quia ille orbis non esset mobilis, quod est contra eos, ponentes, Omne corpus mobile. Habet enim sic se rei veritas, quod supra primum mobile est cœlum stabile, quod dicitur empyriũ, sed hoc reuelatum fuit Sanctis, nõ inuestigatum a Philosophis. Secundo patet hoc idem ex verbis Cõment. ibidẽ dicentis, quod hoc quod dixit quod octauus est propinquus primo orbi, est ibi ab alijs additum (et subdit) quod Ptolemæus posuit nonũ, quia dicebat quod ipse inuenit in stellis fixis motũ tardum secundũ ordinem signorum. i. inuenit quod octauus orbis præter motum diurnum qui est ab oriente in occidens, habebat motum tardum qui est ab occidente in oriens: motus enim ab oriente in occidens in octaua sphæra & in omnibus alijs, est velox, quia est infra diem & noctẽ semel: sed in octaua sphæra motus contrarius, ab occidente in oriens est tardus qui est octauæ sphæræ proprius, quia est in centũ annis per vnum gradũ secundum Ptolemæum. Et subdit idẽ Cõmẽtator, quod moderni Arabes dicunt quod iste motus est motus accessus & recessus, & quod non est perfectus. Ad cuius

In almagesto. euidentiam sciendũ quod Ptolemæus posuit octo sphæras moueri motu primi mobilis, quod est supra ipsam, quod nos dicimus cœlum crystallinũ, Philosophi tamẽ vel potius astronomi qui magis inuestigauerunt de motibus cœlestibus, nescierunt aliquid dicere, cuius naturæ esset primum mobile: sed videntes quod octaua sphæra mouebatur pluribus motibus,

A coacti fuerunt dicere quod supra octauã sphæram siue supra cœlũ sydereũ erat aliqd mobile, qd aliter ipm noiare nescientes, dixerunt esse primũ mobile. quia ergo cœlũ sydereũ siue octaua sphæra hẽt aliqd mobile supra se, oportet quod moueatur duobus motibus. vno motu quo mouetur ab oriente in occidens, qui est proprius superiori mobili a quo reuoluitur. & qui est valde velox, quia est infra diem & noctem semel. & alio motu mouetur motu proprio ab occidente in oriens contrario primo motui qui est valde tardus, quia secundum Ptolemæum est in centum annis per vnum gradum Nunc autem de isto motu proprio sic tardo est contrarietas inter opinionem Ptolemæi & opinionem modernorũ Arabum qui fuerunt tempore Cõmentatoris, quia filij eius (vt dicitur) fuerunt cum Imperatore Federico, qui obijt forte sunt quinq; anni, vel obijt cum essent ab annis domini. 1250. parum plus vel parum minus, cum Federicus II

B modo sint 30. Ipse igitur Ptolemæus videns quod octaua sphæra contra motum primi mobilis mouebatur in centum annis vno gradu, credidit quod perficeret & compleret hoc modo cursum suum. Et quia quilibet circulus cœlestis secundũ computationẽ Astronomorũ diuiditur in 360. gradus, si octaua sphæra in centum annis mouetur vno gradu & hoc modo complet cursum suum, consequens est quod octaua sphæra in triginta sex milibus annorũ complet reuolutionem suam. Sed Arabes (inter quos forte principaliter fuit Tebith, qui de hoc motu fecit specialem Tractatum) dixerunt quod octaua sphæra secũdũ illum motũ non perficit motum suũ, sed post aliquem motũ factum retrocedit: ideo vocauerunt motum illum accessus & recessus, quem motum describens Tebith, dixit octauam sphæram moueri super duos paruos circulos descriptos super capita Arietis et Li-

C bræ. Cõmentator tamẽ videns hoc non procedere secundũ mentem Philosophi, ponit octauam sphæram esse primum orbem, & ait in eodem Cõmento, quod illud quod inuenitur in hoc libro, videlicet, quod octauus orbis nõ sit primus orbis, sed sit propinquus primo orbi, si sit verum. i. si vere hoc dixerit Aristoteles, forte hoc dixit innuẽdo opinionem Babilonicorum. idest, Arabum. Non ergo secundum Cõment. quãtũcunq; haberet trãslationem nõ verã, fuit de intentione Aristotelis, quod octauus orbis nõ esset primus orbis, sed eẽt propinquus primo orbi: sed si hoc dixit Arist secundũ Cõmentatorẽ dixit illud referendo opiniones aliorum, vel (vt supra tetigimus) philosophus hoc nõ dixit. sed fuit superadditum ab alijs, quod satis Cõmentator esse innuit. Tertia via ad hoc idem quod. s Aristoteles opinatus est octauam sphæram esse primũ mobile, patet ex rationibus quas ad-

D ducit. sed de hoc in prosequendo patebit. Viso quid senſit de octaua sphæra, quia credidit ipsam esse primum mobile: volumus aliam difficultatẽ hic mouere, quia videtur non esse vnum corpus cõtinuũ ab octaua sphæra vsq; ad orbem lunæ, cum philosophus videatur distinguere inter octauam sphæram & septem sphæras planetarum, & dicat septem sphæras planetarum esse septem orbes, & cœlum sydereum vbi sunt multæ stellæ esse octauum orbem. Propter quod sciendũ quod cœlestes apparentias saluare debemus per pauciora quàm possumus: cũ ergo quilibet planeta habeat suũ motum aliũ à quocunq; planeta & syderibus fixis, de necessitate ponere cogimur quẽlibet planetã habere sphærã distinctam à qualibet sphæra aliorum planetarum, & ab octaua sphæra. Vel si ponamus à globo lunari cum cœlo

sydereo esse vnũ corpus continuum, de necessitate cogimur
ponere in illo corpore continuo planetas habẽtes eccentri-
cos et epicyclos, vt est supius declaratũ. Et si possemus per
diuersitates solas sphærarum planetarũ saluare oẽs appa-
rentias quas videmus in motibus planetarũ, nõ ponendo ec
centricos & epicyclos, leue esset hoc ponere, & diceremus
sic esse ponendũ; sed quia sol & oẽs planetæ alij aliquãdo
sunt in Auge, aliquãdo in Nadir & in opposito Augis, qa
aliquando magis eleuantur a terra, aliquãdo magis appro
pinquant terræ, & quia aliqui planetæ aliquãdo sunt re-
trogradi, aliquando directi, ad saluandũ istas apparentias
de necessitate cogimur ponere eccentricos & epicyclos.
2. de cœlo. Vnde & Simplicius vult, φ si alias apparẽtias saluare po-
terunt negantes eccentricos, istam tñ apparentiã saluare
non pñt, quia videmus solẽ vno tpe magis eleuari a terra,
φ̃ alio tẽpore. Cogimur ergo ponere eccentricos & epicy
clos, quos ponendo saluare possumus oẽs apparentias, nõ po
nendo sphæras planetarũ esse diuisas inter se, & ab octa-
Cap. 32. ua sphæra. Sed ponendo oĩa hæc esse vnum corpus conti-
nuum, in quo & cum quo eccentrici & epicycli planeta-
rum non habẽt continuitatem sed contiguitatem, & sunt
in huiusmodi corpore continuo collocati quasi medulla in
ossibus, vt superius dicebatur, & quia frustra fit per plura
quod potest fieri per pauciora et æque bene, ideo possumus
ponere à globo lunari supra cum octaua sphæra eẽ vnum
corpus continuum, ponendo ibi (modo quo dictum est) eccen
tricos & epicyclos, quia his positis poterimus oẽs apparen
tias saluare, vt parum instructis in Astrologia põt esse no
tissimum, quia sphæris nõ oportet dare alium motũ ab octa
ua sphæra, sed sufficit hoc dare eccentricis & epicyclis.
Itaq; sic se habentibus cœlestibus sphæris assignat idem
Tex. 69. Aristoteles tres rationes in fine. 2. de Cœlo et mũdo qua-
re in octaua sphæra sunt tot stellæ, & in vnoquoq; aliorũ
inferiorum est vna stella siue vnus planeta, vt sit vna ratio
ex parte motus, alia ex parte influentiæ, tertia ex parte
I. motoris. Ex parte quidem motus põt sumi ratio talis: quia
cum per motum & luminositatem fiat influentia in hæc
inferiora, ideo inferiores orbes habentes plures motus per
quos influunt in hæc inferiora nõ habent vnumquodq; nisi
vnam stellã, octaua autem sphæra econuerso, quia non ha-
bet nisi vnum motum, habet multas stellas inferiores. igitur
orbes planetarum quia abundant in motibus, deficiunt in
stellis; octaua vero sphæra quia abundat in stellis, deficit
(vt sic loquamur) in motibus, quia non habet nisi vnum mo-
tum. Sed hæc ratio Philosophi supponit falsum, quia cõper
tum est octauam sphæram habere plures motus. Ad quod
dici potest, φ forte tẽpore Philosophi hoc nondũ erat cõ-
pertum. Possumus tamẽ dicere, veritatem habere rationem
Philosophi, dãdo octauæ sphæræ plures motus, sicut dant
Astronomi. Nam si octaua sphæra habet plures motus, non
habet nisi duos: vnum qui dicitur accessus & recessus, &
II. alium qui dicitur reuolutionis motus. Alij autẽ orbes pla-
netarum habent etiam hos motus quia reuoluuntur a primo
mobili & ab octaua sphæra, et cum hoc habent motus p-
prios, ergo superabundant in motibus plusq̃ octaua sphæ-
ra, ideo deficiunt in stellis. octaua aũt sphæra econuerso,
quia non superabundat in motibus, superabundat in stellis.
Alia autem ratio ex parte influentiæ sic sumitur: qa octa-
2. Cœli. ua sphæra plus influit ad vitam istorũ inferiorum q̃ alij
Tex. 68. orbes inferiores, vt idem Philosophus vult ibidem; ideo vt

A possit hanc influentiam perficere, superabundat in stellis,
quia à stellis magis habet esse influẽtia q̃ ab orbibus. Ter III.
tia ratio ad hoc idem assignatur ex parte motoris: suppo- Tex. c. 71.
nit quidem esse maximã proportionem inter motorem &
rem motam. Motor autẽ octauæ sphæræ mouendo octauam
sphæram, mouet omnes orbes inferiores sic proportionali-
ter, φ si adderetur vna stella orbibus inferioribus, motor
ille moueret cum labore & pœna, quod est inconueniens.
His itaq; prælibatis possumus aliter omnium horum rõnes
producere, vt dicamus cum Auicenna, φ cœlum est quasi
quoddã animal obediẽs Deo, nec possumus melius assigna
re rationes omnium istorũ q̃ considerando quæ sunt in ani
mali. Siquis enim scinderet aliquod animal, & videret ibi
cor & pulmonem, epar, splenem, stomacum, viscera, orga-
num vnde vadit cibus, cauuam pulmonis vnde attrahitur
B aer, renes, vesicam, cerebrum, & alia organa corporis, vi-
deret multa ossa, & in aliqua parte videret multiplicari
venas, & neruos; in alia vero parte videret hoc nõ sic mul
tiplicari, & nesciret naturam animalis, forte mirare-
tur & crederet illa frustra esse, & casu sic esse facta. &
tamen omnia ista habent sua iuuamenta: nam cor est illud Oẽs ptes aĩa-
a quo procedit vita, ideo semper est in continuo motu, & lis sũt in aĩali
semper spiritus vitalis dicitur esse in eo, quia motus qui est necessariæ.
opus vitæ spargitur per venas pulsatiles, per spiritum pce
dentem à corde: ab epate autem transmittitur nutrimentũ
ad omnia membra, licet in hoc opere sit cor magis priceps
q̃ epar. ideo oportuit epati adiungi bursa fellis, ad quã tra
hitur superfluitas colerica, & splenẽ ad quã trahitur me-
lancolica, & renes & vesicam ad quã trahitur superflui-
tas aquosa: similiter oportuit cordi superaddi pulmonem
C qui est quasi ventilabrum eius. Et quia animal ppter con-
tinuam resolutionẽ indiget cibo, oportuit ibi esse organum
vnde vadit cibus in stomacum, vbi recipitur, & viscera vbi
purgantur feces. Rursus quia anima ppter sanguinis cali-
ditatem indiget respiratione, oportuit ibi esse cauuam pul-
monis per quã fieret attractio aeris ad refrigerationẽ cor-
dis. oportuit etiam ibi esse cerebrum vbi sunt virtutes ani-
males & sensitiuæ: & sic discurrendo nihil videbitur in
animali quod non faciat ad regimen illius. Ergo si tanta
ordinatio est in animalis regimine, imaginari debemus mul
to maiorem ordinationẽ esse in cœlestibus, vnde ordinatur
vniuersum, ita φ nulla est ibi stella quæ sit frustra quæ nõ
habeat in vniuerso suum iuuamentũ, & quæ non sic sit si-
tuata & sic mota & sic posita prout exigit regimen vni-
uersi. Et si esset nobis sic nota natura cœlestis, sicut natu-
D ra animalis: sicut in oĩbus his quæ videmus in aĩali assigna
mus sua iuuamenta & suas rõnes quare sint tot & sic si-
tuata, & quare sint talis complexionis; sic assignaremus
de omnibus planetis, & de omnibus stellis, & de omnibus
motibus cœlestibus iuuamenta & rõnes. Immo in ipso ani
mali assignamus aliqua necessaria ex materia vel ex su-
perfluitate aliqua egrediente a corpore, sicut dicuntur ge
nerari pili: & licet sint aliqui pili ad decorem & profe-
ctum sicut capilli decorantes caput, & defendentes ipsum
a frigiditate, multi sunt tamen pili in corpore non haben
tes huiusmodi decorem vel profectum: nam multis homi-
nibus nascuntur pili intra aures non facientes ad deco-
rem & non proficientes auri, sed magis impedientes audi
tum: si etiam de pilis quarundam aliarum partium hoc
idem narrare possemus. In cœlestibus autem non est sic,
quia

quia nihil est ibi ta'e, sed omnia sunt ibi ad iuuamentum & ad regimen vniuersi, ideo multo magis sunt ibi omnia ordinata.

CAP. XXXVII.

Quomodo luminaria cœli diuidunt diem ac noctem, & sunt in signa & tempora, dies & annos, & illuminant terram.



VONIAM sacra scriptura dicit luminaria cœli facta esse ad diuidendum diem & noctem, & vt sint in signa & tempora, & dies & annos, & luceant in firmamento cœli, vt illuminent terram, ideo de oĩbus his volumus pquirere veritatẽ. Propter qđ sciendum ꝙ omnia hæc possunt accipi vel secundum motus cœlestes, vel prout comparantur ad homines. Motus autem cœlestes (quantum ad præsens spectat) possunt accipi dupliciter. Vel secundum motum diurnum, qui est motus primi mobilis ab oriente in occidens, & redit ad oriens in vna die naturali siue infra diem & noctem, & iste est cõmunis omnibus, quia hoc modo mouentur omnia cœlestia quæ sunt in firmamento vel sub firmamento cœli. Alio modo potest accipi motus cœlestis prout est proprius huic vel illi, & potissime prout est proprius Soli, quia secundum motum Solis potissime sunt hæc accipienda, licet alia non sint despicienda, quia ad alia cœlestia hæc poterunt adaptari. Illa ergo quæ sunt in Titulo capituli posita, quantum ad motum cœlestem, tripliciter possunt accipi. vel secundum motum diurnum: vel secundum motum proprium: vel secundum vtrunq;. Itaq; secundum motum diurnum, luminaria cœli, & potissime Sol, diuidunt diem & noctem, & sunt in dies. Nam si consideratur motus diurnus, qui completur in vno die naturali, secundum suas partes, quæ sunt arcus diei ab oriente in occidens, & arcus noctis, prout ab occidente reddit in oriens: sic illa luminaria, & potissime Sol, diuidit inter diem & noctem, quia Sol diuisim motu diurno peragit arcum diei, eundo ab oriente in occidens, & arcum noctis, ab occidente in oriẽs, quia (vt dicitur Eccl.) oritur Sol et occidit, quãtum ad arcum diei, et ad locũ suum reuertitur, quantum ad arcum noctis. (Cap. 1.) Secundo modo potest accipi motus diurnus non secundum suas partes, sed secundum totam reuolutionem. & sic luminaria cœli, & potissime Sol, sunt in dies, quia quælibet huiusmodi completa reuolutio facit diem naturalem. idest, sol est in dies, quia faciendo completam reuolutionem secundum motum diurnum facit diem, & diuidit diem & noctem secundum partes reuolutionis. Quod ergo diximus de sole, possumus adaptare ad omnia luminaria, vt dicamus ꝙ luminaria cœli diuidunt diẽ et noctem motu diurno. quia Sol lucet in die, & alia luminaria in nocte, iuxta illud, (Gen. 1.) Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius. i. Solem, vt præesset diei, & luminare minus. i. Lunam & Stellas vt præessent nocti. ergo luminaria cœli diuidunt noctem & diem, & et sunt in dies, quia sicut sol in motu diurno apponit viginti quatuor horas quæ sunt vna

A dies naturalis, sic quilibet planeta et omnes stellæ, complẽt reuolutiones suas secundũ motum diurnum in viginti quatuor horis. Si autem est ibi aliquid plus, vel aliquid minus, propter id, quod contra feruntur motui diurno, de talibus ad præsens non curamus. Viso quomodo luminaria cœli, & potissimè Sol, diuidunt diem & noctem, & sunt in dies, quantum ad motum diurnum, volumus declarare quomodo sunt in signa & tempora & annos, quantum ad motum proprium, que potissime apparent in Sole.

Sol enim secundum motum proprium est in signa, quia peragit signa: est in tempora, quia peragit tempora, & est in annos, quia peragit annos. Circulus enim, quem describit Sol motu proprio, potest tripliciter accipi. *(Sol in signa tẽpora et annos.)* Primo vt diuiditur in duodecim partes. Secundo vt diuiditur in quatuor partes. Tertio vt accipitur secundum se totum. B Si ergo accipiatur primo modo put. s. diuiditur in duodecim partes, facit Sol duodecim menses, & agit duodecim signa, qa in Martio dicitur Sol esse in signo Arietis, in Aprili in Signo Tauri, et sic de alijs signis & mensibus. Si verò cõsideretur præfatus circulus vt diuiditur in quatuor partes, sic Sol est tẽpora, quia describit quatuor tẽpora, videlicet, Ver quod est tempus calidũ & humidum, Aestatẽ quæ est calida & sicca, Autũnum qui est siccus & frigidus, et Hyemẽ quæ est frigida & humida. Tertio modo põt cõsiderari dictus circulus Solis scđm se totum, & sic sol est in annos, quia cũ complet reuolutionẽ suam, tunc facit annũ, & quot complet reuolutiones (secundũ prædictũ motũ) tot annos facit. Imaginabimur quidem quandã formicam esse super quandam rotã, motam ab oriente versus occidens, complentem totum cursum suũ ab vno puncto in idẽ punctum infra diem et noctem, ipsa tñ formica ab vno puncto illius C rotæ vsq; ad idẽ punctum redeundo motu cõtrario motui rotæ apponet vnũ annũ. illa itaq; formica motu rotæ cõpleret totã reuolutionẽ in vna die naturali, motu aũt ꝓprio cõpleret reuolutionem in vno anno. motu ergo rotæ diuideret diem et noctẽ, et eẽt in dies, quia describẽdo arcũ rotæ q̃diu durat dies, et postea describẽdo aliã partẽ q̃diu durat nox, hmõi partes diuisim faceret, ambas partes totius reuolutionis, vnã in die, et aliam in nocte, et scđm hoc posset dici diuidere diem et noctẽ q̃tum ad partes reuolutionis. sed quia totã reuolutionẽ faceret in vna die naturali, ideo hoc modo esset in dies. verũ quia totã reuolutionẽ motu proprio cõplet in anno, vt suppositũ est, scđm hunc motum, esset in signa, & menses, peragendo duodecim partes: esset in tempora peragendo quartam partẽ: esset in annos peragẽdo totum. D et qđ dictũ est de formica, intelligamus de sole, & de alijs luminaribus cœli, vt supra tetigimus. Aduertendũ aũt, illa quatuor tpa accepta scđm cursum solis, accipi posse secundũ quatuor puncta notabilia, scđm cursum Solis in cœlo. nã sunt ibi duo puncta notabilia, principiũ Cancri, & Capricorni, quæ dĩr solstitia, quasi solis statio. qñ. n. sol est in principio Cancri, dicitur quasi stare, quia non põt plus ad nos accedere, sed incipit recedere. & quando est in principio Capricorni, dicitur quasi stare, quia non potest plus à nobis recedere, sed incipit accedere. Alia autem duo puncta notabilia sunt principium Arietis & Libræ, quæ principia Arietis & Libræ dicuntur æquinoctia, quia sole existente in aliquo istorũ duorum punctorũ, est æquinoctiũ in vniuersa terra. Habito quõ luminaria cœli, et potissime sol, q̃tum ad motum diurnũ diuidit diẽ et noctem, et est in

dies: et declarato quõ scd̃m motum proprium est in signa, tempora, & annos: volumus ostendere quomodo secundum vtrunq; motum huiusmodi luminaria, & potissime sol, lucent in firmamento cœli, & illuminant terram: quod de leui patet, quia ad hoc mouetur vtroq; motu, vt hæc faciant. Ostenso quomodo omnia prædicta possunt verificari de luminaribus cœli secundum motus cœlestes: volumus declarare quomodo possunt verificari prout huiusmodi luminaria deseruiunt homini, & sunt facta in ministerium hominis, quia, vt dicitur Deuteron. Solem & Lunam & omnia astra creauit Deus tuus in ministerium cunctis gẽtibus. Secundum hoc ergo exponemus aliter Solem & Lunam quæ sunt luminaria magna, & alia astra esse in signa, q̃ prius fecerimus. Exponebatur enim prius ꝙ erant in signa, prout peragebant duodecim signa cœlestia, quæ sunt Taurus, Aries, Gemini, &c. sed nunc exponemus ꝙ sunt in signa, quia significant aliqua futura, vtputa pluuias, ventos, tempestates futuras, vel alia quæ possumus cõiecturari per ea. Secundum hoc ergo dicemus quòd Sol & Luna & alia luminaria cœli sunt facta in ministeriam hominis, & deseruiunt homini (prout ad præsens spectat) quantum ad quatuor, videlicet, quantum ad solatiũ, & sic diuidunt diem & noctem: quantum ad præsagiũ, & sic sunt in signa: quantum ad documentum, & sic sunt in tempora dies & annos: & quantum ad auxilium siue adiutorium, & sic lucent in firmamento cœli, & illuminant terram. Luminaria ergo cœli prout diuidunt diẽ & noctem sunt homini in solatium, quia ex hoc homines sciunt quando debent quiescere quia in nocte, & quando debent operari, quia in die. magnum enim fastidium generaretur homini si semper esset dies, vel semp esset nox, iuxta illud, Aeternæ rerum conditor, noctem diemq; qui regis: & temporum das tempora, vt alleues fastidium.

Cap. 4.


Hymnus ecclesiæ.

Secundo (prout hæc luminaria sunt in signa) deseruiunt homini ad præsagium, quia hoc modo sunt in signa modo quo diximus, prout designant & significant aliqua futura, & prout per ea habemus aliqua præsagia futurorũ. Tertio prout hæc luminaria sunt in tempora & dies & annos, deseruiunt homini quantum ad documentum: nam hoc modo fuit inuenta Astrologia, & hoc modo fuerunt homines edocti de cœlestibus motibus, videntes luminaria cœli describere alia & alia tẽpora, & alios & alios annos, vt quia in tali die tantum declinat Sol ab æquinoctiali, & in tali tantum, & talis planeta tantum, & talis tantum, & quia in tali tempore, vt tali hora diei, vel tali mense, hoc signum incipit sic oriri cum tali planeta, & cum hoc signum oritur, aliud tale signum occidit, & etiam qa tali anno erit coniunctio Solis et Lunæ circa caput vel circa caudam Draconis, & erit eclipsis, & quia in tali alio anno non sic coniungetur & non erit eclipsis, & sic de alijs de quibus tractant Astronomi, & per quæ docemur de his quæ pertinent ad Astrologiam. Quarto prout huiusmodi luminaria lucent in firmamento cœli & illuminant terram, sunt facta in ministerium hominis, & deseruiunt homini quantum ad auxilium siue quantum ad adiutoriũ, quia prout talia luminaria illuminant terram, iuuatur homo in operibus suis, quia videt & cognoscit qualiter debeat operari, quia si penitus essent tenebræ, hoc videri non posset. Aduertendum tamen ꝙ Sol & Luna dicuntur luminaria magna, quod de sole nullam dubitationem habet, qa est maius luminare, etiam quantitate, quàm aliquod aliud quod reperiatur in cœlo: sed quantum ad Lunam videtur esse falsum, quia Luna cum eclipsatur, tota clauditur in vmbra terræ, propter quod manifeste concluditur ꝙ sit minor terra, & communiter ponitur de Stellis fixis, ꝙ quælibet stella visu notabilis est terra maior. Ad quod dici potest ꝙ non dicit scriptura sacra ꝙ post Solem Luna sit maius corpus, quàm cæteræ stellæ. sed ꝙ est luminare maius q̃ cæteræ stellæ, quia propter sui propinquitatem ad lucendum nobis, & ad illuminandam terram, post Solem plus hoc facit, q̃ cæteræ stellæ. Et hoc de quarta die sufficiant.

Dixit lum magna scd̃m apparentiã, q̃m Luna post Solem præ cunctis astris appet nobis maioris magnit. quæ scd̃m veritatẽ (vt periti Astrol. tradunt) minor ẽ multis. Cicero in lib. de nat. deorũ, testatur Lunã dimidia parte terræ ẽẽ maiorem.

CAP. XXXVIII.

Quomodo pisces dicuntur reptilia, & quomodo eadem die, et ex eadem materia, producti fuerint pisces, & aues.



SCRIBITVR enim de opere quartæ diei, producãt aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram. Et quia eadem die dicuntur pducti pisces & aues, cum per volatile intelligantur aues, oportet ꝙ per reptile intelligantur pisces. Ideo meritò dubitatur, quomodo pisces dicuntur reptilia? Dicemus ergo ꝙ à repo, repis, repsi, reptum: vel à repto, reptas, quod est eius frequentatiuum, dicta sunt reptilia. repere autem (vt dicit Hugo) est ventre & pedibus ire. Isidorus autem. 12. Etymol. dicit ꝙ reptilia sunt, quia ventre & pectore reptant. Quæcunq; ergo in eundo iuuant se cum ventre, reptilia dici possunt. Sed aliqua animalia in eundo sic se iuuant cum ventre ꝙ etiam se iuuant cum pedibus, vt lacertæ & stelliones: & illa sunt reptilia eo modo quo dicit Hugo, quia iuuant se cum ventre & cum pedibus repunt. Sed aliqua in eundo iuuant se cum pectore. & ventre, & illa sunt reptilia eo modo quo dicit Isidorus, quia ventre & pectore reptant. Pisces autem dicũtur reptilia, quia in motu semper mobile innititur alicui immobili, vt vult August. 8 super Gen. vt si homo mouet se, figit pedem dextrum vt moueat sinistrum, & postea sinistrum vt moueat dextrum vel si totus simul se moueat, firmat se super terram stabilem, vt salta se mouere possit. Sic reptilia firmant se super ventrem & supra pedes, quantũ ad ea quæ repunt pedibus & ventre: vel firmant se super ventrem & pectus, quantum ad ea quæ repunt ventre & pectore. Et sicut reptilia mouent se super terram reptando in terra, sic pisces reptando mouent se in aquis, quia firmant ventrem super vnam partem aquæ vt moueant se ad aliam partem. Aduertẽdum ergo ꝙ cum sint distincta duo genera reptilium, quia quædam ventre & pedibus, quædam vero ventre & pectore reptant: possumus alia duo genera distinguere, quia quædam ventre, pennulis, & etiam cauda reptant, vt pisces, qui reptando cum ventre non solum se iuuant cum pennulis, sed etiam caudam firmantes

Cap. 4.

Cap. 21.

in aqua se agilius mouent per aquas. Vermes verò (qui ad quartum genus reptilium pertinere possunt) ora fingentes in terra, totum reliquum corpus trahunt. Viso quomodo pisces dicuntur reptilia, volumus ostendere quomodo ex eadem materia & eodem die producti sunt pisces & aues. Ad cuius euidentiam sciendum quod secundum Philoso

T. 50 phum in Lib. 2. de Generat. ex eisdem nutrimur & sumus, quia non nutrimur ex vno elemento, sicut non sumus, sed ex omnibus elementis: attamen propter aliquas causas dicuntur aliqua esse ex terra, aliqua ex aqua, aliqua ex aere, sic etiam possent dici aliqua ex igne. Possumus autem, quantum ad praesens spectat, assignare octo modos, quare dicuntur aliqua specialiter esse ex aliquo elemento: vt sit primus modus ratione quantitatis: secundus ratione terminationis: tertius ratione liquefactionis: quartus ratione modi viuendi: quintus ratione motus: sextus ratione dominij actionis: septimus per respectum ad alia animalia: & octauus ratione primae productionis.

Primo ergo dicuntur aliqua esse specialiter ex aliquo elemento ratione quantitatis: quia licet ad mixtionem illius concurrant omnia elementa, tamen est ibi aliquod elementum de quo est ibi plus secundum quantitatem, quàm de alio: & sic mixta dicuntur esse ex terra, quia secundum quantitatem est ibi plus de elemento terrae, quam de aliquo alio. Secundo modo possunt dici aliqua ex aliquo elemento ratione terminationis, quae fit per aquam & terram, tanquam per humidum & siccum, vt declarat philo

Tex. 29. sophus in 4. Meteor. terra enim sine aqua non tenet se, quia tota est puluis: aqua autem sine terra tota est labilis: mixta autem adinuicem faciunt corpus terminatum. Sicut videmus de farina & aqua. farina quidem quia est sicca, non tenet se, quia est tota puluis: aqua etiam non continet se, cum tota sit labilis: mixta autem simul fit pasta tenens se, quae est terminabilis proprio termino. Siccum ergo cum humido facit corpus terminatum & sensibile: hoc autem non facit humidum aereum, quia est valde rarum & insensibile: sed humidum aqueum, vt idem Philosophus ibi

Tex. 29. dem innuit. Vnde ait quòd elementorum proprijssime, siccum quidem terrae, humidum autem aquae. Et subdit. Propter hoc omnia terminata corpora hic non sine terra & aqua. Sed cum mixta hoc modo sint terminata, quia aliqua sunt mollia, aliqua dura, ideo quantum ad hanc terminationem mollia dicuntur esse ex aqua, quia de facili cedunt, & quantum ad hoc tenent se cum humido: dura dicuntur esse ex terra, quia se tenent cum sicco, & non ita cedunt. Tertio possunt aliqua dici esse ex aliquo elemento ratione

Tex. 36. liquefactionis: & hoc modo ait Philosophus. 4. Meteorol. quod materia omnium liquabilium est aqua. Nam quod metalli liquefiant per ignem, hoc non competit eis ratione sicci, quia siccum secundum quòd huiusmodi non liquefieret ab igne, ideo competit eis ratione humidi, & ideo quantum ad hoc dicuntur esse ex aqua. Quarto dicuntur aliqua esse ex aliquo elemento, quia viuunt, idest, victum accipiunt

Tex. 29. in illo elemento: ideo dicit Philosophus. 4. Meteorol. quod & in terra & in aqua animalia solum sunt: in aere autem & igne non sunt, quia corporum materia, haec. Et si dicatur quod aues sunt in aere. Dici potest quod non sunt in aere quod victum accipiant in aere, nisi forte ad horam. Nam cum non sint aues in aere nisi laborando, et cum non quiescant in aere, non dicuntur esse in aere quod victum accipiant in

A aere, nisi forte aliquae aues ratione timoris, & per paruum spatium temporis, hoc facerent: magis tamen est eis commodum victum accipere in terra vbi quiescunt, quàm in aere. Ergo ratione modi viuendi aliqua animalia dicuntur esse ex terra, quia victum recipiunt ex terra: aliqua autem ex aquis, quia ibi victum accipiunt. Non enim sic laborant pisces in aqua stando non attingendo terram, cum aqua sit quid palpabile & quid spissum, sicut laborant aues in aere. Ideo victum suum possunt commodius accipere pisces in aquis, quàm aues in aere. Quinto dicuntur aliqua ex aliquo elemẽto ratione motus, vel ratione conuersationis, quia mouentur & conuersantur in illo elemento: & sic terrestria sunt ex terra, quia ibi mouentur & conuersantur: aquatica ex aquis, volatilia ex aere, & maxime ex isto aere humido, vbi mouentur & conuersantur. Verum quia aer

B iste humidus multum conuenit cum aquis, ideo etiam quantum ad motum & conuersationem possunt dici aues factae ex aquis, quia aer quantum ad partem istam inferiorem humidam ad aquas pertinere videtur, vt vult August. 3 su- Cap. 7
per Gen. Sexto possunt dici aliqua esse ex aliquo elemento ratione dominii & actionis: & sic possent aliqua dici ex igne, si erunt multum calida, & quantum ad actionem dominabitur ibi elementum ignis. Septimo possunt dici aliqua esse ex aliquo elemento non simpliciter sed per respectum ad alia: & sic possunt dici aues productae ex aere, quia cum aues conuersentur magis in aere quàm alia animalia, credibile est quòd elementum aeris plus abundat in auibus quàm in alijs animalibus: abundat enim in auibus secundum quantitatem plus terra, quam aer. Possunt tamen dici aues productae ex aere, non quod secundum quantitatem plus habeant

C de aere, quàm de terra: sed quia plus habent de aere secundum proportionem mixtionis suae, quàm alia animalia. Iste autem modus septimus confirmatur per modum quintum: quia illud animal quod plus conuersatur in aliquo elemento quàm alia animalia, rationabile est quod plus appropinquet et magis sapiat naturam illius elementi, quam alia animalia. Octauò possunt dici aliqua produci ex aliquo elemento ratione primae productionis: & sic Deus ex libito voluntatis potuit producere quaecunque ex quocunque elemento. Nam cum attingat immediate ipsam essentiam materiae, potest ibi immediate inducere quãcunque formam: dato tamen quod ex materia vnius elementi Deus producat aliqua mixta, illa materia vnius fungetur vice materiae omnium elementorum, quia vt sicut nunc talis mixtio fit vt producatur auis, qualem requirit natura auis, sic si virtute diui

D na ex vno elemento produceretur auis, talis proportio & talis dispositio fieret in illa materia qualem requirit natura auis: & quia scriptura sacra secundum productionem primam dicit aues productas ex aquis, debemus dicere eas
sic esse productas. Et si quaeratur, quare aues non aliud Hebr. veritas non
elementum ornant quàm aerem, & ex alio sunt produ- d. producant a-
cta, quia ex aqua? Dici potest quod virtute diuina aeque fa- quae volatile:
ciliter potuissent produci ex aere, sicut ex aqua: verum sed. d. volatile
quia ratione corpulentiae aues maiorem conuenientiam volet sup terra
habent cum aqua quàm cum aere, forte voluit Deus ipsas rã. Et in. 2. c.
ex aqua producere, vt innuit Hugo lib. primo, parte prima. Gen. numerantur
Aduertendum tamen quod dixit Deus producant aquae, non tur aues inter
quòd aquae ex se possent producere pisces & volatilia: sed aiantia terrae.
sicut dicitur terra producere animalia, hoc tamen facit mediante semine quantum ad ea quae generantur ex semine,

quia sexta dies in qua sunt producta terrestria immediate se habet ad diem quintum, in qua producta sunt aquatica & volatilia, quibus data est benedictio multiplicationis, propter huiusmodi immediatã consecutionem subintelligebatur, & non oportebat repetere benedictionẽ. III. Quod autem addebatur tertio de ordine productorũ: dici poteſt (vt communiter ponitur) ꝙ scriptura loquitur de productione piscium & auium tanꝙ de ornatu aquæ & aeris, & de animalibus terrestribus tanquã de ornatu terræ. ideo hæc magis accipienda sunt secundum ordinẽ & nobilitatem elementorum quæ ornant, ꝙ secundũ proprias dignitates. & quia aqua & aer sunt nobiliora ꝙ terra quæ est fex elementorum, ornatus eorũ præmittitur ornatui terræ, et productio IIII. piscium & auium productioni terrestrium. Quod autẽ addebatur quarto ꝙ omnia animalia terrestria non comprehenduntur sub illo triplici genere. dici poteſt ꝙ syluestria (dato ꝙ non seruiant) comprehenduntur sub bestijs pro indomita feritate, vt glosa marginalis dicit, & est Bedæ. Ipse etiam Isidorus in verbis superius tactis innuit, ꝙ bestiæ dicuntur feræ pro desiderio quo feruntur: & quia omnia indomita sunt talia, possunt quæ sunt huiusmodi ad bestias pertinere, non computatis reptilibus: domita vero (dato quòd non portent onera, nec moueant glebas terræ) possunt tñ dici iumẽta, quia sunt hominis iuuamẽta, vt glosa Bedæ marginalis innuit. & sic omnia terrestria possunt ab illo triplici genere comprehendi: quod clare patet, si consideretur antiqua translatio. Nam (vt glosa marginalis dicit) vbi nos habemus Iumenta, antiqua translatio habet Quadrupedia. Biblia LXX. Vna ergo translatio exponitur per aliã, vt dicatur, Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta. i. quadrupedia, hominum iuuamenta. Et tunc plane patet, ꝙ pecudes & porci sunt huiusmodi, quia sunt quadrupedia, hominum iuuamenta. Aduertendum etiam ꝙ aliqua domestica, secundum Isidorum, cõputanda sunt cum bestijs, vt canes, q dentibus nocent: et simiæ computãtur cũ bestijs, quia videmus ꝙ vnguibus & dentibus sæuire et nocere conãtur.

Cur aũt volatilibus apponãtur aquatica, cũ elementum aquæ, aeris elemento dignitate cedat?

CAP. XL.

Declarans multimodas differentias inter hominem productum & alia animalia, & pertractans difficultates de aĩalibus minutis et uenenosis.



SI consideremus verba scripturæ sacræ loquentis de productione hominis, dicere possumus ipsam sacrã scripturam tangere quasi qnq; differentias hominis producti ad alia animalia. Vt sit prima differentia, prout homo est in esse productus. Secundo, prout est nobilium potentiarum. Tertia, prout est diuina gratia decoratus. quarta, prout est præsidentiã & dominio omnium aliorũ animaliũ præditus. quinta, quia non est factus ad terram ornandã, sed magis ad eam sibi subijciendam. Propter primũ, sciendũ, vt Aug. dicit super illo I. verbo Faciamus hominẽ, & habetur in glosa marginali, ꝙ apparet, quare dictũ est, vt cuncta fieret iuxta genus et spe- A cies suas, quia erat creandus homo, qui nõ solum generi suo & speciei congrueret, sed ad imaginẽ creatoris fieret, cuius dignitas (vt ait) ostenditur, quia quasi consilio est creatus. vnde nec simpliciter dicitur sicut de cæteris, Fiat homo, sed faciamus hominẽ, &c. Ergo homo prout est in esse productus differt ab alijs animalibus, quia non est factus solum vt æquaretur principijs sui generis vel speciei, & non est factus quocunq; modo, sed quasi cum consilio est ꝓductus, ac si Trinitas inter se deliberasset de factione hoĩs, vt patet per Aug. cum dicitur, Faciamus hominem. Itaq; in hoc verbo scripturæ sacræ, Faciamus hominem, datur intelligi ꝙ homo longe differenter ab alijs animalibus est in esse ꝓductus. II. Sed ex eo quod postea subditur, Ad imaginẽ, datur intelligi quòd homo longe differenter ab alijs animalibus, nobilibus potentijs est perornatus. Habent enim alia animalia B suas potentias vegetatiuas, & sensitiuas. sed non habent intellectiuas, secundum quas est accipiẽda Imago dei, siue Trinitatis. Nam, vt Aug. ait. 10. de Trinitate, si spiritu mentis nostræ renouatur homo in agnitione dei secũdũ imaginem eius qui creauit eum, nulli dubium est nõ secundum corpus, nec secundũ quãlibet animi partem, sed secundum rõnalem mentem, vbi põt esse cognitio dei, hominẽ factum ad imaginẽ eius qui creauit eum. ergo in parte rõnali siue intellectiua, vbi est memoria, intelligentia, & voluntas sequens intellectum, quibus potentijs carent bruta, accipienda est Imago dei, siue Trinitatis: quia sicut est a patre filius & ab vtroq; spiritus sanctus cõnectens parentẽ ꝓli; sic a specie existente in memoria gignitur species in intelligentia, & ab vtrisq; procedit intentio in voluntate speciei gignenti, speciem genitã connectens. Ex istis ergo potentijs C vbi est imago Trinitatis, homo est excellentior animalibus alijs. III. Tertio, prout additur, Et similitudinem, quia homo factus est ad imaginem & similitudinẽ dei, datur intelligi ꝙ homo longe differenter ab alijs aĩalibus est diuina gratia decoratus. Nam imago dei in nobis põt accipi secundũ naturalia, sed similitudo dei accipienda est in nobis secũdũ gratuita. Ex eo enim ꝙ habemus has naturales potentias, siue has naturales vires, scilicet, memoriam, intelligentiam, & voluntatẽ, sumus ad imaginẽ dei: sed ex eo ꝙ his superadditur diuina gratia, vel superaddũtur dona gratuita, sic conformamur, vt dicamur filij eius, & dicamur sancti ad similitudinem eius. Vnde idẽ August. eodẽ lib. de Trinitate ait, quòd secundũ hanc rõnalem mentem efficimur filij dei per baptismum, Christũ induentes. ergo per gratiã baptismalem Christũ induimus, & sumus filij dei, & per conse- D quens facti sumus ad similitudinem, quia hoc est de ratione filij quòd assimuletur patri. per gratiam quidem siue ꝑ dona gratuita non solum efficimur filij dei et similes deo, sed etiam aliquo modo efficimur Dij, iuxta illud Psal. Ego dixi dij estis et filij excelsi oẽs. Primus itaq; hõ fuit factus ad imaginem dei, quantũ ad naturalia. & ad similitudinẽ, ꝙtum ad gratuita, quia fuit productus cum Originali iustitia, quæ est donum gratuitum & supernaturale. sed à latronibus. i. à Diabolo fuit spoliatus gratuitis, vulneratus in naturalibus, & secundũ ipsa naturalia sic vulneratus remansit & factus est quasi semiuiuus, vt non haberet ea sic habilia ad bonum vt prius. IIII. Sed quartò prout subiungitur, et præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs: datur intelligi quòd longe aliter ab alijs animalibus est præsidentia & dominio præditus. V. quinto verò ex eo quòd additur

3. super Gen. ca. 19. 20. 21 et. 22.

Cap. 7 Col. 3.

Cap. 7.

Psal. 81.

præsit vniuersæ terræ, ex eo quòd infra subditur, replete
terram, & subycite eam: datur intelligi quòd longe aliter
factus est ab alijs animalibus terrestribus, quia hmõi ani-
malia facta sunt vt ornarent terrã, homo autem non est fa-
ctus ad terrã nec propter terram, sed ad cœlum, & ꝑpter
eum qui fecit cœlum & terram. & factus est dominus &
Cap. 26. possessor terræ. Vnde Hugo lib. 1. parte prima vult quòd
quarta die accepit ornamentum cœlum, quinta accepit or-
namentum aqua in piscibus, & aer in volatilibus, sexta ve
ro die accepit terra ornamentũ per bestias, & iumenta, et
reptilia (& subdit) nouissime autem factus est homo de ter
ra & in terra, non tñ ad terram nec propter terram, sed
ꝑpter cœlum & ad cœlũ, & ꝑpter eum qui fecit cœlum
& terram (& subinfert) ergo factus est homo non quasi
ornatus terræ, sed dñs & possessor. Oẽs enim has quinq;
differentias tangit scriptura sacra hominis ꝑducti ad alia
animalia. Possemus tñ (si vellemus) addere differentiam
VI. sextam, cum dixit Benedixitq; illis Deus, & ait, Cresci-
te, & multiplicamini. Nam bestijs & iumentis non est hoc
dictum, sed qđ dictum erat auibus & piscibus, intelligitur
(vt dicebatur) in bestijs & iumentis. Quòd ergo bñdictio
repetitur in hominibus vt crescant & multiplicẽtur, datur
intelligi, quòd longe aliter benedicuntur homines ꝙ̃ bestiæ.
Quare (vt Beda tangit) benedictio repetenda erat in homi
ne ne quis putet officium gignendi filios esse peccatum. In
hoc ergo excedit homo bestias, quia debet viuere secundum
regulas & leges diuinas, quas cogitare vel apprehendere
non est concessum bestijs. Viso, quõ longe differenter ꝑdu-
ctus est homo ab alijs animalibus, volumus quasdam diffi-
cultates declarare circa animalia inimica & venenosa: et
primo de animalibus inimicis, quæ ex putrefactione gene
Ca. 15. et 16 rãtur. Narrat autem Aug. 3. super Gen. multos modos, per
quos animalia inimica ex putrefactione producta, pragre-
diuntur in esse. & narrat quasi sex modos, quia quædã na
scuntur de purgamentis corporũ viuorum, quædã de exha
lationibus elementoꝝ, quædam ex putrefactione cadaueꝝ,
quædã ex corruptione lignorũ, quædã ex corruptione fru
ctuũ, quædam ex corruptione herbarũ. De his aũt quærit
August. vtrum sint producta in prædictis productionibus,
vel postea in sequentibus tẽporibus. et ait, quæ ex aquis vel
ex terris oriuntur, nõ absurde intelliguntur, tunc fuisse ꝑ-
ducta, quando illa elementa producta sunt & ait Cætera
vera quæ de animalium gignuntur corporibus & maxime
mortuorũ, absurdissimum est tunc dicere esse creata, cum
animalia illa creata sunt, nisi quia inerat iam quasi in om
nibus corporibus animatis vis quædam naturalis quasi præ
seminata materia, & quodãmodo initiata primordia futu-
rorum animalium, quæ de corruptione talium oriuntur. Vi
detur ergo esse solutio August. ꝙ illa inimica animalia or
ta ex putrefactione in primis operibus facta fuerunt solum
potentialiter: sed aliqua facta fuerunt in potentia propin-
qua, vt illa quæ oriuntur ex terris & aquis, quæ possunt
dici tunc facta, quãdo facta sunt illa elementa, & data est
eis vis producendi, non quòd tunc essent producta in actu,
sed erant producta in potentia propinqua, quia erant fa-
cta illa elementa, & data erat eis vis & potestas producẽ
di huiusmodi animalia eo modo quo nunc producuntur ex
eis. Sed cætera huiusmodi animalia alijs modis producta, et
potissime illa quæ nascuntur ex corporibus mortuorum, ab-
surdum est dicere quòd fuerint producta in potentia pro-

A pinqua, sed fuerunt producta in potentia remota, eo ꝙ pos-
terant illa animalia mori, & ex eis mortuis ista oriri: nam
in ipsis corporibus viuis est quædam præseminata mate-
ria, & sunt quædam initiata primordia quasi à remotis,
ꝙ de his, non viuis, sed postquã sunt mortua, oriuntur. His
itaq; prælibatis, volumus enarrare de animalibus veneno-
sis. Vtrum ante peccatum fuerint ꝑducta? Ad quod respon 3. super Gen.
det August. ꝙ tunc creata fuerunt, erant tamen innoxia Cap. 15.
saltem homini, & non nisi postea peccatoribus nocere cœ-
perunt. Venenum enim non est aliud nisi humor aliquis cõ
trarius complexioni alterius, vt saliua serpentis est cõtra-
ria complexioni hominis: non est ergo venenũ simpliciter.
quia si saliua serpentis esset venenum simpliciter, ipse ser
pens moreretur ex saliua sua. Itaq; saliua serpentis nõ est
contraria simpliciter complexioni, nec venenũ simpliciter,
B sed est venenum huic, vtpute complexioni hominis vel al-
terius animalis. In ipso etiam homine oriuntur humores ve
nenosi, ideo cõsueuerunt dicere medici de aliquo morbo ꝙ
materia eius tota est venenosa. Non est ergo mirum ꝙ ho- In hoĩe oriun-
mo possit venenari ab aliquo animali sibi contrario, quia tur humores ve
põt venenari a seipso: quia in seipsa possunt oriri humores nenosi.
venenosi & esse contrarij complexioni suæ, per cuius con-
trarietatem oportet animam recedere à corpore sic in di-
sposito & quasi venenato. & sic moriuntur homines om-
nes, præter senes & phthisicos, qui nõ ex corruptione vel
ex venenatiõe humidi (vt dicitur) sed magis ex defectu de-
cedunt, sicut deficit lucernæ lumẽ, cum deficit oleum Ve-
rum quia ante peccatũ hoc faciebat donum Originalis Iu
stitiæ, ꝙ in humano corpore non possent huiusmodi humo-
res oriri, ideo ante peccatum nihil esse poterat homini ve-
C nenosum Post peccatum itaq; talia nocere cœperunt homi
ni, cuius nocumenti videtur August. 3. super Gen. causam Cap. 15.
quadruplicem assignare, videlicet, hominis punitionem, cor-
rectionem, virtutis perfectionem, & instructionem. Puni-
tionem quidem, quia permittit Deus ꝙ homines de peccatis
suis per talia venenosa & noxia puniantur. Sunt etiam ta
lia ad correctionem: nam aliquando homo per nocumenta
aliqua punitur, quia omne nocumentum est quædam puni-
tio: non tamen semper ex tali punitione homo corrigitur,
sed aliquando potius induratur: Deus autem vult ista no-
xia esse, vt homo ex hoc nocumento nõ solum puniatur sed
corrigatur, vt si est malus fiat bonus. Tertio, vult ista nocu
menta esse propter perfectionem virtutis: nam aliquando
homo ex nocumento punitur sed non corrigitur, aliquando
punitur & corrigitur sed non fit perfectus, sed virtus in
D infirmitate perficitur secundum Apostolum: voluit ergo 2. cor. c. 12.
Deus ista esse nocumenta non solum vt puniamur & cor-
rigamur, sed etiam vt cõsiderantes infirmitatem nostram,
in huiusmodi infirmitate simus totaliter deo subiecti, &
sic simus exinde virtute perfecti. Quartò vult Deus ista
noxia esse non solum vt puniamur, corrigamur, & per-
fecti fiamus, sed etiam vt exinde instruamur: nam aliquã
do quis ex aliquo nocumento punitur, corrigitur, & da-
tur sibi materia perficiendæ virtutis, sed non habet hoc in
memoria, immo quasi statim obliuiscitur, & proinde non
instruitur. Sed nos ex his nocumentis per quæ punimur
debemus corrigi, perfici, & habere ea in memoria, & ex-
inde semper esse deo subiecti: nam infirmus debet recurre
re ad sanitatem, impotens ad virtutem, indoctus ad sapien-
tiam: & quia Deus est virtus, sanitas, & sapientia no-

stra, sub ipso semper esse debemus. Et hæc de sexta die dicta sufficiant.

Cap. XLI.

Soluens difficultates, quomodo Deus die septimo compleuit opus suum, cum die septimo omnia fuerint perfecta, & cum post diem septimum Deus continue omnia in omnibus operetur.

DVBITAT animus quomodo verum sit quod scriptura sacra dicit, quod compleuit Deus die septimo opus suum, cum ante diem septimum illud compleuerit quia de sexta die dictum est, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Nam (3. super Gen. cap. 24.) secundum August. vnumquodque in se bonum est, sed omnia simul sunt valde bona. quia ex omnibus constat vniuersitatis admirabilis pulchritudo. Ergo si die sexto dictum est cuncta esse valde bona, illo die cuncta sunt producta. Illo itaque die compleuit Deus opus suum, quia illa die producta est vniuersitatis admirabilis pulchritudo, vnde vbi nos habemus quòd die septimo compleuit Deus opus suum, (Bib. LXX.) alia translatio habere dicitur, quòd die sexto compleuit opus suum. Rursus non solum est dubium quia ante septimam diem videntur omnia fuisse completa, sed etiam & post septimum diem continuè Deus operatur opera sua, ergo nec die sexto nec die septimo compleuit Deus opus (Ioan. 5.) suum, sed adhuc continue operatur, iuxta illud Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Sciendum ergo quòd oportet hic multipliciter distinguere de diuinis operibus, & de diuina completione. Diuina quidem opera possumus dicere esse triplicia, iuxta tria quæ videmus per ordinem se habere, naturam, gratiam, & gloriam. Gratia enim est perfectio naturæ, & Gloria est perfectio gratiæ: est enim gloria gratia perfecta, siue gratia consumata. Erant itaque (vt diximus) triplicia diuina opera. quia quædam respiciunt naturam, per quæ naturæ sunt conditæ: & ista sunt opera conditionis, quæ respiciunt rerum naturas, in quibus possumus quasi sex diuina opera considerare: vt sit primum opus creationis, quo res sunt creatæ: secundum, distinctionis, quo res sunt distinctæ: tertium, ornatus siue perfectionis, quo res sunt ornatæ & perfectæ: quartum, propagationis, quo res propagantur & fiunt ex rationibus seminalibus, vel fiunt similia ex similibus: quintum dici potest continuatio propagationis, nam quòd sic continuetur propagatio rerum vel generatio rerum, vel ex rationibus seminalibus quæ latent in elementis, vel prout ex putrefactione elementorum fiunt nunc ista animalia vel alia, vel prout ex semine animalia perfecta generant sibi similia, opus diuinum est, quia sine ipso nihil fieri potest: sextum potest dici opus diuinum, terminatio vel cessatio ab huiusmodi propagatione, quia erit tempus in quo omnia ista cessabunt.

A Hæc autem omnia sic possumus referre ad dies & tempora: quia Opus creationis ante omnem diem fuit factum, cum in principio ante omnem diem, & antequam fieret lux, qua incepit dies, creauit Deus cælum & terram. Opus distinctionis factum fuit in primis tribus diebus, in quibus (vt patuit) omnia fuerunt distincta. Opus ornatus siue perfectionis factum fuit in alijs tribus diebus sequentibus. ita quod in sexta die omnia fuerunt creata, distincta, & ornata siue perfecta. Sed in septimo die dicere possumus quod incepit opus propagationis: quia post productionem auium, piscium, & animalium terrestrium, & post ornatum elementorum, quæ omnia fuerunt completa sexta die, inceperunt animalia agere ad sui propagationem, & elementa ad elementatorum productionem: & quia in his consistit rerum propagatio, & hæc inceperunt post sextum diem, ideo communiter ponitur quòd septima die quæ

B est post sextum diem, hæc esse inceperunt. Continuatio autem propagationis, est continua vsque ad finem mundi. Terminatio autem vel cessatio à propagatione, erit in fine mundi: quia tunc cessabit motus primi mobilis, & non erit amplius generatio & corruptio in rebus, nec propagatio rerum. Viso de operibus conditionis, quæ respiciunt naturam, volumus agere de operibus restaurationis, quæ respiciunt gratiam, siue quæ respiciant sacramenta, per quæ recipimus gratiam. Possumus autem dicere quòd opera restaurationis sequuntur quasi eundem modum cum operibus conditionis: nam sicut secundum opera conditionis prius fuit rerum creatio siue rerum inchoatio, quia tunc fuerunt res inchoatæ, cum fuerunt creatæ. postea fuit opus distinctionis, postea perfectionis, & sic de alijs: eodem etiam modo dicere possumus in sacramentis, & in operibus

C restaurationis. Ponemus ergo sex in operibus restaurationis, quæ respiciunt sacramenta, & gratiam: sicut ponebamus sex in operibus conditionis, respicientibus naturam. Dicemus ergo quòd secundum opera restaurationis primo fuit sacramentorum inchoatio: secundo sacramentorum distinctio: tertio sacramentorum perfectio: quarto secundum sacramenta perfecta propagatio: quinto propagationis huius continuatio: sexto & vltimo ab huiusmodi sacramentis & propagatione cessatio. Sacramentorum itaque inchoatio fuit sub lege naturæ. Sacramentorum autem distinctio, in populo Iudaico incœpit sub lege scripta. Sacramentorum autem perfectio & consumatio fuit in passione Christi. Secundum sacramenta perfecta propagatio fuit post passionem Christi. Propagationis huius continuatio erit vsque in finem mundi. Ab huiusmo-

D di sacramentis & propagatione cessatio, erit in fine mundi, quando iam dicet spiritus, Vt requiescant a laboribus suis, & opera illorum sequuntur illos. (Apoc. 14.) Ad maiorem autem euidentiam dictorum scire debemus, quòd ex quo Adam & Eua peccauerunt, in quibus eramus omnes secundum rationes seminales, vel secundum materiam, statim ipsi indiguerunt restauratione siue reparatione, quia effecti erant peccatores; & omnes qui nascebantur ex eis vel ex eorum filijs, hac etiam reparatione indigebant, (Ephes. 2.) quia nascebantur natura filij iræ. Propter quod oportuit quod statim inciperent sacramenta, per quæ restaurarentur: & quia tunc erat lex naturæ, ideo sub lege naturæ fuerunt huiusmodi sacramenta inchoata: & quia res ten-

dum de imperfecto ad perfectum, de indistincto ad distin-
ctum, ideo sacramenta illa erant valde imperfecta & val-
de indistincta, erant enim illa sacramenta quædam ob-
lationes & sacrificia, quæ homo faciebat pro libito vo-
luntatis. Rationabile quidem est, quòd tunc homines in-
struerentur à Deo per Angelos vel quomodolibet aliter,
quòd humiliarent se, & offerrent deo oblationes & sa-
crificia, & expectarent redemptorem, sine cuius fide
Cap. 32. nec est, nec fuit vnquam salus. Vnde Augu. 10. de Ci
uitate Dei vult quòd præter mediatoris fidem, nunquam
fuit salus. Ergo & sacramenta, & fides mediatoris, in-
ceperunt in lege naturæ: sed profecerunt, & fuerunt ma-
gis distincta in lege scripta; quia lex illa fuit data distin-
cta populo, & fuerunt eis sacramenta quibus data fuit
lex distincte proposita, vtpote quòd deberent eorum mas-
culi circuncidi, & quòd deberent hæc & illa facere, &
quòd deberent hæc vel illa pro peccatis offerre. In lege
etiam ipsa fuit fides de mediatore magis specificata: quia
in lege naturæ ignotum erat de qua gente & in quo loco
deberet nasci mediator noster, sed in lege scriptæ hæc fue-
runt distincta & specificata. Specificatum enim fuit de
qua gente deberet nasci Propheta & mediator noster,
Deut. cap. 18 quia de gente Iudaica, iuxta illud, Prophetam suscita-
bit dominus vobis de fratribus vestris. Etiam specifica-
tum fuit in quo loco, quia in Bethlehem, iuxta illud, Et
Mich. 5. tu Bethlehem terra Iuda (& postea subditur) Ex te enim
exiet dux. Insuper specificatum fuit de qua fœmina de-
Esa. 7. beret nasci, quia de Virgine, iuxta illud, Ecce Virgo con
cipiet, & pariet. Licet pluralitas Iudæorum tunc for-
te hoc non intelligebant, nec adhuc intelligant. Sed in le-
ge Euangelica, & maxime in passione Christi, fuerunt
hæc perfecta, & quantum ad veritatem, quia illa erant
figura huius sacramenti: tunc autem non fuit figura, sed
veritas, quo tunc fuit oblatus non pecudis agnus, sed Dei
filius verus homo & verus Deus. Fuerunt etiam perfe-
cta secundum virtutem, quia sacramenta præcedentia non
fuerunt tantæ potentiæ, nec tantæ virtutis, quòd possent
aperire cælestem ianuam: sed ex latere Christi fluxe-
runt sacramenta perfecta, quia virtute passionis Christi
sacramenta Ecclesiæ, vt baptismus & alia sacramenta
sunt tantæ virtutis, quòd si homo decedat sine alio impe-
dimento, statim euolat, & videt Deum per essentiam.
Ad Eph. 5. & inde dictum est, quòd sicut ex latere Adæ dormientis
facta est Eua, sic ex latere Christi dormientis in cruce
formata est Ecclesia, quia inde sacramenta ecclesiastica
sumpserunt formationem, perfectionem, & virtutem.
Quarto per sacramenta sic perfecta merito passionis Chri-
sti fit spiritualis propagatio; quia per baptismum, qui est
ianua sacramentorum, fit spiritualis regeneratio, sine qua
Mar. cap. 16. non est salus, iuxta illud. Qui crediderit, & baptizatus
fuerit, saluus erit. Quinto diuino opere est huius propa-
gationis continuatio: quia sicut continue nascuntur pecca-
tores carnaliter, sic diuino munere & ipsius opere per ba-
ptismum regenerantur continue spiritualiter. Sexto & vl-
1. Cor. c. 15. timo in fine mundi omnia ista cessabunt: quia secundum
Apostolum tunc erit finis, cum tradiderit regnum Deo &
Apoc. cap. 6. Patri: quando enim erit completus numerus electorum &
tradet Christus regnum, idest, electos deo & patri, in cu-
ius manibus sunt plena omnia custodita, vt nullus possit ali-

A quid eruere de manu eius, tunc erit finis, & omnia ista
cessabunt. Ergo magna est conuenientia inter opera con-
ditionis, & opera restaurationis: quia sicut ibi distinxi-
mus sex opera, ita hic (vt patuit) possumus similia sex
opera adaptare. & sicut illa opera facta fuerunt in
sex diebus, sic opera restaurationis possunt dici fieri in
sex ætatibus: & sicut in septimo die requieuit, sic hic
taliter possumus distinguere ætates, quòd in septima erit
æterna quies. Vel sicut in operibus conditionis sexta
die omnia sunt completa, & septima die Deus requie-
uit, sic secundum opera restaurationis quæ potissime
respiciunt Christum, dicere possumus quòd Christus
sexta die, idest, die Veneris in cruce pendens, dixit,
Consumatum est: & postea die septima, idest, die Sab-
bati in sepulchro quieuit. quam similitudinem pertractat Cap. 13.
B B. August 4. super Gen. ad literam. Habito quomodo
loquendum sit de operibus conditionis respicientibus natu-
ram, & de operibus restaurationis respicientibus gratiam:
de leui patere potest, quomodo loquendum sit de operibus
glorificationis respicientibus gloriam. Nam illa opera
non possumus distinguere per imperfectum & perfectum,
quia omnia sunt ibi perfecta, ibi nullus est tristis de im-
perfectione, sed quilibet est lætus de perfectione. Vnde
Propheta cum prius dixisset de Ciuitate Dei vbi erit glo- Psal. 86.
ria nostra, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. postea
in fine Psalmi concludit, Sicut lætantium omnium, habita-
tio est in te. Postquam distinximus de operibus, volumus
distinguere de completione, siue de perfectione. Nam in
operibus conditionis possumus distinguere triplicem perfe-
ctionem siue complexionem, vt sit vna ex integritate par-
C tium, alia ex operatione partium, tertia ex omnimoda con
sumatione & cassatione. Prima perfectio est totius, quia
tunc totum est perfectum, cum habet integre omnes par-
tes. Secunda est partium, quia tunc partes vniuersi sunt
perfectæ, cum exire possunt in operationes suas. Sed ter-
tia perfectio est vniuersalis tam partium quàm totius.
Prima perfectio siue completio fuit die sexta, quia tunc
integre omnes partes fuerunt completæ, creatæ, distin-
ctæ, & ornatæ. Sexto ergo die compleuit Deus opus suum
quantum ad integritatem partium: sed septimo die (vt
communiter ponitur) compleuit Deus opus suum quan-
tum ad opera partium, quia postquam sexta die partes
fuerunt perfectæ creatæ, distinctæ, & ornatæ, postea
septima die inceperunt agere, & inceperunt se propaga-
re, & se conseruare secundum genus suum. diem ergo
D sextam damus perfectioni ex integritate partium. Illum
autem diem non possumus dare propagationi, nisi forte
dare ei non diem, sed partem diei: sed ipsum diem septi-
mum possumus dare perfectioni ex propagatione. Omni-
bus autem diebus sequentibus vsque ad finem seculi damus
continuationem propagationis: postea in fine mundi da-
mus consumationem omnium, quia tunc totum vniuersum
& partes eius, quæ sunt cæli & elementa, erunt perfe-
cta sine alteratione & transmutatione. Ergo die sexto cō-
pleuit Deus omnia, totum vniuersum secundum omnes
partes suas perficiendo: & die septimo compleuit opus
suum, partes vniuersi per propagationem ad propria ope-
ra ordinando: & continue exercet opus suum, huiusmo-
di opera continuando: & in fine mundi omnia faciet per-
fecta,

fecta, alterationem & transmutationem quæ imperfectionem dicuat tollendo. Aduertendum autem quòd quæ diximus de operibus conditionis quæ respiciunt omnia, adaptare possumus ad opera restaurationis, quæ specialiter respiciunt homines. quia sexta die quando passus fuit Christus completa sunt omnia, nam omnia sacramenta tunc habuerunt suam completionem & perfectionem, vt ex tunc posset cœlestem ianuam aperire. ergo sexto die compleuit istam perfectionem, sacramenta nouæ legis dando: septimo autem die quieuit & compleuit imperfectiones aliorum sacramentorum, alia sacramenta imperfecta tollendo, & ab eis cessando, id est, nos cessare faciendo. nam omnia sacramenta tam legis scriptæ quàm naturæ in septimo die fuerunt mortua, & cessauerunt, vt non haberent amplius efficaciam. Huic autem cessationi & completioni non possumus dare sextam diem secundum se totam, quia ante mortem Christi efficaciam habebant sacramenta legis scriptæ quantum ad populum Iudaicum, & sacramenta legis naturæ quantum ad alios populos: sed hanc perfectionem dabimus toti diei septimæ, & alijs sequentibus diebus. Ergo quantum ad opera restaurationis, Deus illa compleuit die sexta, perfecta sacramenta faciendo: & compleuit ea die septima, imperfecta sacramenta tollendo: & semper & continue operatur, opera sacramentorum perfectorum continuando vsque in finem seculi: sed in fine seculi omnia hæc perficiet, & consumabit, nos glorificando. Et per hoc solutæ sunt omnes difficultates, quæ circa istam materiam fieri possent.

CAP. XLII.

Declarans, quomodo Deus die septimo quieuit, & benedixit, & ipsum sanctificauit.



PE DIE septimo in scriptura sacra quatuor enarrantur, videlicet, quòd in ea Deus compleuit opus suum. quòd in ea requieuit, quòd ei benedixit, & quòd ipsam sanctificauit: nam cum scriptura prius dixisset, compleuitque Deus die septimo opus suum, & requieuit die septimo, postea subdit quòd benedixit diei septimo, & sanctificauit illum. Verùm quia in præcedenti capitulo dictum est, quomodo Deus die septimo opus suum compleuit: de reliquis tribus volumus in hoc capitulo pertractare. Et primo de requie dei in die septimo. Propter quod sciendum quòd (vt ait B. Augustinus. 4. super Gen.) quasi septem modis dicitur Deus die septimo quieuisse, vt sumantur tres modi prout ipse Deus dicitur tali die quieuisse, duo autem modi sumantur prout facit nos quiescere, & duo alij modi prout facit totum vniuersum quiescere. Propter primum, aduertendum, quòd Deus potest dici tribus modis die septimo quieuisse, vt sit vnus modus prout cessauit ab opere, alius prout non eget opere, tertius vero prout est locus operis. Propter primum, sciendum, quòd videtur quies esse dicta prout dicitur communiter respectu motus, cum quiescit quid oppositum motui: hoc est ergo quiescere, cessare à motu. Verum quia ipsa operatio, secundum ea quæ videmus in rebus corporalibus, videtur fundari in motu, ex hoc sequutum est quòd cessare ab operatione, dicatur quies: insuper quia operantes videntur laborare, ideo cessare a labore, dicitur etiam quies. Et licet sint narrati tres modi quietis: vnus, cessare a motu: alius, ab opere: tertius, a labore. Primum & tertium modum non possumus congrue ad diuina transferre, quia Deus operando, nec mobilitate, nec labore aliquo fatigatur. Hunc ergo modum quietis possumus ad diuina transferre, quòd Deus septimo die quieuit: quia condendo & operando noua genera creaturæ, creare cessauit: quia non vltra sextam diem huiusmodi noua genera condidit, sed ea conseruauit, & propagari fecit, & non noua eduxit, sed ex similibus similia produxit. Sexto enim die omnia erant creata, distincta, & ornata, & omnia erant in suo simili vel in rationibus seminalibus edita. Ideo Augustinus ait. 4. super Gen. quòd Deus die septimo requieuit, quia non vltra noua genera creaturæ condidit. (Cap. 12.) Aduertendum tamen, quòd in deo possumus ponere duplex opus, intrinsecum, & extrinsecum. (Duplex opus Dei.) Intrinsecum, cuiusmodi est suum intelligere, & suum velle: & secundum hoc opus nunquam cessabit & nunquam cessat, sed semper eodem modo se habet. Extrinsecum verò sunt hæc opera exteriora siue isti exteriores effectus, qui sequuntur ad illud intelligere & velle non ex naturali necessitate, sed ex sui arbitrij voluntate, & prout secundum suam sapientiam ordinauit. ab istis ergo exterioribus operibus cessat prout vult & quando vult, & ab istis cessauit die septimo non suam creaturam relinquendo, nec ab omni opere cessando, cum semper operetur in creaturis suis, sed cessauit ab huiusmodi opere, nouam creaturam non condendo. Viso quomodo Deus die septimo quieuit cessando ab opere non simpliciter sed quia nouam creaturam vltra nō condidit: volumus ostendere quomodo quieuit septima die, quia ipsa creatura condita non egebat.

Nam aliqui quiescunt operando, quia in opere ponunt sufficientiam suam, & principalem delectationem suam, & tales ex eorum vitio talibus operibus egent. (Cap. 15.) Vnde Augustinus. 4. super Gen. ait, quod nec nimirum ergo quia vitium est & infirmitas animæ ita in suis operibus delectari, vt potius in ipsis quàm in se requiescat, vel in suo potius quàm in seipso requiescit, vt Augustinus, pertractat in eodem libro. Aduertendum autem hanc rationem (vt videtur) concludere magis modum quietis dei in die septimo, quàm ipsam quietem. Dicemus enim quòd Deus in seipso semper æternaliter quiescit, sed quies eius magis assimilatur diei septimo, quando cessauit ab opere, cum ad suam quietem non indigeat opera, quàm alijs diebus, quando erat in opere. Erit ergo sensus quòd quia Deus cessauit ab opere die septimo, ideo dictus est tunc quiescere, quia ad suam quietem non indiguit suo opere. sed de hoc ad maiorē quietē intellectus nostri hic infe-

rius aliqua tangemus. Habito quomodo Deus quieuit die septimo, quia cessauit ab opere, & non indigebat opere. volumus astendere quomodo Deus die illa quieuit, quia ipse est locus operis. Nam vt Augustinus ait. 4. super Gen. Deus manens in seipso, quicquid ex ipso est, retorquet ad se. Et idem ibidem ait, quòd omnis creatura in se habet naturæ suæ terminum, sed in deo habet quietis suæ locum, quo conseruetur quod ipsius est. quælibet enim creatura amat sui conseruationem, siue ille amor sit naturalis, siue intellectualis, siue aliqualis alius: & quia potissime Deus est conseruator rerum, ideo Deus est locus omnium rerum: & quia locus non requiescit in locato, sed e conuerso, Deus non requiescit in rebus, sed res requiescunt in ipso. Requies ergo loci non est quærenda vt comparatur ad locatum, sed potius vt non comparatur ad ipsum. Et quia Deus est locus omnium suorum operum, requies igitur eius non est quærenda in illis sex diebus vt versabatur circa sua opera, cum ipse sit locus operis, & non requiescat in opere, sed magis est quærenda die septimo, quando cessauit ab opere. Ostenso quomodo deus tribus modis requieuit septimo die, quia cessauit ab opere, opere non indigebat, & erat locus operis: volumus ostendere quomodo duobus modis requieuit tali die, quia duobus modis facit nos quiescere. Nam si volumus quiescere, debemus ab omnibus operibus cessare, & transcendere omnia huiusmodi opera, & non requiescere etiam in diuinis operibus, sed in ipso deo. Vnde sicut deus die septimo quieuit cessando ab opere, & sicut sua quies non est in suo opere, sic nos si volumus quiescere, ex huiusmodi septimo die debemus exemplum sumere, cessando ab opere, et transcendēdo diuina opera, in deum tendere, ac in Deo quiescere. Sicut ergo deus quiescit die septimo ab opere cessando, i. non quiescendo in aliquo suo opere: sic exemplo sus facit nos quiescere in se. Secundo modo Deus quiescit, quia facit nos quiescere cessando ab opere, quia quies in ipso est quid melius & quid excellentius suo opere. Ideo Augustinus. 4. super Gen. dicit, quòd magnum est enim nobis ab illo extitisse, sed magis in illa requieuisse. sicut ipse Deus non ideo bonus est quia hæc fecit, sed quia factis non egens, in se potius quàm in ipsis requieuit: & quia in eo quod est melius est manendum & quiescendum, cum sit melius tendere in ipsum quàm existere ab ipso, non debemus quiescere ex ea quòd sumus ab ipso, sed ex eo quod tendimus in ipsum: ideo non in nobis debemus quiescere, sed in ipso Deo. Dupliciter itaq. ostensum est deum quiescere cessando ab opere, quia facit nos quiescere cessando ab opere spem nostrā nō ponendo in creatura, aut in diuino effectu vel in diuino opere. & hæc prima ratio habet virtutē negatiuā, vt quia non est quiescendū in aliquo diuino opere, ideo quiescendum est in deo. Secunda vero ratio habet virtutem affirmatiuam, vt quia melius est tendere in deum quàm existere à deo, non debemus quiescere prout sumus à Deo, vel prout eximus ab ipso, quod esset quiescere in nobis, sed debemus quiescere vt tendimus in ipsum, quod est quiescere in ipso. His itaq; prælibatis, volumus ostendere quòd Deus duobus alijs modis quiescit cessando ab opere, non solum quia facit nos quiescere in ipsa, sed etiam quia totum vniuersum facit sic

Cap. 17. (beside "Gen. Deus manens in seipso")

B (beside "paratur ad ipsum")

C (beside "ex huiusmodi septimo die")

Cap. 17. (beside "cellentius suo opere. Ideo Augustinus. 4. super Gen.")

D (beside "ipsum: ideo non in nobis")

A quiescere: vt dicatur totum vniuersum facere in ipso quiescere, quia facit totum vniuersum in ipsum tendere, & suas leges & suum ordinem seruare. Propter primum, sciendum quòd vt Augustinus ait. 4. super Gen. Cap. 18.
si vnaquæq; pars potest esse in toto cuius est pars, ipsum tamen totum non est nisi in illo à quo est totum, ergo pars potest quiescere in toto, sed totum non potest quiescere nisi in deo, sed prius oportet quòd sit totum à deo, antequam requiescat in deo: & quia in primis sex diebus totum vniuersum est factum & perfectum à deo, dicere possumus quòd huiusmodi totū in sex diebus factum fuit, & exiuit à Deo: in septimo autem die requieuit in deo, quia conseruabatur in ipso. ergo Deus requieuit septimo die, quia tali die fecit in seipsum tendere totum vniuersum, & ex hoc in ipso requiescere. Possumus etiam dicere quòd Deus die septimo requieuit, quia totum vniuersum fecit tali die quiescere, quia fecit ipsum suum ordinem & suas leges seruare. vnde Augustinus 4. super Cap. 18.
Gen. dicit quòd in Deo est ipsum vniuersum, quia pro suo generis modulo stabilitur vt quiescat, idest, vt sui momenti ordinem teneat. In sex itaq; diebus vniuersum fuit productum, & post illud tempus, idest, die septimo incepit ordinem sibi inditum seruare, & leges sibi datas tenere, vt secundum illas ageret, & suas propagationes faceret: & quia tales leges tenere & seruare est quasi quoddam quiescere, cum tales leges habeat a Deo, dicitur ex hoc quiescere in Deo, & ex hoc dicitur etiam ipse Deus quiescere. quia facit hoc modo vniuersum quiescere. Aduertendum autem quòd tres rationes prius factæ quòd Deus ipse quieuit die septimo quia cessauit ab opere, non indiguit opere, & erat locus operis, se habent per additamenta, quia secunda ratio addit supra primam, & tertia supra secundam. Nam cessare ab aliquo non est quiescere, nisi addatur quòd non indiget illo: quia cessare ab ea quo indiget, non est quiescere & sufficientiam habere, sed magis est in insufficientiam incurrere. secunda ergo ratio addit supra primam. Tertia autem addit supra secundam, quia concludit quòd Deus nō solum quieuit cessando ab opere, quia non indiget opere; sed etiam infert quòd opus indiget Deo, quia quiescit in Deo, cum deus sit locus cuiuslibet sui effectus, & cuiuslibet sui operis. Postquam declarauimus quomodo Deus die septimo requieuit, volumus declarare quomodo diei septimo benedixit. Propter quod sciendum, quòd benedictio dei est multiplicatio beneficiorum eius: ideo cum supra agebatur de perfectione & benedictione, agebatur de incremento & multiplicatione. ideo cum quinta die agebatur de benedictione piscium & auium, quia Deus benedixit eis, statim subiungitur de incremento & multiplicatione, quia dixit Deus eis, Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, quantum ad pisces (& subditur) Auesq; multiplicentur super terram. Sicut etiā sexta die quando Deus bn̄dixit hominibus, statim subiunctum est, Crescite & multiplicamini & replete terram. Benedictio ergo septimæ diei potest referri ad multiplicationem, quia tunc incepit opus multiplicationis. Rationabile quidem est quòd prius fuerint omnes res perfectæ, quod fuit sexta die: postea die septimo inceperit dare operam propagationi, & multiplicationi. Vnde communis

Benedictio dei quæ sit. (beside "septimo benedixit. Propter quod sciendum, quòd benedictio dei est multiplicatio")

B (beside "cere quòd Deus die septimo requieuit")

C (beside "ctæ quòd Deus ipse quieuit")

D (beside "ctio dei est multiplicatio")

ter

ter ponitur quòd sicut sexta die fuit vniuersum completum ex integritate partium, quia omnes partes fuerunt tunc perfectæ & completæ; sic septimo die fuit vniuersum completum ex opere partium, quia tunc partes inceperunt dare operam vt se propagarent. Ante enim septimam diem fuit virtus data animalibus se propagandi & multiplicandi, sed non exierunt in actum & in opus illius virtutis, nisi postquam vniuersum fuit completum: & quia vniuersum fuit perfectum sexto die, in huiusmodi opus exierunt septimo die: vt sicut sexta dies fuit attributa perfectioni, sic dies septima potest attribui propagationi, non quòd oporteret quòd statim esset propagatio. Homo autem qui non sequitur impetum naturæ, sed motum liberi arbitrij & rationis, non oportuit quòd statim operam daret & sequeretur impetum naturæ, sed per impetum diuinum & per motum rationis potuit hoc differre. Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus quòd benedictionem diei septimæ possumus multiplicationi attribuere: ideo dici potest diem illum fuisse ter benedictum, iuxta triplicem multiplicationem, videlicet, suppositorum, temporum, & perfectionum. Patet enim secundum communem sanctorum sententiam quòd diei septimæ attribuimus propagationem: ex propagatione autem sequitur multiplicatio suppositorum: per hoc enim multiplicantur supposita animalium, quia inuicem exercent opus propagationis & generationis: multiplicatis autem suppositis, multiplicantur tempora, quia quod non potest natura conseruare & perpetuare idem numero, propagando & generando & supposita multiplicando perpetuat idem specie. Ex his sequitur multiplicatio perfectionum, quia animalia per propagationem perpetuando se in esse, participant perfectius esse diuinum, à quo habent esse omnes perfectiones. Et quia declarauimus, quomodo Deus die septimo opus suum compleuit, quod factũ est in præcedenti capitulo: & quomodo in huiusmodi die septima requieuit, & ei benedixit, quod factum est in hoc capitulo: restat vltimo declarare quartum, scilicet, quomodo deus huiusmodi diem sanctificauit: cui possumus duplicem sanctificationem tribuere, vt dies septima dicatur vno modo sanctificata, quia est sanctis vsibus dedicata: dicatur etiam alio modo sanctificata, quia per eum est vitæ sanctitas demonstrata & signata. Intelligimus autem per diem septimum, diem, quo iubemur cessare ab opere, quæcunq; dies sit illa: vnde Ecclesia, potest huiusmodi diem statuere, prout sibi expedire videtur, cum vacandum est aliquo die, & aliquibus temporibus ab operibus mundi, vt insistamus operibus diuinis. Tales ergo dies in quibus iubemur cessare ab operibus mundi sunt deo dedicatæ, & debemus insistere operibus diuinis. Septima ergo dies, vel id quod significatur per septimam diem, est quid sanctificatum, quia est diuinis vsibus dedicatum. Secundò septima dies dicitur sanctificata, quia per eam cessando ab operibus, est vitæ sanctitas designata. Vnde Maria quæ quiescebat & cessabat ab operibus, & sedebat secus pedes Domini, dicitur meliorem, idest, sanctiorem, & partem optimam, idest, valde sanctam elegisse, vt Augustinus.4. super Gen. tractans de sanctificatione diei septimæ de Maria sic quiescente, induc it exemplum. Et in hoc terminetur liber noster Hexaemeron, idest, de operibus, sex dierum. Laus ipsi Christo, qui cum Patre, & Spiritu sancta, est vnus Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

Cap. 14.



AEGIDII ROMANI BITVRICENSIS
Archiepiscopi Ordinis Fratrum Eremitarum
Sancti Augustini, de Mundo sex diebus condito expletum est Opus.



ROMAE

Apud Antonium Bladum.

M D L V.